vt.§.ca. xv.§.ſ. cũ habẽs impedimẽtũ exigẽdi rõne voti vl' affinitatis exigit.Nã q̃uis habens votũ simplex si contrahat teneat mri moniũ:tñ exigere nõ põt debitũ sed exactus tenet reddere & exigẽdo q̃uis Io.an.in decre.videat q̃si tenere ꝙ nõ peccet subdit tñ ꝙ qa Tho. in.iiij.ſ.dist.xxxviij.q.j.ar.iij.q.ij. ad.iij.tenet ꝙ talis peccat mortal'r: qa facit cõtra votũ:cũ adhuc possit illud implere quãtũ est ex pte sui.ſ. vt nõ exigat ideo teneam⁹ cũ eo:& ꝑ nisi dispẽsẽt.Et qa in voto cõtinẽtię solus papa dispẽsat: ideo a papa petẽda est dispẽsatio:q̃uis aliqvt Guil'.dicãt epm i hoc casu posse dispẽsare.
ſ.c.xvj. §.iiij. Sil'r q cognouit cõsanguineã vxoris sue postq̃ cõtraxit p ỽba de ꝓsenti cũ ea: licet mrimoniũ iã ꝓtũ per hoc nõ dirimat:tñ talis ,phibeẽ ab exactione debitiꝰ vxoris:sed nõ a redditione:& si petat:peccat mortal'r: quousq; secũ in hoc dispẽsẽt.Et dicit Pe.de Pal'.in.iiij.ꝙ epꝰ in hoc põt dispẽsare,qd' tñ nõ est clarũ.de papa nõ est dubiũ .Qui etiã ingressus est religionẽ aliquã approbatã:nõ aio ,pbãdi:sed firmiter ꝓseuerãdi & postea egressus ante ꝓfessionẽ ẽ hat: qa talis ingressꝰ habet vim voti simplicis:vl' ꝑm alios vim voti solẽnis:exigẽdo debitũ ab vxore : peccat mortal'r.Et si ꝑ hret vim voti solẽnis :nec ẽt posset reddere labsq; mortali:nisi secũ dispẽsẽt a papa.Sed de hoc vide diffuse in.ij. par.ti.devoto.&pleni⁹.j.ti.xvj.huiꝰ.iij.partis de statu religiosoꝝ. Dicit etiã Guil'. ꝙ in illis locis vbi cõsuetũ est ꝙ priꝰ adhibeaẽ hñdictio nuptialis ante cõsummationẽ matrimonij: si absq; dispẽsatione hoc vtaẽ cõiugio ante ipsã benedictionẽ & sine iusta causa: peccat mortal'r. Sed Richar.in.iiij.magis declarans dicit. ꝙ q̃uis actus cõiugalis
ſ.c.xvj. in prin. regulariter sit licitus:tñ aliquo modo vel tpe per accidẽs

§.IX. NONVS CASVS EST QVAN

do alter coniugũ manet in adulterio manifesto: tunc aliꝰ hoc sciens certe:nõ põt exigere nec reddere debitũ in adulterio permanenti:dũ.ſ.incorrigibilis est. Pręsumitur autẽ incorrigibilis ꝑm Richar. qñ pertinaci animo corrigi renuit: aut qñ correctionẽ promittẽs ex cõsuetudine relabitur alꝰ exigẽdo vel reddẽdo mortaliter peccat:qa facit contra cõstitutionẽ eccl'ę ꝑm Hug.xxxij.q.j.si qs vxorẽ.& in aliis capꝭ.Quidã tñ excipiunt hunc casum:qñ.ſ.exigeret qui est innocẽs timore incõtinẽtię ne incurreret in ipsam: qa tũc non peccat ꝑm Arch. post Bern̄.qd' etiã recitat Io.in summa cõfeſ. Adulterãs autẽ qa peccãdo ſn legẽ matrimonij, actu cõiugali indignũ se reddit:nõ debet exigere nisi purgata cul pa:alꝰ peccat: reddere tñ tenetur exactus ꝑm Ray. Circa hanc materiã humanius loquitur Pe. de Pal'.in.iiij, sic dicens.ꝙ sunt qnq; casus in qbus innocẽs non tenetur dimittere adulterantẽ cõiugẽ licet possit. Primo.ſ.qñ est occultum qa cessat ratio de scãdalo.Secõo qñ correcta est vel est spes de correctione. Tertio qñ incorrigibilẽ oino põt cõpescere includendo:& sic cohibẽdo ne exeat & ꝙ nullꝰ intret nisi ipse. Quarto qñ plus cohibeẽ saltẽ propter hoc ꝙ retineẽ q̃ expolita:quæ eo ipso ,pstituet. Quinto qñ timet sibi de incõtinẽtia:qa nõ teneẽ plus vir corrigere vxorẽ q̃ dñs famulũ. Nã seruũ excomunicatũ nõ teneẽ expellere:sed licite põt ab eo debitũ seruitium expetere:& tñ est minus debitũ dño:q̃ ab vxore viro.Sic ergo vir cũ derimẽto iuris sui & periculo nõ teneẽ expellere. Sed qa hic timeẽ scandalũ:& ,pter scandalũ Pharisæoꝝ non teneẽ hõ dimittere ius suũ:ꝓꝰ debet exponere illis q sciũt illã fornicariã:ꝙ nõ foueãt illã in crimine: sed magis vt eã meliꝰ cohibeat a pctõ iuxta se retinet:& cum hoc sit veri simile si qs ex hoc scãdalizatur nõ est scãdalũ pusillorũ:& cum nõ potest dimittere sine periculo suo:licite põt retinere. Autoritates igit' quæ dicunt ꝙ nõ licet eã retinere loquuntur qñ non põt sine scãdalo:vel ,pter hoc ꝙ retineẽ deterior efficit:vel quãdo non ,pter sui periculũ hoc facit. De mu liere dicit idẽ Pet.ꝙ nõ sic ipsa teneẽ virũ dimittere:qa nõ habet sic corrigere facto: & est verisimile ꝙ qñ accedẽs ad vxorem:tãto minus accedẽs ad fornicariã,vnde cũ isto casu licet viro aduterã retinere:multo magis econuerso & plus:qa cũ ipsa nõ habeat virũ corrigere facto:sed verbo: nõ teneẽ eũ dimittere: nisi qñ nollet eã cognoscere nisi in naturaliter:tũc eñ ,pter hãc fornicationẽ innaturalẽ teneẽ dimittere quo ad thoꝝ: sic ꝙ prius permittat se occidi q̃ ꝙ cõsentiat se sic abuti. Itẽ ,pter fornicationẽ ſpũalem si timet ne cohabitãdo ipsam ꝑtat:etiã quo ad domũ teneẽ eũ dimittere: alꝰ si non timeret de hoc: ius suũ petere nõ ,phibetur:maxime ,pter periculũ incontinentię.

§.X. CASVS AVTEM IN QVIBVS

coniunx nõ teneẽ reddere debitum alteri petẽti nec peccat nõ reddẽdo:ponit Pe.de Pal'. in.iiij.dist.xxxij. esse q̃uor. Et primꝰ est:licet ipse ponat in ſcõo loco:cũ ex hoc sequiẽ periculũ ꝑsonę reddẽti debitũ. Nam nõ teneẽ ad hoc:nisi ſalua cõsistentia ſubiecti: sicut natura primo retinet nutri ſonę, tiua & augmentatiua gra ſubiecti q̃ minister generatiue gratia ſpeciei. Imminet autẽ ex multo coitu periculũ. Vñ Pꝺs de longitudine & breuitate vitæ.c,ſi.§.propter.dicit ꝙ ſperma sepiꝰ (al's,amplius) emissum desiccat & senescit cito:,pter quod mulus lõgioris vitæ est equo & asino ex qbus genitus est.Et fœmellę masculis si masculi sint coitui,,pter qd' passeres masculi,breuioris vitæ ſũt fœmellis

Si aũt infirmus vel vulneratus esset; coitus sibi mortalis esse posset. Et idẽ dr in balneis vel a balneis aliquib⁹ sub ito reuertẽti: vñ tunc reddere non tenet. Ex isto principio dicũt etiã aliq ꝓbabiliter ꝙ si vir est fur & incorrigibilis propter qd⁹ vxor cũ eo quotidie periclitat ad mortẽ p iustitiã rectorũ: ꝙ potest fugere & eũ reliquere ne moriatur.

Impotẽtia coeũdi. Impotẽ cũ eo. Secũdus casus est de impotẽtia coeũdi: propter quã ꝙ excusat: qa ꝑm iura. ff. de reg. iur. l. impossibiliũ. Impossibilũ nulla est obligatio. siue p actũ præcedẽtem: qd⁹ tñ in muliere locũ non habet cõiter. siue per aliã causam: ita tñ ꝙ si propter culpã suã peccauit: reddẽdo se impotẽtẽ in discreta afflictione vel pnia imputat sibi si ꝓpter hoc aliq⁹ incidit in dãnabilẽ corruptelã. Sed multo min⁹ excusat si impotẽs est effectus ꝓpter alias illicitas causas vel corruptelas. Nec ergo viro iniũgenda est tam grauis pnia ꝙ sit impotẽs ad reddẽdũ debitũ vxori iuuẽculę & feruẽti: puta ieiunia & vigilia q̃ desiccãt sperma. Nã multũ vigilãtes raro spermatizãt: nec in somno merediano q est tenuis fit resolutio: nec in somno soliciti delectatiõe vel sermone: sed in somno ꝓfundo: maxime ī aurora digestiõe facta & hora sanguinis & ꝓpter ieiunia minuit: vñ raro quadragesima & sine cœna. Retulit medicus quidã virũ quẽdam ad siccitatẽ ptisicę deductũ: ga post prãdiũ statim cõsueuerat cognoscere vxorẽ. Nec etiã vxori cõsulendũ est facere tam graues pnias vt reddatur deformis suo viro: ne ꝓpter ma cię sit in perniciẽ suę ꝓlis: vel impedimentũ cõceptus: nec tñ tenet vir vti calidis vt sit potẽs: sed sufficit ꝙ nõfaciat se impotentẽ. Ad hũc casum reducit q̃ncũq; nõ põt reddi sine pctõ rõne loci vel voti pariter facti de cõtinendo: vel alia causa q̃ sit impossibilis de iure. Terti⁹ casus est de fornicatione: qa fornicãti non tenet alius debitũ reddere: cũ dñs permittat ob fornicationẽ dimitti. s. quo ad actũ cõiugii. Et hoc nisi & ipse fornicet postea: qa paria delicta mutua cõpensatione tollũtur: aut debitũ petierit: & sic sibi re cõciliauerit: vt dicit papa de Lothario & Theberga. xxxj. q. j. Lotharius. Et ad istũ casum reducit omne crimẽ propter qd⁹ cõiunx ꝓdit ius petẽdi debitũ: puta si sciẽter alter baptizet vel teneat ad baptismũ extra necessitatẽ proprii filiũ: vel teneat in cõfirmatiõe & hmõi: qa ex quo actor ꝓdit ius petẽdi: reus habet ius nõ debẽdi & negãdi sed excipiẽdi: & de hoc. ſ. pleni⁹. Quart⁹ casꝰ est in leproso: qñ. ſ. ex hoc imminet sano periculũ mortis: vl simul infectiõis ex redditione. Nec etiã tenet cohabitare sanus qñ etiã ex ipsa cohabitatiõe immineret tale periculũ q̃ suppositio loquũtur iura. extra de ẏiu. lepro. c. ij. Vtrũ aũt ex reddititõe debiti in hmõi immineat periculũ infectionis: quærẽdũ esset a medicis & eis credẽdũ. Dicũt aucẽ medici ꝙ viro accedẽte ad leprosam: imminet ei magis periculũ infectiõis q̃ mulieri si cognoscat⁹ a viro leproso: & ifud nõ videt dubiũ qñ mulier est infecta vltima specie lepręq̃ dr leonina: in q̃ casu vir nõ tenet reddere. Si vero nõ esset notabiliter infecta ꝙ immineat periculũ: tenetur reddere: & multo magis mulier viro leproso cũ nõ tãtũ immineat ei periculũ. Lepra em̃ supueniẽs nõ soluit mr̃imoniũ cõtractũ de ꝑsenti: sicut soluit spõsalia: nec excusat a redditione debiti: nisi vt dictũ ẽ cũ periculũ imminet nõ obstãte ꝙ filꝰ genereꝝ leprosus. Meli⁹ est em̃ sic esse q̃ nõ esse: nec ali⁹ ꝓhibeꝝ iure suo vti: q̃uis ide alteri malũ eueniat tale: maxime si sibi immineat periculũ spũale: puta incidere in dãnabilẽ corruptelã: qa leprosi ꝓpter interiorẽ calorẽ dicũt multũ appetere actũ illũ: nõ tñ tenet cohabitare in domo cũ leprosis qa magis inficeret ex diutina cõuersatiõe q̃ ex vna cõmixtiõe sed debet ꝓpe domũ manere: ꝑm Ala. & cõem opi. Goff. tñ dicit ꝙ manente leproso separatim a leprosis: coniunx sana tenet cohabitare: nõ aũt si maneat cũ leprosis: sed prima opinio est ꝓbabilior. eũ de coniũ. lepro. c. ij.

§. XLIN SECVNDO PRINCIPA

Vbi est & sunt sex casus ꝑm Pe. de Pa. in. iiij. di. xxxj. Primus est qñ veniale

li videdi sunt casus: in qb⁹ act⁹ cõiugalis est pctũ veniale præcedit aliqua deordinatio rõnis: sed nõ tãta sicut in præ dictis casib⁹ in qbus est mortale, puta petere in tpe sacro: & si respectus sit ad delectationẽ: grauis est culpa: venialis tñ si ad lubricũ & infirmitatẽ suę mẽtis cuius est cõsci⁹: est min⁹ veniale. Vix tñ cõtingit ꝙ in prcipuis festiuitatib⁹ sit graue: sed veniale ꝑm Bon. Secundus est petere causa delectationis intra limites tamẽ matrimonij semp est venia le: sicut comedere ꝓpter voluptatẽ. Qd⁹ eñ cibus ad salutẽ hominis. ſ. indiuidui est necessarius: hoc coitus ad salutẽ generis dicit Aug. Terti⁹ cũ sit causa ifirmitatis vitãde: ga q̃uis vtrq; liceat seorsum appetere: nõ tñ vnũ ꝓpter alterũ: qa ista cauda nõ est huius viruli. Quart⁹ qñ incipit petere vel reddere bona intẽtione postea mutet intentionẽ: ita ꝙ nũc vellet causa delectationis: & ꝑ extra horã decisionis seminis qa tunc nõ haberꝝ sum rõnis. Quintus qñcũq; aliud intẽdit cũ id ad qd⁹ ordinat cõiugiũ. ſ. vl ad prolẽ vl ad reddẽdũ debita. Sext⁹ est qñ hoc agit causa vitandæ fornicationis: licet hac intẽtione cõtrahere nõ sit etiã veniale. Sed circa ꝫ vt dicit Pe. de Pa. sunt duæ opi. Vna est ꝙ petere causa vitãdę fornicatiõis in se nõ in altero semper est pctũ: qa oĩs supabũdãtia passiõis est pctũ: sed hic est sup abũdãtia passiõis hac causa petere: g̃ &c. Alij simpl⁹ dicũt ꝙ nõ est pctũ. Rich. in. iiij. vtrãq; ponit & neutrã præfert. Pe. ẏo de Pal⁹ vbi. ꝛ. ꝑ dist. quãdã vtrãq; cõcordat seu soluit. Aut em̃ talis cognoscit vxorẽ causa fornicatiõis vitãdę in se: q̃uis possit alio mõ vitare mẽti occurrẽte: sed magis vult isto mõ delectabili vitare: q̃ modo nõ delectabili vt domãdo carnẽ: fugiẽdo ꝙsortia incitãtia & hmõi q̃ posset faciliter vitare sed vult cũ voluptate vitare: & sic est venialẽ: qa ꝑfert voluptatẽ carnis ab⁹orbẽtẽ rationẽ ei qd⁹ cõseruat vsum rõnis & attingit ad finẽ. Et Aug. ponit interpcãs venialia vti cõiugio nõ debita intẽtiõe di. xxv. ſ. criminis appellatio. ante fi. & sic est vera prima opi. Aut ille exercet talẽ actũ ad vitãdã fornicationẽ: nõ ga delectabilior: sed ga tũc nõ põt alio mõ melꝰ eã vitare: ita ꝙ volus nõ mouet eũ: sed amor vitãdæ fornicatiõis: quã ꝓtũc nõ ꝑt melꝰ vitare: puta ga habet loq ī secreto alĩ mulieri: de qua expereꝝ est se tẽtari & hmõi. Et tũc nullũ ẽ pctũ si ꝓles nõ sperat ga tũc semp illa esset ꝑmittẽda intẽtio. & sic verificat secũda opinio quę dicit nõ esse peccatũ.

§. XII. IN TERTIO SVNT EXPLI

cãdi casus in qbus actus cõiugalis est meritũ: vel si nõ est meritũ nullũ pctũ. Et Pe. de Pa. in. iiij. dist. xxxij. q. ij. ponit in prin. q̃tuor casus in qbus actus cõiugalis est meritorius. Et prim⁹ est qñ qs habens gratiã reddit debitũ: qd⁹ est actus iustitię: qa reddit qd⁹ debet. Sec⁹ⁱ est qñ petit causa generãdę ꝓlis & ad cultũ dei educãdę tpe & modo debitis, & hic est act⁹ latrię seu religiõis. Terti⁹ est qñ hoc facit ad cõseruandũ cõparẽ suũ a fornicatione: & hoc est act⁹ charitatis. Quartus qñ facit causa vitandæ fornicatiõis in se: quã ꝓbabiliter credit nõ aliter vitandam vt dictũ est in ꝑcedẽti §. & videt actus prudẽtię vl castimonię. Qñ ꝙ ẏo actus cõiugalis est indifferẽs, i. nec meritorius nec demeritori⁹: puta cũ cõiunx vno de q̃tuor modis nunc dictis exercet illũ: qa oĩs actus q est meritorius habẽti gratiã: est indifferens nõ habẽti eã. Nõ em̃ est meritori⁹, ꝓpter carentiã gratiæ q̃ⁱ est principiũ merẽdi: nec demeritori⁹ ꝓpter carẽtiã culpæ in tali actu cui solũ debeꝝ pœna. Qd⁹ possit cõiugiũ esse sine pctõ quantũ ad actũ ei⁹ ꝓbat Inno. di. xxvj. deinde p hoc ꝙ de⁹ instituit & mãdauit actũ cõiugij, di Crescite. & multiplicamini. & ante lapsum Gen. ſ. & post diluuiũ. Gen. vij. Et si arguatur ꝙ hõ erubescit de tali actu ergo est pctũ: qa erubescẽtia est de turpi: qd⁹ respicit culpã. Rñdeo ꝙ erubescẽtia nõ solũ est de turpitudine ꝓnẽte ad culpã: sed etiã de ea q̃ habet speciẽ culpæ: talis autẽ est actus matrimonij eo ꝙ est ejusdem naturæ in specie cũ actu fornicatiõis: sed excusat ꝓpter bona mr̃imonij vt dicẽt. Est etiã erubescẽtia nõ solũ de malis culpę: & de habẽtibus speciẽ mali: sed etiã de oĩbus defectib⁹ naturalib⁹: vt egestione & hmõi,

§. XIII. NO TANDVM EST ETIAM

quõ actus cõiugalis dicit excusari a pctõ ꝓpter tria bona matrimonij: q̃ sunt fides: ples. & sacramentũ. Vñ Aug. dicit. Omne nuptiarũ bonũ fuit in parentibus Christi: fides. ples: & sacramentũ, Prol⁹ cognouim⁹ dñm Christũ. fidẽ: qa nullũ adulteriũ. sacramentũ: qa nullũ ibi diuortiũ. Solũ ibi ille carnalis cõcubitus nõ fuit. xxvij. q. ij, omne. Pro cui⁹ declaratione dicit Pe. de Pal⁹. in. iiij. dist. xxxj. q. j. ꝙ cũ actuũ humanorꝫ sit triplex differentia: qa qdã fũt boni in se vt deũ colere: honorare parẽtes & hmõi, qdã mali ex se: vt blasphemare: peierare & hmõi. quidã indifferentes: vt comedere: leuare festucã & hmõi. Boni actus de se non indigẽt excusatiõe: qa nõ sunt mali nec habẽt in se speciẽ mali. Qd⁹ siquidem

Tria mr̃imonij bona.

Vbi est meritorius

Indifferens.

actuum humanorꝫ tri plex differentia.

li. Qd⁹ siquidẽ est malũ vel habet speciẽ mali: est illud qd⁹ indiget excusatiõe. Mali actus de se nõ capiũt excusationẽ qa ex quo mali ꝑm se sunt: excusari a malo nõ pũt. Restat igit ꝙ actus indifferentes: qui. ſ. possunt bene & male fieri indigẽt excusatiõe cũ habẽt speciẽ mali: ex eo ꝙ ꝑm speciẽ naturæ sunt idẽ cũ actibus malis. Et ea quæ talẽ actũ excusant sunt circũstãtię finis & obiecti & hmõi q̃ trahũr actũ talẽ ad mediũ ꝫ turis. Sed sciendũ est ꝙ indifferens aliqu⁹ actus dupl⁹. Vno modo p oĩmodã ꝙualitatẽ ab strahendi a bono & malo. & tali actui nõ assignãtur bona excusãtia sicut leuare festucã vel cõedere. ita em̃ pũt bene fieri sicut male. Alio mõ sic est aliqs actus indifferẽs ꝙ q̃uis possit bene & male fieri: magis tñ de se tendit ad malũ q̃ ad bonũ: & sibi relictũ est malũ: nisi aliquo addito trahaꝝ ad bonũ: sicut in somno & dormitiõe: quę põt bñ & male eligi: tñ qa in eo ligaꝝ liberũ arbitriũ vt nõ possit dormiẽdo bene cogitare: vel male velle: habet detrimentũ boni rõnis annexi: Vñ ꝑm somnũ in se consideratũ: nõ differt fœlix a misero ꝑm Phm. ij. Ethi. Vñ nõ pot somnus eligi nisi male: nisi ꝓpter aliquod bonũ recõpensans illud ꝙale dãnũ rationis assumat: puta qa post somnũ homo prõptior fur git ad bonũ virtutis: qa nimia vigilia etiã vsum rationis perdit. Et ideo somnus ex hoc ꝙsdiater de sui natura reg rit bona excusantia ipsum: puta conseruationẽ indiuidui: quietationẽ virilũ natu aliũ: fortificationẽ digestionis & hmõi. Et sic est in cõiugio: qa vacãs cõiugio cogitat q̃ mũdi sunt: & diuisus est: & in illo actu nihil põt intelligere: ideo talis actus indiget bonis prędictis excusantib⁹ a pctõ. Vñ Hiero. sup Matth. Connubia legitima carent quidem pctõ: non tñ illo tpe quo carnales actus gerunt, dabiꝝ prę sentia spũssancti: etiã si ꝓpheta ille videat qui obsequitur generatiõis officio. xxxij. q. ij. cõnubia. & vt ibi dicit glos. nõ intelligitur ꝙ gra spũscti in illo actu amittat: sed ga actus ꝓpheticus & ꝑculãdi tũc intermittit: qa tot⁹ ibi homo carneus efficitur. Sufficiẽtia aũt horꝫ bonorꝫ excusatia bonorum mr̃imonij.

Sufficiẽtia.

Vincula mr̃imonij.

¶ De dissolutione seu diuortio matrimonij. Cap. XXI.

E DISSOLVTIONE SEV

diuortio matrimonij cõtracti ꝓverba de ꝑsenti quo ad vinculum: vel consummati quo ad thorum. Circa qd⁹ videnda sunt tria. Primo ꝙ oĩe matrimoniũ siue carnale siue spũale p religionẽ seu prælationẽ: siue ratũ tantũ: siue cõsummatũ dissoluit per mortẽ naturalẽ ꝑm ius cõe. ꝑm Pe. de Pa. in. iiij. dist. xxvij. q. iij. qa mors oĩa soluit, i aut. de nup. §. deinceps. Vñ post mortẽ vnius alter viuens cõtrahere põt cũ alio. Rom. vij. Mortuo viro: mulier soluta est a lege viri: cui vult nubat: tãtũ in dño. i. legitime. Et qa obligatio semel extincta nõ ẽ reuiuiscit: ideo si cõiugatus mortuus resuscitet: nõ est matrimonio obligat⁹. Et q̃uis in sacramẽtis imprimentibus nisi solus characterẽ in resuscitato nõ debeat iterari sacramẽtũ: quia uere baptizat⁹ vel cõfirmatus vel ordinat⁹ resuscitat⁹ nõ iterũ baptizat vl cõfirmat vl ordinat: & hoc ꝓpter characterẽ impressum indelebilẽ: mr̃imoniũ tñ qa characterẽ nõ imprimit & vinculũ ei⁹ est corpale & corp⁹ respicit: licet aliquo mõ etiã sit spũale inquãtũ est dispositio ad gratiã: & sic videt esse in parte intellectiua: ió sicut in cõrpe corrupto morte corrũpunt potentię organicę nõ alię: sic scramẽtũ carnale mr̃imonij: nõ alia sacramẽta. Lazar⁹ igit resuscitat⁹ si habuisset vxorẽ: nõ eã recuperasset: nisi de nouo cũ ea cõtraxisset: sed bona q̃ testat⁹ fuisset recuperasset qa in donatiõe causa mortis pl⁹ se ꝙ aliũ cui donat vult hre. Vñ intelligit ex ita cõditio si moriar cũ effectu. i. ꝑmanẽs in morte. Idẽ si a b intestato: qa deferꝝ nõ nisi per cõiũctionẽ ad morientem: q est sibi magis vnus ꝙ alius. Idẽ si fisc⁹ ea acceperit in defectũ hęredũ: qa si fiscus parẽti ꝓpinquo reddere tenetur: multo magis ei resurgenti. Pari rõne mr̃imonium spũale dissoluit p mortẽ naturalẽ: valet ingressum religiõis cũ obligatiõe, ꝓfessiõis. Nã religiosus resuscitatus nõ tenet ad obseruatiã religiõis: qa seruit⁹ psonalis q̃ debeꝝ a psona rõne psonę, vt in mr̃imonio & religiõe: extinguit⁹ morte. qd⁹ etiã patet ex ꝭbis, ꝓfessiõis aliquorũ q ꝑmittũr in ꝓfessione obedire vsq; ad mortẽ. Et si⁹ curat⁹ & eps resuscitat⁹ q̃uis retineat cõsecrationẽ: nõ tñ retinet ecclesiã nisi sibi noua electione vl ꝓuisione cõseratur: qa mortuus est ꝑsonę suę. i. ecclesię quam habebat. Hęc Pet.

§. I. SECVNDVM EST QVOD PER

mortẽ ciuilẽ. i. ꝓfessionem tacitã vel expꝛssam in religione approbata dissoluit mr̃imoniũ carnale cõtractũ ꝓverba de ꝑsenti quo ad vinculũ ita ꝙ remanẽs in sęculo põt cũ sur relicto libere ꝓhere: nisi ipse se ꝑ votũ obligasset: sed cõsummatũ q̃ ad thorũ. i. cohabitationẽ & debitũ qñ ingress⁹ religiõis fit cũ debitis circũstãtijs. nõ aũt quo ad vinculũ dissoluit: vt. ſ. remanẽs in sęculo possit cũ alia cõtrahere vel te cõiuge, ꝑm Pe. de Pa. in. iiij. di. xxvij. q. iij. vbi notat ipe q̃tuor casus in qbus licet cõjugato religionẽ ingredi. Primus qñ post mr̃imoniũ cõsummatũ alter cõiugũ fornicatur: qa fornicãte etiã iuito alter põt ingredi religionẽ: nisi & ipe in hoc deliq̃rit vl fibi post fornicationẽ recõciliauerit: valet exigẽdo vel reddẽdo debitũ si eũ licet discedere in sæculo remanẽti multo magis in claustro. Exemplũ in Paulo simplice. Ad istũ tñ casũ addunt doc. distinctionẽ. Dicit em̃ Tho. in. iiij. ꝙ talis cũ est certus de fornicatiõe cõiugis: potest dimittere quo ad thorũ. ſ. denegãdo debitũ, ꝓpria autoritate: sed q̃ ad cohabitationẽ nõ põt ipe dimittere, vñ nec religionẽ intrare nisi in iudicio eccl̃ę & si dimiserit debet cogi ad recipiẽdũ. Et hoc vt dicit Hosti. nisi in cõtinẽti vellet ꝓbare fornicationẽ, Et si ꝓbet ī fra octo dies non restituit. si non ꝓbet cogeꝝ recipere. & sic põt intelligi illud. xxv. q. ij. ecclesiasticæ. Addit etiã Hosti. ꝙ si est notoria fornicatio põt dimittere etiã ꝓpria autoritate. eẽ de diuor. c. significasti. Idem Inno. Addit etiã Guil. ꝙ etiã si sit notoriũ adulteriũ: & nõ moreꝝ cũ adultera vel adultero, nõ ꝑt dimitti nisi iudicio eccl̃iæ quo ad cohabitationẽ als põt dimittere. Et sit⁹ si postea illũ vel illã fornicãtẽ seu adulterãtẽ dimisit notorie fornicet: & si nõ moreꝝ cũ adultero põt dimittere & intrare religionẽ. Sec⁹ⁱ casus est qñ mr̃imonio cõsummato de cõi assensu intrãt ambo religionẽ ille vir⁹ & illa monialiũ & ꝑfitent sicut pluries factũ est: & tũc dissolutũ est mr̃imoniũ quo ad thorũ & cohabitationẽ nõ quo ad vinculũ. vñ si diabolo instigãte vn⁹ eorꝫ egrederet: nõ ꝓptera põt alter exire ad reqsitionẽ eius: sed debet cõpelli ad reditũ: nec etiã in visitando vnus ab altero exigeretur: debet alter reddere vt fecit eps Lugdun. Geo. Genebald⁹ visitans vxorẽ suã monialẽ: ex quo suscepit filiũ vocãs eũ latronẽ: sed pctõ cõfesso sctõ Remigio & pnia si ꝓposita peracta: interim sctus Remigi⁹ gubernauit ecclesiam suam: quia eũ suspẽderat ab executiõe officij: angelo sibi reuelante pctm̃ dimissum; sctus Remigius eũ restituit suę dignitati. Terti⁹ casꝰ est qñ altero cõsentiẽte & in sæculo remanẽte: vbi nõ est timor incõtinẽtiæ: puta qa ẽ multi

Baldus. Epus Lugdunẽsis

ꝑpis & honestę vitæ: aliꝰ intrat religionē: & tūc si sit cōsummatū mrīmoniū: q remanet nō pot cū alio cōtrahere mrīmoniū: qa adhuc durat vinculū cōiugale: imo nec eo mortuo: qa intelligit cū eo cōtinentiā ꝓmittere: sed si ē timor de incōtinentia remanentis: qđ satis ꝑsumit cū est iuuenis: vel qa leuis & suspecꝰ nō debet alter sine altero intrare vl̄ recipi. vt dr̄. xxvij. q. ij. agathosa. Quartꝰ casꝰ est qñ mrīmonio nō cōsummato alter intrat scientę vel ignorāte vel inuito altero: qđ pōt. In quo casu remanēs in seculo debet expectare ad ꝓfessionē cōiugis q ingressus est ad religionem ꝑm oēs: nā si egrederet ante ꝓfessionē teneꝝ eū recipere: si etiā cōtraxisset & cōsummasset mrīmoniū: qa ꝑ mortē ciuili c. i. ꝓfessionē qua ḡs morit actuꝰ carnaliꝰ dissoluit vinculū mrīmonij: nō priꝰ. Sed vtrū tps ꝓbationis in tali debeat abbreuiari est triplex opinio. Aliq dicunt vt Bern̄. in glo. ex de reg. & transl. ad reli. c. statuim. qꝺ ꝑ eꝑm debet tra xari & abbreuiari tps ꝓbationis ꝑpter periculū incōtinentię eius q remanet: & ad fraudē tollēdā: qa posset ītrās postq̄ intrasset in vnū monasteriū in fine anni ire ad aliud: & sic fraudare expectās. Alij dicūt vt Io. in glo. xxvij. q. ij. de spōsatā. qꝺ est distinguendū: qa si devolutate remanētis in seculo alter intrat: debet expectare per annū: nec tps expectationis est abbreuiādū. Si aūt ignorāte vl̄ inuita intrat debet certū tēpus p̄figi infra qđ ꝓfiteat: nec ē incōueniēs tps a iure statutū abbreuiari: qa ꝑ speciale est in isto casu. ꝑpter periculū incōtinentię remanētis in seculo. Tertij dicūt vt Hosti. in sum. qꝺ ex quo ius ꝓmittit talē intrare religionē: & tps ꝓbationis sit ꝺuctū: nō solū i fauorē cōuersi: sed etiā in fauorē religiōis: vt experiātur mores cōuersi: ideo nō debet illud tps abbreuiari nisi appareat fraus: vt cum iret discurrendo de vno in aliud. hęc Pe. Pōt dici qꝺ cū hoc sit ī potestate sua & capituli: facere pōt qđ eis videt: abbreuiare tps. i. ante annū facere ꝓfessionē si capitulū & ingressus volūt: & etiā expectare annū. Tho. in. iiij. dist. xxvij. q. j. ar. ij. q. iij. ꝑm mēdicātes: tn ante annum nō possent recipere etiā talē ad ꝓfessionē sine dispēsatione papę: alꝫ incurrerēt pœnā iuris. In oibus aūt casibus inꝺꝰ post consummatū mrīmoniū: licet ītrare religionē: licet etiā ad sacros ordines ꝓmoueri: etiā ad epatū. Exēplū in beato Hilario qui habēs filiā & vxorē fuit epꝰ. Qñ aūt nō licet religionē ītrare: multo fortius nō licet coniugato ad sacros ordines ꝓmoueri: sed esset suspēsus ab executione ordinis licet character recīperet. De mrīmonio aūt cōsummato violēter: puta cū quis eā cū qua cōtraxerat ꝑ verba de ꝑsenti volēte ingredi monasteriū contra voluntatē suā cognouerit. Dicit Hosti. qꝺ non potest ingredi religionē contra voluntatē viri. & si ingrederetur ꝑm Pe. cum duret vinculum coniugale nec possit dissolui ꝑ ingressum religionis: remanens in seculo non posset cum alia cōtrahere: & posset illā inuitam de monasterio reuocare. Hāc qstionem optime tractat Bartho. Brix. in. q. mer. & domi.

Hilariꝰ epꝰ vxorem habebat.

§. II. NOTANDVM ETIAM CONiugatꝰ ingressus religionē: qñ teneꝝ exire & qñ nō potest.

de exitu religionis alterius cōiugum.

& qñ est liber ad exeūdū vel remanendū: ꝑm Pe. de Palu. in. iiij. distinct. xxvij. q. iij. Teneꝝ quidem exire religionem etiam facta ꝓfessiōe cōiugatꝰ ad cōiugē in sęculo remanentem qñ repetit in sęculo existēs eū q illicite ingressus est: vel qa innoxio ꝓhibēte seu ignorante vel cōsentiēte fragili q est suspectꝰ de incōtinentia: iuuenis & lasciuus remanēs in sęculo: qa nō potuit in ei⁹ ꝓiudiciū vouere vel ꝓfiteri. Itē si licite ingressꝰ fuit: qa ꝺ licētia relicti: sed reuera pœnituit. s. qñ ante emissum solenne votū in sæculo remanens vel de religiōe exiens: alter repetit eū: teneꝝ exire. Sed o teneꝝ ñ egredi sed remanere qñ licite emisit votū simplex vel solenne: vel illicite ingressus est: sed aliꝰ nō repetit eū: qa ratificando confirmaꝝ. Tertio liber est in egrediendo vel remanēdo qñ nullo mō ingressus religionem est astrictus religioni tacite vel expręsse: vt qa nec vouit nec ꝓfessus est: nec vxor eū repetit: aut si repetit fornicata est ātea vel post notorie. Qñ vero votū simplex emisit ingressus nō solēne: vel solēne de facto nō de iure. puta qa infra tps ꝓbationis coꝝ eo qui nō potuit recipe ad ꝓfessionē vxore nō repetēte: egredi nō pōt: sed quo ad ecclēsiā pōt maxime si votū ꝓbari nō pōt: in quo casu retinēs clericū iuitū est excōicatus. Dico retinēs nō solū man⁹ in eū injiciēdo, sed etiā veste, sęculari negata sine qua cōmode egredi non potest: ꝓsuasionibꝰ tn̄ eū retinere pōt. Et idē intelligendū de vxore ingressa quo ad virū nō reperentē. Quarto de debito: qa egressus de religiōe qñq; non pōt reddere nec exigere: vt qñ illicite egressus est post ꝓfessionē: vt in casibꝰ dictis: & qñ cōiunx sciēs & tacēs ꝓmisit ꝓfiteri: tūc em̄ seruitutē remisit: vt dn̄s cuius seruꝰ eo sciente & ꝓmittēte ordinatur vel ꝓfiteꝝ. Dico aūt illicite ꝓpter votū rīte solēnizatū. Qñq; & petere & reddere pōt: vt qñ libere egressus fuit nullo voto astrictꝰ religiōi: sicut nouitiꝰ solutꝰ egredięs religionē mrīmoniū cōtrahere pōt: sed puto ꝙ intelligat de tali nouitio q intrauit aīo ꝓbandi: nō in ꝑpetuū ibi ꝓmanendi. Nā & ipse Pe. tenet ꝙ talis ingressus. s. animo nō ꝓbandi: sed firmo ꝑseuerādi: habeat vim voti simplicis saltem. Alij aūt ꝙ etiā solēnis voti habeat vim. vñ nō posset cōtrahere talis vel exigere si cōtraxit. Sed de hac materia habes. 8. in scꝺa pte. ti. xj. de voto. & diffusius. ī. de statu re ligiosoꝝ. Qñq; ꝙ egressus pōt reddere sed nō exigere: vt religiosus qñ de cōsensu ipsius de cuius continentia est timor: votum nō emisit simplex emisit: tūc em̄ illi non ꝑiudicauit. Et nota ꝑm Pe. qñ redde Pal. vbi. 8. ꝙ in casibꝰ in qbꝰ licet cōiugi repetere consortem suū religionē ingressū ante ꝓfessionē siue post ꝓfessionē: non licet tn̄ de monasterio eū rapere. Nec obstat extra de rap. c. cū causa. Quia narrat ꝙ rapuit: sed nō dicit ꝙ licuit. Posset em̄ vir vxorēvi devico ad donū adducere qa habet in eā correctionē: sed nō posset eā ꝓriuato quasi possidēti vi eripere. & multo minus de monasterio extrahere. fores frangēdo: aut habitū violēter lacerādo: vel cū iniuria loci sacri eā accipiēdo: licet alię peccauerint ipam recipiēdo. ar. C. vñ vi. l. ij. gs in tania. Quinto videdū est de regressu ad religionē qñ teneꝝ. Et dicit Pe. vbi. 8. ꝙ ī trib⁹ casibꝰ. Primo qñ illicite egressꝰ est: vt pote cū alio cōiuge in religione remanēte post ꝓfessionē egressus est: vel etiā in sæculo remanēte & honeste cū cōsensu eius ꝓfessus est. Sed o qñ licite egressus: qa ad requisitionē vxoris sine licentia eius ingressꝰ est: fed posteavxor pœnitet de reuocatione & ipsa mouet. Tertio qñ post votū ad eā egressus mortua est ipsa vxor: nā tūc tenet regredi vt impleat votū suū. Sed si talis q post votū solēne reuocat abvxore ad sęculū: mortua vxore cōtraxit mrīmoniū: vtrū teneat Pe. de Palude vbi. 8. facit talem distinctionē: quia si inuita vxore fuit solenniter professus: cum illa professio quantū ad solenitatem nō valuerit ecclesia hoc prohibēte: ideo talis mortua vxore nō pōt cōtrahere: qa habet in fevotū simplex rōne illiꝰ ꝓfessionis: & peccat mortaliter cōtrahēdo & exigēdo: tenet tn̄ matrimoniū: nec pōt eū tāq; apostatā religio psequi. Sed si vxore cōsentiēte fuit ꝓfessꝰ: sed postea qa vxor iuuencula vñ & suspecta eū ruoccauit: ius noluit in hoc casu ꝓfessionē inhibere simpliciter: sed solū inquātū erat ad vitam eius. vnde simpliciter fuit in ꝓiudicium eius votum solenne: non ad ꝓiudicium vxoris. vnde ea mortua est apostata si non rediit ad monasterium: & matrimoniū si contrahit cum alia non tenet: vt dicit Goffredus. Hæc Petrus de Palude.

Egressꝰ religiosus nō tenet regredi.

Quādo egressus religio nē teneꝝ regredi.

ē. eo. ca. iiij. & xvj.

§. III. TERTIVM BENE CONSIderandū est vtrū ꝓter ꝓdictos duos modos. s. mortē naturalē: & mortē ciuilē ꝺ̄ est ꝑ ingressū religionis. i. ꝓfessionē sit alius modus soluēdi mrīmoniū ratū. i. cōtractū per ꝙba de ꝓsenti quo ad vinculū? Vbi petrꝰ ponit quatuor cōclusiones. Prima est ꝙ seruitꝰ supueniēs tali mrīmonio rato nō soluit ipm. Et ratio est: qa ꝑ hoc nō moriꝝ ad actꝰ carnales: nā & potest de nouo ꝓtrahere. Et gn̄aliter de cæteris impedimentis q̄ dirimūt mrīmoniū post ꝺ̄ctū: ꝓtelligē dū est ꝙ nihil tale superueniēs dirimit prius cōtractū: sed solūmodo post cōtractū. Verbi gra, Cognoscens consanguineā eius cū qua iā cōtraxit per ꝙba de ꝑnti: & si non ad huc cōsummauerit: nō dirimit tale mrīmoniū: qđ dirimeret si ante ꝓtractū ꝑ ꝙba de ꝑnti illā cognouisset ꝑpter affinitatē. Sed a cōclusio est ꝙ tale mrīmoniū. s. ratificatū ꝑ ꝙba de ꝑnti nō soluit ꝑ votū simplex: vñ teneꝝ vl̄ intrare religionē vel reddere debitū vxore petēte: sed peccat mortaliter reddēdo: qa adhuc pōt religionē intrare ante consummationem eiꝰ. nec sufficere ingressus religionis in tertio habitu beati Dn̄ici vl̄ Francisci cū ꝓfessiōe in ipo: qa tali ꝓfessio nō habet vim nisi voti simplicis. vñ nō ē sufficiens ad tollendū vinculū cōiugale: & ꝑfessus i illa religione tertij habitus q̄us peccaret grauiter cōtrahendo qa contra votum cēt ꝙ papa posset dissoluere illud. Vnde Ioannes an. in no uella. sup. c. ex publico. de conuer. coniu. dicit ꝙ q̄us matrimoniū sit institū a deo: ratificatio matrimonij tamen firmaꝝ constitutione ecclesię: inquantum scilicet est sacramentum ecclesiæ propter virtutem baptismi: quā virtute ratificationis (quę est ꝙ alter altero viuente non possit cō trahere) potest papa tollere: vel circa ipsam in aliquibus dispensare: vt in. c. quanto. de diuor. Cōsummatio vero ꝓcedit de iure naturali in principio. consistit enim in facto: qđ ex quo factū est nequit non fuisse. xxxij. q. v. si Paulus. Dicit aūt ꝙ huius iuris alia ratio est: diuina. Z reuelatio ꝓquam ad exemplū sanctoꝝ facta est hæc cōstitutio vel interpretatio: quę etiā approbaꝝ primo per apl̄m dicentem. Si infidelis discedit: discedat. Sedꝰ ꝙ fauorē fidei. de quo in decre. c. quāto. Quare videtur facere potius fidē diuina constitutio: qua ratione dicit sponsos de ꝓsenti ante carnalem copulā posse autoritate papæ inuicē se absoluere: sicut & sponsi de futuro. de spon. c. ij. Et sic ratio congruit ante copulā posse ibi interuenire contrarius actus per dissensum mutuū non alterius tm̄: qđ non esset post copulā. Intelligit aūt hoc de potestate absoluta: non de ordinata: nisi alia causa subesset: non em̄ sit hoc etiā sine causa. Asserit etiā ꝙbabile dici posse ꝙ cū circa impedimenta matrimonij restringenda & laxanda ꝓtrem habeat ecclesia: vt de consan. & affini. c. non debet. Statuere potuit qđ hic dr̄ & de vnius ꝓfessiōe & altertus contractu. Potuit ergo papa etiā de potestate ordinata circa matrimonium nō consummatū hanc constitutionem facere. & sit patēs ratio cōuēniēs rationi. vt notaꝝ. xxvij. q. ij. qua ꝑpter. Vñ circa nō cōsummatum pōt ecclesia statuere qcqđ placet: dum tamē subsit cā iusta: & hoc voluit finis. c. ex publico. Dicit tn̄ ipse Hosti. ꝙ nō expedit ꝙ circa hoc multum laxet habenas: nec etiā est tutū. In matrimonio vero consummato ītri nō pōt quin per ipsum repſentetꝰ cōformitas carnis inter Christū & eccl̄iā q̄ nullatenꝰ rūpi pōt: ꝙ si ꝙ religionē illud rūpi posset: esset cōformitatis violator & innueret ꝙ expectaret aliā fidē & aliā ecclesiā quā sibi Christꝰ vniret & iterū despōsaret, qđ falsum & hęreticum est ꝑm Hosti. q plenius ista tractauit hic & remittit ad summam. Idem etiam ponit Io. an. in regula. Actus legitimi in. vj. ꝑm mercurialibus Et An. de Bu. & Arch. in. c. quapropter. xxvij. q. ij. Idem Benedictus super dicto. c. ex publico. addens ꝙ ex potestate absoluta mrīmoniū per verba de ꝓsenti papa dissoluere pōt etiam nulla causa subsistēte: de potestate ordinata nō: nisi ex legitima causa. Et nō solum de consensu vtriusq; sed etiā si tantū adesset cōsensus vnius cōiugis legitima causa subsistente, vt vult hic glo. in. fi. cum circa mrīmoniū nō cōsummatū papa possit quōvult dispensare ꝑm Inno. hic. Vide aliquas bullas & Martini. v. & Eugenij. iiij. cōtinētes talē dispensationē siue dissolutionem mrīmonij non consummati cōtrahētibus postmodū illis cū aliis: Vñ tales non sunt cōdemnādi: sed nec consulendum est alicui vt procuret talē dissolutionē siue dispēsationē: cum theologi videant tenere ꝙ nō possit dissolui nisi per ingressum religiōis. vt. 8. dictum est.

Aliter iuristæ.

qñ alter coniugū pōt aliū accusare.

§. IIII. NOTA SECVNDVM THOmā in. iiij. & Rich. ꝙ cōsummato mrīmonio legitime contracto alter alterū dimittere non pōt quo ad vinculū. i. vt possit cū alio cōtrahere. Quātū vero ad cohabitationē & actū cōiugalē nō pōt alter alterū inuitū dimittere excepta fornicationis causa: nisi forte ad tēpus velit se subtrahere a consortio vxoris propter castigationē eius subtrahendo ei solatium ꝓsentię suę. Nam & quādo vxor ꝓstat magnā occasionē ruinę viro suo: tunc vir potest se subtrahere a conuersatione sua. Idem Alber. addens ꝙ non oportet cohabitare furoni & huiusmodi si non vult resipiscere, xxviij. q. j. c. vxor.

§. V. ITEM NOTA QVOD EX FORnicatiōe seu adulterio potest vir vxorē dimittere seu accusare. & vxor virū nisi in septē casibus qui infra ponūt: qa in hoc sunt paris conditiōis. xxxij. q. ij. si quis vxorem. Et istal causa. s. fornicationis extenditur ad fornicationis seu adulterij suspitionem. s. quando est suspitio violenta vel certa. Verbi gratia. Si probatū est ꝙ fuit solus cū sola: nudus cū nuda in eodē lecto: aut simul in multis secretis lo-

cis in latibulis ad hoc cõmodis & horis electis: libere dimittitur vxor.xxxij.q.j.dixit. Idē secūdo extenditur ad vitiū sodomiticū vt propter hoc possit alter alterum dimittere. xxxij.q.v.j.c.omnes causationes. &.c.adulterij, Petrus etiā de Pa.dicit ꝙ hoc extēditur ad vitiū sodomiticū & pollutionem extraordinariā cum alio vel cū alia cõmissam. Et idem dicunt quidam de omni peccato contra naturā. Item tertio extēdit ad infidelitatē: quę dicit fornicatio spiritualis: vt si alter incidat in hæresim: ludaismū vel Gentilitatem: & præcipue si trahit coniugem ad infidelitatē.xxviij. q.j.idolatria. Sed si corrigere se vellet talis non debet dimitti. Item si polluat aliquā extra claustra pudoris: videtur ꝙ dimitti possit ab vxore ,ppter hoc. ar.xxxij.q.iij.mercrices. Item si tale quid egit cum ,ppria vxore: ꝑ.m Hug. & Lan. vxor potest eum dimittere: si tamen ipsa nō fuit in culpa.f.assentiendo:sed violentata vel somno decepta & hmōi. Ex vitio autem mollicieī:cū.f.alter coniugum polluit seipsum:nec potest talis dimitti ꝑm Hug. Item ex sola voluntate adulterandi sine opere sub secuto: nō potest dimitti ꝑm Guil'. Sed nota ꝙ ista dimissio pōt fieri dupliciter. Vno modo quo ad thori separationē, secundo modo quo ad cohabitationis separationem. Et iste secūd⁹ habet etiā primum modū implicitū. Dimissio primo mō.s.quo ad thorū:videlicet denegādo illi debitū pōt fieri ,ppria autoritate etiā sine iudicio eccl'ię: qñ innocēti cōstat certe de adulterio cōiugis: tūc em ablę ꝓtō pōt ei denegare debitū:&ꝫ nisi cōpellat autoritate eccl'iæ: vel nisi ipse postea adulteraſſet,aut etiā si petisset vel reddidisset debitū voluptate ista postęꝫ seiuit de adulterio: tūc em videt sibi recōciliasse. Vñ nō pōt innocēs amplius denegare debitū adultero nisi recidiuaret.Pe.de Palu.vbi delinquens oīno vellet se emēdare vel ꝓsumeret pœnitēs:debet innocēti ꝑsuaderi ꝙ sibi recōciliet,cū ad hoc cogi nō pōt ꝑ subtractionē absolutionis nisi hoc faceret ex odio vindictæ ꝑm Tho.in.iiij. Sed quantū ad sextum modū.s.cohabitationis separationē:q.d dimittat: nō pōt alter alterum dimittere sine iudicio eccl'ię.& si dimiserit debet cogi ad recipiendū:nisi fornicatio incōtinēti possit probari,Et ꝑm Host.infra octo dies:si ꝓbet nō restituet.als sic.Et hoc intelligendū est ꝑm Rich. qū mātionū est celebrata in facie eccl'iæ,vel corā testibus:sed si erat oīno clādestinū:pōt,ppria autoritate dimittere:etiā quo ad cohabitationē. Hæc ille. Videtur tū ꝙ teneat illud mātionū notificare eccl'iæ advitāda pericula q̄ inde possent contingere. Itē ꝑm Host. si adulterium sit notoriū,ita ꝙ inficiatiōi nō sit locus:tūc pōt dimittere autoritate sua:ei⁹ de diuor.c.significasti.Et multo fortius debitū negare. Idem Inno, Sed Guil'. dicit hoc esse verum si alter recedit a cōiuge & publice moratur cū adultero vel adultera:als si ,ppria autoritate dimitteret: cogeret recipere.

dupliciter dimittio vxoris.

dist.xxv q.iij.

obstāte ꝙ sit ab illo cognita cui se cōiungit: nisi fuerit alteri fornicata.ei⁹ de diuor.c.gaudem⁹.Septim⁹ est si vir cōuincit adulterari. xxxij.q.vj. per totū. Vbi etiā nota ꝙ si vir est adulterat⁹ occulte & vxor manifeste: nō pōt vir sine ꝓtō vxorē dimittere:qa vxori nō deficit excipiendi ius sed ꝓbatio ꝑm Tho.Ray.& Alb.si tamē vir egisset pœnitētia & vxor nollet agere:sed ꝑseueraret in adulterio:posset sine ꝓtō accusare & dimittere.xxxij.q.v. in quatuor primis cap. Istos casus ponit etiā Richar. & addit. Alij addūt octauū casū.s.si vir abstinēdo cōtra volūtatē vxoris ei occasionē adulterādi dedit.xxxiij.q.v.si dicat. Tñ alij dicunt ꝙ non propter hoc excusaret mulier adulteraus: quin vir posset eā propter adulteriū dimittere ꝑm glo.Nota etiam ꝙ pœnitentia facta in adulterio nō tollit quin possit accusari vl'excipi de ipso adulterio in foro cōtētioso.xxxiij.q.ij.admonere. &.vj.q.j.qui crimē. Debet tamē innocēs parcere pœnitēti & sibi recōciliari ex charitate & quadam æqualitate q̄uis non teneatur ex necessitate.s. quantum ad reddendum ei debitum coniugale. Item si vnus coniugū fornicetur carnaliter: & alter spiritualiter.s. labendo in hæresim ꝑm Gof.& Host, admitteretur compensatio:si tamen fornicationem spiritualem dimittat qui in ipsam incidit,als procederetur contra eum:& non audiretur contra suum coniugem.Effectus accusationis de adulterio est ꝙ si maritus probet qđ intendit: vel mulier hoc confiteatur: nisi mulier replicet contra eum aliquē de prędictis septem causibus:absoluitur ab eius cohabitatiōe & seruitute qua sibi tenebatur:& potest assumere habitū religionis eo inuito xxvij.q.j.c.agathosa,Et in sęculo sine oviuere potest sed tamen continere tenet ꝑm Ray.& Tho.& Pe.Ipsa autē dimissa propter adulteriū non potest intrare religionē contradicente viro:sed si ingressa esset viro sciente & non sibi contradicēte:satis potest videri data licētia:& vir tenebitur continere. Et si ingressa fuerit contra voluntatē viri: poterit reuocari. Tho.& Pe. Item in sæculo remanentem post diuortium potest innocēs adulteram recōciliare.i.ad mittere ad sui cohabitationē & ad actū coniugalem: & si nollet cogi posset.& hoc est verū si nocēs de adulterio correctus est.nam si manet incorrigibilis:non debet sibi eam innocens reconciliare. Item nota ꝙ si post diuortium qui erat innocens:factus sit nocens in crimine adulterij:potest & debet cogi per iudicē reconciliari sibi adulteram coniugē:& ꝓcipue ipso hoc petente:& adulterium allegāte commissum post diuortium ab eo qui innocens prius fuerat.

Item si post diuortij sententiā constiterit ecclesiā fuisse deceptam per falsos testes & huiusmodi:debet sic spoliatus restitui. Taliter etiam si alter iam feciſſet professionē in aliqua religione: vl' cœpisset sacerdotiū:si hoc petat: & tenetur restitutus reddere debitum:sed exigere non potest Sed si sic spoliatus non petit restitutionem: ille qui iam factus est sacerdos vel professus non potest ipse petere socium in coniugem. Item nota ꝙ cum restituitur aliqua vxor viro:si dicat se habere suspectum virum ne forte eā lędat: & causam veri similiter ostendit:ad iudicem spectat facere cauere sibi sufficiēti cautione ꝙ tractabit eam bene: & ꝙ non lędet eam in persona vel rebus:& hanc cautionē præstabit per iuramentum. xxxij.q.j.de benedicto. Sed si mulier non confidat de iuramento:debet præstare cautionem pignoratitiā vl'fideiussoriam sub certa pœna.xxxiij. q.v.prodest.Vel si capitali odio ita eam persequeretur ꝙ merito de ipso diffidat:nec possit ei de cautione sufficienti prouideri.non solum non debet ei restitui:sed ab eo potiꝰ remoueri ꝑm Ray.& Pe.de Pal'.

§.VI.CASVS AVTEM IN QVIBVS

Casus ꝓpter qs adultera nō dimittit

vxor ,ppter adulteriū cōmissum nō pōt dimitti seu accusari:sunt hi ꝑm Ray.Primꝰ casus est si ipse eā prostituit.extra de eo q cog.consan.vxo.fuæ,discretionē. Idē est ꝑm Pe.de Pal'.si vir sciuit & nō ,phibuit cū potuit.Idē em est sciente non prohibere cū possit delictū inferioris reparare. Secus aūt si indirecte ei occasionē dedisset expellendo eā vel necessaria denegādo:qa nō est ignoscēdū ei q prętextu paupertatis turpissimā vitā elegit. ff. de ritu nup.l.palā. Secundꝰ est cum ipsum virū credēs functum nupsit alteri:qa maritę redīes tenet eam recipere non obstante tali adulterio: nisi steterit sciēter cū secūdo marito postq̄ primꝰ venit. xxxiij. q.iij.cū per bellicā. Excusat em ꝓdicta si habuit ,pbabilem ignorantiam ꝑm Richar. Tertius si fuit cognita ab aliquo latenter quę credebat ,ppriū virū. & est.arg.xxxiij.q.ij. in lectum. Quartus si fuit vi oppressa. vt.xxxij.q.v.c. ꝓposito. Hoc aūt intelligo devi absoluta:sed si metu vl' ꝓcepto parentū:instantia cōsanguineorū:vel alia sibi causa formidare cū aliquo etiā cōtrahēdo cū illo: de facto nō excusaret.xxxij.q.vij. oēs. Quintus est qñ reconciliauit eam sibi post adulteriū cōmissum: vel eam publice adulterantem tenuit & retinet in cōfortium maritale.xxxij.q.j.c.j.cū seq. Huius rō est ꝑm Richar. qa crimē per recōciliationē dimissum amplius obiici nō debet: nisi sequat recidiuū. Sextus est licet raro occurrat.si aliqs infidelis cōiugē infidelē dimittat dato sibi libello repudij:& illa nubat secundo viro suo si vterq̄ cōuertat ad fidē:tenet maritus eā recipe:non

§.VII.NOTA SECVNDVM INNO

Quādo vxor debet virum sequi.

centē.ꝙ vir tūc tenet sequi vxorē:quādo.s.itinerat cum necessaria causa:sed vxor tenet sequi virum ex quacūq̄ causa recedat si domicilium transferens:nisi vellit eam trahere ad peccatū. extra de diuor.quęsiuit.Secus tamen si esset vagabundus.xxxiij.q.ij.si quis necessitate. Item Bernardus & Hostien.Et addit Hostien.ꝙ sicut in voto vltramarino vxor potest sequi virū & remanere si voluerit:nisi in omni itinere voluntatis cum proposito reuertendi.Quod videtur intelligendum de longo itinere:sed vbi transferat domicilium de loco ad locum: vxor tenetur sequi eū. xiij.q.ij. vnaquæq̄. Et ꝑm Guillel.debet eum sequi etiam in carcerem & in exilium. Quod intelligitur de carcere quantum ad debitum

ad debitum reddendum seruata honestate: quo ad exilium: quo ad cohabitandum si nutrire potest & periculum animæ & corporis non imminet:vel vxor potest virum nutrire.Sed nota diligenter quę dicit Pe.de Palude in.iiij.di. xxxix. circa cohabitationem coniugum. Dicit em ꝙ si in vno cōiugū sit tale crimen ꝙ timet alter corpori suo: nec potest sibi secure aliter prouidere: licet dimittere talē: nec tenet cohabitare:qa si non tenet debitū reddere cū periculo corpis sui:multo min⁹ cohabitare. extra de resti.spo.ex transmissa.&.c.literas.in fi. Vñ falsa est glossa.extra de diuor.c.ij. quę dicit ꝙ nō est dimittēda vxor:etiā si vitę viri fuerit infidiata.Item quando vnus coniugum trahit alterum ad crimen:ita ꝙ licet non cogatur peccare: tamē propter periculū fuæ fragilitatis ne cōiugalis societas ipsum pertrahat ad peccatū:teneatur illud.Si oculus tuus dexter Mat.v. & xviij scandalizat te: erue eum &c. Si em cum periculo corporis non tenetur manere:multo minus cum periculo animę & sicut nō tenet propter periculū infidelitatis cohabitare cū infideli:ita nec ,ppter periculū aliorū criminū:licet ad nullum possit cogi. Et licet istud sit grauius q̄ alia:tamē minimum periculum mortalis peccati præponderat maximo periculo corporis.& licet in hoc sit dissimile ęꝙ inuito aufertur vita corporis non ait:tamē ista dissimilitudo tenet ita in ifidelitate sicut in alijs vitijs:qa nullū ꝓctm cadit in inuitum,Item ,ppter alia crimina vnius quibus alter non timet ,pbabiliter aīe suæ nec corpori:nō debet derelinqre coniugem:etiam si sit incorrigibilis:nisi sit fornicatio carnalis:etiā semel cōmissa:vel ,spualis fornicatio,i.infidelitas in qua sit incorrigibilis.Et sic intelligit eē.de diuor.c.ij.

¶De votis coniugatorum. Capitulum.XXII.

VXOR VOTA ABSTINEN

Mulier non voueat in uito marito.

tię vel peregrinatiōis & hmōi facta ante matrimoniū contractum siue postea:non tenetur nec debet implere contradicente viro.Ray. Sed vir potest vouere & tenet implere vota abstinētiæ:etiā inuita vxore:nisi per hoc fieret ꝓiudiciū vxori:puta qa redderet ꝓtēs ad redditionē debiti ꝑm Hug. xxxij.q. v. ꝓcepit. & c.christiana.Nota etiā ꝙ si vir dedit tam licentiā vxori implendi votū abstinentię:si postea reuocat rationabili causa motus bñ facit: si sine causa reuocat peccat. tñ in vtroq̄ casu vxor debet obedire & nō peccat.Ray xxxiij.q.v.c.manifestum.&.c.noluit.

votum peregrinatiōis

§.I. QVANTVM AD VOTVM PE

regrinationis vnus nō potest sine cōsensu alterius facere seu factū adimplere secūdū Ray.& Host. Immo ꝑm Inno. potest reuocare si aliqū consensit :licet peccet. Excipit ꝑm ꝓdictos aliqū votū Hierosolymitanum:qđ pōt facere vir sine vxoris licētia & factū implere: vxor tñ vt assentiat est attentius admonēda: vel si nō vult remanere sequat virū. Dicit tñ beatus Tho. in quodliberis. & Albertus, ꝙ non est consulendū viro ꝙ accipiat crucē ad transferendum se vltra mare si vxor sit talis ꝙ non posset sequi: & de eius in cōtinētia timeat. Vxor ꝑm Host.pōt etiā inuito viro votum Hierosolymitanū emittere: sed si suspecta sit vel nimis iuuenis nō exequat ꝓsonaliter: sed votū redimat. als vadat maxime si talis est q̄ secū posset ducere bellatores. Quantū vero ad modicā pegrinationē etiā sine voto propter disponendā domū: vel quantū ad transferendū domicilium:alio videt dicere beat⁹ Tho.in.iiij.ꝙ pōt vir hoc facere sine licētia vxoris:qa in dispositiōe dom⁹ & regimine vitę mulier est subiecta viro:& nō ecōuerso. Dicit tamen Hugo.xxxiij.q.v.c.manifestū.Glo.ꝙ vir illa vxoris vota remouere pōt:q̄ ipsa implere non potest sine scādalo viri: vt de ieiunijs:de surgēdo ad matutinas & hmōi. Alia non vt si vxor vouit dare aliquid de ,prio:vbi cōsuetudo est ꝙ mulier habeat bona paraphernalia :vel si vouit aliquā orationem & huiusmodi.

votum castitatis

§.II.QVANTVM AD VOTVM CA

ginis lapsę: vt intelligẽs malũ suũ vehemẽter doleat. Hiero. ad Susannã virginẽ sacrã sed lapsam. Bona cõmemorem quę perdidisti: an mala deflea q̃ amisisti? Eras ỹgo in paradiso dei vtiq; inter flores eccleſię. Eras sponsa christi: eras templũ dei: eras habitaculũ spũsancti. Et quoties dico eras: toties opus est vt ingemiscas: qa non es qd̃ fuisti. Incedebas in eccl̃ia tanq̃ columba: de qua scriptũ est. Pennæ colũbæ deargẽtatę &c. Splendebas em̃ vt argentũ: fulgebas vt aurum: eras tãq̃ stella in manu dñi. Quæ est ista subita cõuersio: quę est ista repẽtina mutatio? De virgine dei facta es corruptio Sathanæ: de spõsa christi scortũ execrabile: de tẽplo dei phanũ immũditiæ: de habitaculo spiritusscti tuguriũ diaboli: q̃ incedebas cũ fiducia vt colũba nunclares in tenebris vt vespertilio. Theñ. j. Quæ fulgebas vt aurũ, ꝓpter virginitatis decorẽ: nũc vilior facta es luto plateaꝝ: q̃ fueras radiãs in manu dñi: nũc velut de alto cœlo ruens extractũ cõuersa es in carbonẽ. Vhe tibi miseræ & iterũ vhe: q̃ tãta bona pariter, ꝓpter parui tpis luxuriã p didisti. Aperi oculos si pores: erige frõtem si audes: & aliq̃ sctoꝝ intuere. Nõne facẽ tuã cõscięntia cõmissi tanq̃ plũbũ inclinat? Quid facies corã Maria & Tecla & Agnete & immaculato thoro puritatis? Quid iterũ facies coram angelis sanctis? Nõne splẽdore & claritate immaculatoꝝ quali fulminibus pcussa cõbureris? Sed dictura es forsitã. Nõ potui sustinere qa carnẽ fragilẽ circunferebã. Rñdebit tibi beata Tecla cũ innumerabilib⁹ sociis suis. Et nos eadem carne amictę eram⁹. Nec tñ plenũ castitatis nostræ propositum aut fragilitas carnis potuit immutare: aut sęvitia Paganorũ ꝑ varia tormẽta deięcere. Reuera nõ põt caro corrũpi: nisi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine aĩa quæ carnẽ pcedit in crimine. Pœnitudo ergo necessaria est. Sed quanta putas & qualis necessaria est pnia quæ aut ęquet crimẽ: aut certe excedat. In primis oĩs cura huius vitę tibi intermittenda est: & quasi mortuã pœnitẽte existimans quõ possis reuiuiscere cogita. Deinde lugubris vestis tibi accipiẽda & mœs & membra singula digna castigatiõe punięda. Amputentur crines: deflũat oculi lacrymis: pallescat facies: totũ corpus in cura & ieiunijs macereꝝ. Si nõ infidelitate grauarẽt sensus humanus quibus & qualẽuis cruciatũ ad præsens libenter sufferret dũmodo illas pœnas ignis æterni non incurreret. Hæc oĩa Hiero. Et no. quod dicit Hiero, carnẽ nõ posse corrũpi nisi aĩa fuerit ante corrupta intellegitur de corruptione vitiosa & cũ pec cato. Nam corrũpi potvirgo per violẽtiã sibi oĩno illatã: & tñ non corrũpit aĩa: qa .s. non peccat si oĩno renitat.

Lapsę ỹ

¶ De statu viduarũ & multis q̃ ptinẽt ad eas. Cap̃. III.

IDVAM EIVS BENEDI

cens benedicã: paupes ei⁹ saturabo panib⁹. Pſ. cxxxj. Loquit hic dñs ꝓphetã de ecclia q̃ est mr̃ & ỹgo, & vidua dr̃: sed diuersis respectib⁹. Dicit em̃ mr̃ rõne fœcũditatis: qa q̃die gñat filios christo ꝑ gratiã baptismalẽ vl̃ pnialẽ. Dicit ỹgo rõne integritatis fidei & sctẽ cõuersatiõis: qa in nullo vitio corrupta. Dicit vidua rõne absentabilitatis sui spõsi: qa christo spõso suo mortuo in cruce demũ & si resurrexit: tñ i cœlũ ascẽdit: & pmanet pñtia corpali. Est ergo vidua ei⁹ .s. dñi: vel vidua Siõ. i. respectu ecclię trifũphãtis q̃ a pte speculæ & fruiẽ pñtia christi. Interp̃tat em̃ Stõ speculatio. Hęc vidua afflicta ẽ multiplici afflictiõe vt viduę: no solũ quia caret pñtia spõsi: sed etiã qa draco infernalis insidiat filio ei⁹. i. cuilibet fideli vt deuoret eũ. Sed hanc benedicens in pñsenti per gratiã dñs benedicit & in futuro ꝑ gloriã. Nã vt dr̃ figuraliter Apocal̃.xij. Datæ sunt mulieri illi .s. eccl̃ię duæ alę: qbus demũ volare possit ad desertũ. i. cœlum. Vna est obseruatio denarij .s. decem pręceptorũ. Secũda est exercitatio senarij. i. sex operũ misericordię quo ad viuẽtes. Dicitur em̃ Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mãdata. Et Matt. xxv. dicitur his qui opera misericordiæ fecerunt. Venite benedicti patris mei pcipite regnum. Ex denario aũt multiplicato per senarium resultat sexagenarius. Fructus autẽ sexagenarius est qui colligit ex statu viduali ꝑm parabolã seminis in bonã terrã iactati. Matth. xiij. Pauperes quoq; filij eius spũ paupes saturanꝰ & panib⁹ sacramẽtorũ & spũaliũ cõsolationũ. Sed & de qualibet vidua põt hoc exponi. Viduã ei⁹ &c. Vbi primo sciendũ ꝙ ꝙuis ꝑm cõem vsum loquẽdi mulier q̃ priuat legitimo marito per mortẽ eius. vt di. xxxiij. vidua dicat: tñ ꝑ put distinguit ꝛ statũ cõiugalẽ & ỹginalẽ largi⁹ sumit: videlicet pro omni eo viro vel muliere q vel quę amisit ỹginitatẽ: siue p cõiugiũ consũmatũ siue p quãcũq; illicitã corruptelã: nec tñ in statu cõiugij est. Et vt talis saluetur persona oportet

Due alę

¶ Quod a dño possideat. ibi. Vidua eius.

¶ Et talis a deo cõsolat. ibi. Benedicẽs benedicam.

¶ Et in prole recreatur. ibi. Pauperes &c.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

Viduę sunt tres plices.

cũ dicit. Viduã eius. i. dñi vel Sion. notatur ꝙ talis possi deatur a dño. Sciendũ ꝙ est triplex genus viduarum. Quæ dã em̃ sunt diaboli: quędã: mundi: quędã dñi. Personę viduę diaboli sunt q̃ nec in cõiugio sunt: & tñ luxurijs vacãt de quib⁹ ait apl̃s. j. Tim. v. Adolescẽtiores viduas deuita. Cum em̃ luxuriatę fuerint: in christo nubere volunt habẽtes damnationẽ: qa primã fidẽ irritã fecerunt. Simul aũt & otiosę discunt circũire domos: nõ solũ otiosę sed ỹbosę & curiosę

Viduę diaboli

curiosę sequẽtes q̃ nõ oportet. Iacꝝ quersę sunt retro post Sathanã. Hę solẽt frequẽtare ecclias & psonas religiosas sub spẽ sctitatis & multos illaqueãt: & ideo cauendũ ab illaq; familiaritate. Viduæ aũt mũdi sunt q̃ gdẽ honestæ vi

Viduæ mundi.

um: inẽdũt tñ nubere tpe suo: vel etiam si nõ attendunt nubere nõ faciunt, ꝓpter deũ: sed ꝓpter mundũ vt vitent molestias cõiugij: vel sint dñę rerũ suarũ & hmõi. Hę solẽt multũ vacare tpalibus cõseruãdis & augẽdis; & exercijs spũalib⁹ parum insistunt sed tpalibus. Et plures etiam dotes suas tradũt ad vsuram diuersis modis: vel apud cõsanguineos viroꝝ cum certa mercede dimittẽtes: vel mercatorib⁹ sub noĩe depositi dantes & ẽ. Et aliqñ ,p dotib⁹ suis accipiunt plus debito. His etsi caste viuãt nõ debetur fructus sexagesimus: & delitijs aliqñ vacant. Sed vt dicit apl̃s j. Ti. v, vidua in delicijs viuẽs mortua est. Vidua vero dñi

Viduæ dñi.

est quæ per gratiã possidẽt a dño: & ꝓpter dñm proponit firmiter abstinere a cõiugio & ab omi actu venereo deinceps: etsi in ꝑteritũ experta sit cõiugio vel alio modo. Hãc describẽs apl̃s ibidẽ ait. Quæ ỹe vidua est et desolata spet in dño & instet oroĩb⁹ die & nocte. Et paulopost de viduis hmõi dicit. Præcipe vt irreprahẽsibiles sint. Debent viuere vt personæ religiosæ ad exẽplũ Annæ ꝓphetissæ viduæ: q̃ nõ discedebat de templo deo seruiens die ac nocte: & ꝑseuerãdo vsq; ad decrepitã ætatẽ: vno prius tm̃ cõtẽta marito. Lu. ij. Et. lxxxj. di. c. vlti. dr̃. viduæ q̃ stipendio eccl̃ię sustentant: tam assidue in dei ope esse debẽt vt meritis & oroĩb⁹ suis eccl̃iã adiuuẽt. Et di. ea. dr̃. Ad reatum eꝑi vel ꝑsbyteri ptinet q parochiæ ꝑest si sustentãdæ vitę pñtis causa adolescẽtiores viduę clericorũ familiaritatib⁹ subijciant. Talis vidua a deo cõsolatur: quia bñdicit hic a deo p gratiam: & a mũdo p bonam famam: & tẽtationũ victoriã plenam. Exẽplum in Iudith vidua. de qua dr̃ Iudith. viij. quæ secretum habitaculũ sibi fecerat i domo sua vbi morabatur cum puellis suis clausa: cui tamen esset dieues: portabat cilicium cõtinentiæ: ieiunabat: timebat dominum valde: nec erat qui de ea loqueretur malũ ita caute viuebat. Hæc interfecit Holofernẽ delignantẽ diabolũ et liberauit populũ suum. Vnde benedicta fuit ab oĩbus & mirabiliter laudata. vt patet Iudith pcñ. & demũ i glo-

Viduæ sunt ad iuuãdę.

ria bñdicta. Viduas adiuuari mandat diuina autoritas & canonica. Vnde Gelasius papa. Licet oĩbus de nobis ꝑgrantibus non debeamus inquãtũ possum⁹ denegare nos: plus tñ viduarũ & orphanorũ causas & impẽsius ducim⁹ exequẽdas quas tueri a nobis vel ab oĩbus diuina manifestat assertio. di. lxxxvij. c. licet. & Esa. .s. dr̃. Quærite iudiciũ subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduã &c. Vnde & christus cõsolatus est viduã flẽtẽ vnicũ filiũ suũ defunctũ cũ resuscitauit. Lu. vij. Vere vidua si filios habet naturales pauperes nõ deserunt a dño: sed eis mirabiliter ꝓuidet, exẽplum de muliere vidua quæ pauit Heliam: q̃ cũ filio ꝑ tpe famis in Sarepta fuit pastus a dño: qa etiã resuscitatus ab eo. iij. Reg. xvij. Et de vidua cuius Helisęus secit miraculose multiplicare oleũ: vt de eius precio filios liberaret a creditorib⁹. iiij. Reg. iiij. Talis vero vidua debet filios educare si habet diligẽter in timore dñi: vt illa venerabilis quæ habuit septẽ filios: & eos hortabat ad martyriũ potius q̃ derelinquerẽt legẽ dei. vt habet. ij. Mach. vij. Et regina Blancha quę frequenter admonebat filiũ Ludouicum regẽ Franciæ sanctũ &c. Si non haberẽt filios naturales pauperes nõ deserunt a dño: sed eis mirabiliter ꝓuidet. exẽplum de muliere vidua cum ꝓ officiũ cõiugale veneristi ad viduitatis cõtinẽtiã: extrema Gen. ij. immo abiecta ne cogites. Quod & si post diluuiũ & ante &, viij. diluuiũ viguit illa sentẽtia. Crescite & multiplicamini & j. Cor. replete terrã: qd ad nos in quos fines fœcunditatẽ deuenerit x. qbus dr̃. Tps breue est & iam securis ad radicẽ arboris posita est: q̃ fyluã legis euãgelicæ & castitatem nuptiarũ succidat: tps amplectãdi & tps longe fieri ab amplexibus ait Mat. iij. Salomõ. Primum in veteri testamento: secundo in nouo. Olim gloriæ erat audire illũ versiculum. Filij tui sicut nouellę oliuarũ. Nũc de cõtinẽtibus dicitur. Qui adhęret deo vnus spũs est cum eo. Proponis mihi gaudia nuptiarum: vj. ego tibi opponam pyram gladium & incendiũ. Non tm̃ bonũ est in nuptijs quod speramus: quantũ malũ qd̃ accedere potest & timẽdũ est. Libido transfacta semp sui reliqt pœnitudinem: nunq̃ satiat: & extincta iterũ reaccenditur: vsu crescit & deficit: nec rõni paret q̃ impetu dicit. Sed discis ample opes & dispẽsatio rei familiaris egẽt autoritate iuris. .s. nisi cum seruulis tuis ipsa seruieris familiæ tuæ im perare nõ poteris quasi nõ possis, ꝓbatæ ætatis hr̃e famulos vel liberos q̃ prælint domui: vel ad publicũ rñdẽt vl̃ tributa persoluant. Quærite primũ regnũ dei & hæc oĩnia adijcientur vobis. Melius est rem familiarẽ minui q̃ aiæ salutem perire. Melius amittere quod vel imus nolim⁹ ali q̃n perituruꝝ est: q̃ id pro quo oia dimittẽda fũt. Nos ỹo ardemus auaritia: & contra pecunias disputantes auro si num expandimus: nihilꝙ nobis satis est: & hoc facim⁹: qa dñi verbis nõ credim⁹. Et qa ætas optata cunctis nõ vicina mortis q̃ debeꝰ mortalibus legẽ naturæ: sed crassa spe annorum spatia nobis pollicẽ. Nemo em̃ tã fractis viribus & sic decrepitæ senectutis ẽ: vt nõ se putat adhuc vnũ annũ esse victurũ. Vñ subrepit obliuio conditionis suæ vt terrenum animal iamq; soluendum erigatur in supbiã & animo cœlũ nouet. Hęc ille, Idem ad Furiã de custodia vidualis castitatis ꝙ debet vidua cauere ab ornatu & delicijs: dicit. Nõ quęrãt in christianis initia sed finis, Paulus male cœpit: sed bene finiuit. Iudæ laudãt exordia: sed finis ,ꝓditione damnat. Quid faciet in facie christiana purpura byssus & ceruſa: quorũ alterum ruborem generum labioꝝ rũq; mẽtit: alterũ candorẽ oris & colli. Ignis est iuuenũ fomenta libidinum: impudicę mentis indicium. Ornat⁹ iste nõ dñi est: sed velamen Antichristi. Nõ Ethnici ignes nõ vulcana tellus tantis ardoribus æstuant vt tuueniles medullę vino plenæ & dapib⁹ in flãmatæ, Grandis virtutis & solicitæ diligẽtiæ est superare ꝙ nata sis in carne nõ carnaliter viuere: tecũ quotidie pugnare & incluſum hostem Argi cẽtũ oculis obseruare. Nihil sic inflãmat corpora & titillat membra genitalia: sicut cibus indigestus & ructus cõuulsus. Quicqd seminariũ voluptatũ est venenũ puta. Cogita te quotidie moriturã: et nũq̃ de secũdis nuptijs cogitabis. Idem ad Saluinam viduam. Audi quid ex persona viduę continentis Ethnicus poeta Propt⁹ decãter. Ille meos primus qui me sibi iũxit amores. Abstulit: ille tulit secũ seruerq; sepulchro. Si tanti vilissimũ lucrũ: quanti vilissimũ lucrũ. Si sic cõmuni lege naturæ damnant oes Gẽtiles viduæ voluptates: quid expectandũ est a vidua christiana: q̃ pudicitiam suã nõ solũ ei debet qui defunct⁹ est: sed ei cũ quo regnatura est. Hæc ille per totum.

§. III. DE INSTITVTIONE ET MO

do conseruationis viduæ. Hiero. ad Saluinã. Didicisti catalogũ ỹcutũ tuarũ: quid debeas nomini tuo: quibus meritis secundum pudicitiæ gradũ possideas: nec moueat ꝙ sexagenaria eligatur in viduã & pures adolescentulas ab apostolo reprobari: sed te credas ab eo eligi qui discipulo suo dixerat. .j. Tim. v. Nemo adolescẽtia tua contẽnat. & in fra. .j. Ti. iiij. Mulieres quę sollicitę sunt quomodo placeant viris: comedant carnes qui carnibus seruiunt quorum seruor despumat in coitum: quæ ligatæ maritis generationi ac liberis operam dant. Tu vero quę in tumulo mariti sepelisti pariter omnes voluptates: quę linita purpura & cerusa facie sup feretrũ eius diluisti lachrymis: quę pullã tunicam, nigroſq; calceolos icãdidę vestis: & aurati socci deposition ẽ sumpsisti: in nihil habes necesse aliud nisi perseuerare in ieiunio. Pallor & sordes gẽmę tuæ sint: plumarum mollities iuuenilia mẽbra nõ foueãt. Balnearũ calor nouum nõ succẽdat adolescẽtulæ sanguinẽ. Tenera res in fœminis fama pudicitię est: & q̃si flos pulcherrimus cito ad

leuem marcescit aurā: leuiq; flatu corrumpit: maxime vbi
ętas cōsentit ad iudiciū: & maritalis deest autoritas: cuius
vmbra tutamē ē vxoris. Quid facit vidua iter familię ml'
titudinē: inter ministro9 greges quos volo cōrenat vt fa
mulos sed vt viros erubescat. Certe si ambitiosę dom9 hęc
officia flagitāt: preficiat his senē honestis moribus: cuius
honor: dignitas dñę sit. Scio multas clausis ad publicum
foribus non caruisse infamia seruulo9: quos suspectos fa
ciebat: aut cultus impudicus: aut erasti corporis nitor: aut
ętas apta libidini: aut cōscientia amoris occulti: secutus
eū vel animi timor qui etiā bene dissimulat, frequēter ersū
pit in publicū: & cōseruos quasi seruos despicit. Omni er
go diligentia custodias cor tuū: & caueas quicqd de te fin
gi pōt. Non ambulet iuxta te calamistratus, pcator: nō hi
ltrio fracꝰ in fœminā: nō cātoris diabolici venenata dul
cedo nō iuuenis fulsus & nitid9. Nihil tibi artiū scenicarū
nil tibi et obsequijs molle iūgaꝫ: habeto tecū ỳginū & vi
duarū choros: habeto tui sexus solatia & ancillarū quoq;
morib9 dñæ indicant. Semper in manibus tuis diuina sit
lectio: et tam crebrę orōnes & oēs cogitationū sagittæ qui
bus adolescētia pcuti solet hmōi clypeo repellantur: Diffi
cile est quin potius impossibile perturbationū vitijs care
re quępiā: eo q; incētiua vitiorū omniū titillēt animos: &
quasi in medullio sit nostrū iudiciū vel abijcere cogitata
vel recipere. Optim9 ille est qui min9 vrgeꝫ veluti si egre
gios impressos reprehendas in corpore neruos. Et hoc est
quod alijs verbis ꝓpheta significat. Turbatus sum & non
sum locut9. Et illud Architæ Tarētini Ad vilicū negligen
tem. Iā te verberib9 enecassem nisi iratus essem: sicut irasci
hois est: nō pficere irā christiani: sic ois caro ꝑcupiscit quæ
carnis sunt: sed nostrū est voluptatis ardorē maioris chri
sti ardore restringere: & lasciuiēs tumētum frænis inediæ
subiugare vt nō libidinē: sed cibos q̄rat & desideret. Sed
cur ista vt hominē esse te noueris: & passionib9 humanis
nisi caueris subiacere. De eodē cuncti facti sumus luto: in
serico & in pannis eadē libido dñatur: nec regū purpuras
timet: nec mędicantiū spernit squalorē. Multo em melius
est stomachū dolere q̄ mentē: imperare corpori q̄ seruire:
gressū vacillare q̄ ipudicitia: nec statim pœnitētiæ nobis
blandiātur subsidia quæ sunt in fœliciū remedia. Cauēdū
est vulnus quod dolore curatur. Aliud est integra naui et
saluis mercibus portū salutis intrare: aliud nudū hærere
tabulę & crebris fluctuū recursib9 ad asperrima saxa colli
di. Nesciat vidua bigamiæ indulgētiā: nec nouerit illud
apostoli. Melius est nubere q̄ vri. Tolle quod peius est vrit
& per se bonum non erit nubere. Primus Lamech maledi
ctus & sanguinarius & de stirpe Cain descendens vnā co
am diuisit in duas & plantarium bigamiæ.

1. Cor. vij. Ge. iiij.

§. IIII. ET QVIA VIRGINIBVS

& viduis maxime oportet vacare castitati seruādæ: absti
nēdo se ab actibus ve nereis quibuscūq; mētis & corporis
quō seu qb9 gradibus pueniat ad pfectam castitatē: ponit:
venerabilis Ioānes Cassianus in. ij. Coll'. Cheremonis di
cēs sic. Sex gradibus licet multa a seinuicē sub limitate di
stāribus: fastigia castitatis præcelsa distinguā: vt quędam
media: quę tamē multa sunt prętermittam. Quos; subtili
tas ista humanos subterfugit sensus: vt ea nec mens inspio
cere nec lingua valeat, ploqui: quib9 sensim castitatis ipsi9
perfectio quotidianis successib9 adolescit. Sed m similitu
dinē nāq; corpoꝝ terrenoꝝ quæ singulis diebꝰ insensibil'
sui capitis incremēta: & dū nescit ad perfectū habitū, pue
hunt: ita animę quoq; robur ac maturitas castitatis acgraꝫ
Primus itaq; pudicitię gradus est ne & vigilās impugna
tione carnali monachus elidatur. Sed's ne mens illi9 vo
luptatis cogitationibus immoretur. Tertius ne fœmineo
vel tenuiter ad concupiscētiam moueat aspectu. Quartus
ne vigilans vel simplicē carnis perferat motū. Quint9 ne
cū memoria generationis humanę vel tract9 rō vel neces
sitas ingesserit: subtilissimus mēte volūtarię actiōis pstri
gat assensus: sed velut opus quoddā simplex ac ministerio
humano generi necessario cōtributum: tranquillo ac puro
cordis contēplet intuitu: nihilq; ampli9 de eius recordatio
ne cōcipiat q̄ si opationē laterū vel cuiuslibet alteri9 offi
cinę mēte practet. Sextus castimoniæ gradus ne illecebro
sis phantasmatibus fœminarū vel dormiens illudaꝫ: licet
eā hanc ludificationē pctō esse obnoxiā nō credam9: con
cupiscentię tamē adhuc medullitus latitātis indicium est
quam eā illusionē diuersis modis cōstat accidere. Nā ēm
illum v sum quē vigilās exercere consueuerat vel cogta
re: etiā dormiēs vnusqsq; tentaꝫ. Aliter em fallunt9 hi q
carnalē copulā norunt: aliter qui fœmineę sunt cōmixtio
nis expertes. Hi em sicut simplicioribꝰ ac purioribus som
nijs inquietātur: ita etiā facilīore diligētia ac minore labo
re possunt purgari. Illi aūt sordidioribus magisq; expōsis
phātasmatib9 illudūt: donec paulatim ēm mēsuram casti
tatis ad quā vnusqsq; cōrēdit in odiū illius rei: quā volū
tariā antea sentiebat: mens etiam somno sopita vertatur.
Quisquis igitur extractus a cūctis cōfabulationibus otio
sis: & mortificatus ab oīi ira & solicitudine curaq; mūda
na: duob9 tm fuerit paximatijs quotidiana refectione cō
tentus: & aquæ satietate subtracta: quietē somni trīū: sue
vt alij statuerūt quatuor horarū spatio terminarit: nec tm
laborū aut cōtinētię huius merito: sed miseratione dñi eā
se crediderit adepturū: qa sine hac fide vana est ois huma
ni laboris intētio: nō amplī9 q̄ fex mēsib9 pfectionē istā
impossibilē sibi nō esse cognoscet. euidēs tm est iā ꝓximæ
puritatis indiciū incipere eā de proprij laboris industria
nō sperare. Si em vī verticuli illi9 vnusqsq; in v rtate cōce
perit. Pś. cxxvj. Nisi dñs ędificauerit domum in vanū la
borauerunt q ędificāt eam. sequeꝫ vt ne de puritatis meri
tis extollaꝫ: intelligēs eam se non sua diligētia: sed dñi mi
sericordia cōsecutū: nec cōtra alios immiti rigore moueaꝫ
sciēs hūanā nihil eē v rtutē: si eā v rt diuina nō iuuerit. Hæc
Io. Cassianus. Qui etiā ponit hāc esse differētiam inter cō
tinentiam & castitatē: & cōtinens dicaꝫ qui patiē magnos
stimulos tētationum carnis sed nō vincit. Castꝰ q paruos
vel nullos: q̄uis sępe ꝓ eodē supponāt. Nā & castitas etiā
large dī esse in statu cōiugali: dū. s. abstinet ab alijs corru
ptelis: etsi actū cōiugalē exerceat vt dictum est. Vidualis
status cōgruit nō sōlū fœminis quib9 defuncti sunt viri ea
rū: sed & qcūq; mares vel fœminę: qui amissa virginitate
abstinēt & ꝓponūt abstinere ab actibus venereis: etiā piu
gij: siue sint in religione ligati siue in sęculo constituti.

TITVLVS. III. DE DOMINIS TEM

poralibus. ¶Quod dominiū vniuersi consistit in summi
Pontificis autoritate & regali potestate. Cap. I.

CONSTITVIT EVM DOMI
nus dom9 sue: & principē oīs possessionis suæ
Pś. ciij. Loquit hic ad literā ꝓpheta de Ioseph
qui cōperta eius sapiētia: prudētia & bonitate
cōstitut9 est a Pharaōe rege ægypti gubernator totius re
gni sui & prim9 princeps post eū. Dixit em ei Pharao. Ecce
cōstitui te sup vniuersam ægypti: & dedit ei anulū suum
in manu eius &c. Et vt habeatur diffuse historia Gene. xlj.
Et pōt exponi & adaptari istī ad quēlibet dñm tēporalē
& iustū principē. Vbi sciēdū vt dicit Gelasius papa q; duo
sunt quib9 principal' regit hic mundus: autoritas scilicet
sacra pontificū: & regalis ptās. In quibus tanto est graui9
pondus sacerdotum: quanto pro ipsis regiminibus hoim
in futuro examine deo reddituri sūt rōnē. distīx. cvj. duo.
Ex hoc patet q; ista dominia & principatus subalternanē
& non sunt paria: sed temporale dñium est sub ecclesiasti
co seu spūali: qa imperator qui dī dñs orbis & princeps ab
solute est sub papa & ab eo iudicatur & cōfirmaē & depo
niē. Ista sunt duo luminaria, Gen. j. posita in firmamento
cœli: lūinare maius scilicet pōtificat9: & min9 scil ilicet im
perij pricipat9: q vt luna lumē recipit a sole: ita ipse suā cla
ritatē habet a papa. Prędest tū luminare mai9. i. sol dicit: q̄st
f. principale exercitiū papæ est circa spiritualia & animas.
Luminare minus. i. luna pręest nocti ad eā illuminādam:
qa imperiū & sęcularis dignitas est circa tēporalia & cor
poralia & vnū debet iuuari per alterūm in gubernatione & Sacer
directione mundi. Vñ Nicolaus papa. Cum ad verum vē dotiū&
tum est. i. ad discussionē veri scilicet ad tps xpi: vltra sibi iperiū
nec imperator iura pōtificat9 arripuit: nec pontifex nomē distin
iperatorij vsurpauit: qm idē mediator dei & hoim homo gui.
christ9 Iesus actibus ꝓprijs & dignitatib9 distinctis officia
potestatis vtriusq; discreuit, ꝓpria: volēs medicinali hūie
litate sursum efferri: non hūana supbia rursum in inferno
demergi: vt & christiani ipatores pro ętterna vita pontifi
cibus indigerēt: & pōtifices pro cursu temporaliū tantum
modo

Duob9 mundū regi.

modo rerū impialibus legibus vterēt: quatin9 spiritualis
actio a carnalibus distaret incursibus: & deo militans mi
nime ęcularib9 se negotijs implicaret: ac vicissim nō ille
rebus diuinis præsidere videretur qui esset ęcularibus ne
gotijs implicat9. dist. xcvj. cum ad verū. Idem Cyprianus
dist. x. Et dicit ibi glo. q; summa nobis a deo concessa sunt
dona. s. sacerdotiū & imperiū vt habeē in aut. quō oportet
epos. in prin. coll'. j. Et de papatu quidē & alijs prælaturis
ecclesiasticis dī i suis titulis. Nunc aūt de principatib9 ę
cularib9 agendū: quorū prim9 & principalis dī impator:
deinde reges: Duces: Marchiōes: Comites & Barones. Et
vbi p plures ciuitates regunē & ad tps officium durat nō
ppetuo: cōsules priores antiani vel alijs noibus nūcupan
tur. Et imperiū quidē seu monarchia mūdi diuersis tpib9
fuit apud varias nationes & in diuersis partibus mundi.

Quatuor mo narchię

Quatuor em monarchię fuerunt figuratę ꝑ quatuor aia
lia q̄ vidit Daniel ꝓpheta exire de mari magno. Dañ. vij.
Prima em filijs Ieenę fuit monarchia Assyriorū: q̄ cœpit a
Nino: & finita est in Balthasar. vt patet Dañ. v. Secda filijs
vrso fuit Persarū & Medorū q̄ inchoata est in Cyro: & ter
minata in Dario vltio deuicto ab Alexādro magno. Ter
tia fuit grecorū similis pardo quę initiū sumpsit in Alexā
dro: & quasi in eo finem habuit: diuisum est dominiū ei9
post mortē in plures reges. vt patet. j. Mach. j. Quarta fuit
Romanorū filijs ferocis bestię dissimilis alijs. Huius prīcipiū
fuit in Iulio Cęsare q; sibi vsurpauit imperiū: sed pfectio
nem habuit in successore eius immediato Octauiano, Ro
mani autem ipsi ortum habuerunt a Romulo: qui primus
vrbem Romā cōdidit parua tunc in monte Auētiuo tem
pore Achā regis Iudæ. Et hoc fuit a creatione mundi an
no. iiij. M. cclxxxix. & post. dccl. annos ab ipsius vrbis pri
ma ædificatione natus est Iesus Christus anno imperij ip
sius Octauiani. xlij. Et primo quidē Roma recta est & gu
bernata per reges: qui septem fuerunt sibi nuicē succeden
tes incipientes a Romulo: & terminantes in Tarquinium
supbū. Deinde p ꝓsules duos q creabanē p annum: quib9
aliq̄n additi sunt tribuni & prætores: demū p ipatores: &
adhuc pmanet talis monarchia. Nā imperator dī rex Ro
manorū: mutata est tm monarchia quātū ad locū. Nam se

Trāslatio ipij tinus impator conuersus ad fidē sub quo imperiū collum
romani supposuit iugo christi: trāstulit in Oriētē. i. Cōstātinopoli
ab eo amplificatā: & ab ipso postea denominatā circa an
nos dñi. ccl. vel circa. Et sedem summi pontificatus Sylue
stro & successoribus i vrbe dimisit: multis ciuitatib9 & p
uincijs in Italia sibi donatis. Deinde imperiū Romanorū
transtulit est de cōstantinopoli in Frācia per Adrianum
papā: collato imperio Carolo magno regi Francorū: quia
Italiā liberauit de manu & dñio Longobardorū: & multū
exaltauit christianitatē: ex bellis victoriosis cōtra infide
les præcipue Saracenos. Et hoc anno dñi octingentesimo
vel circa. Demū trāslatū est de Frācia in Alemaniā: dato
imperio primo Ottoni anno dñi nongentesimo vl circa.
Et apud eos durat adhuc anno ī quo sum9 scilicet. M. cccc.
xl viij. Sed hoc mutatū est q; vbi pri9 imperiū dabaē p̄ suc
cessionē succedētib9 filijs parētibus suis: p papā ordinatū
est q; dē per electionē quę sit a septē prelatis & confirmaē
per papam: & per eū coronaē. Post imperatorē sunt reges
plures in populo christiano: vt rex Frācię: rex Anglię: rex
Aragonię: rex Castellę: rex Nauarrę: rex Portugalliæ: rex
Siciliæ: rex Dacię: rex Cypri. Et cū oēs dñi & reges sęcula
res deberēt esse sub imperatore: multi reges non recogno
scant eū vt superiorē suū: tuētes se vel priuilegio siue alio
iure vel potius de facto: vt rex Frācię vt dux Venetiarū &
alij dñi. De quolibet ergo pricipe iusto siue impatore siue
rege siue aliter rectore pōt dici illud. Cōstituit eū principē
&c. Et de hac materia habeē i. c. sequēti. Et multa etiam in
titu. de summo pōtifice & potesta. eius. Cōstituit eū dñm
dom9 suę. & prin. omnis possessionis suę. In quib9 verbis
tria possunt notari quę debent esse in domino temporali,
¶Vt non habeat dñium vsurpatū: ibi. Cōstituit.
¶Vt possideat v rtutem per ornatum: ibi. eum.
¶Vt exerceat actum regulatum: ibi. dñm domus.

Reges xpiani.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

sicut Ioseph de quo loquitur Pś. nō sibi accepit dñium &
principatū: sed is qui poterat. s. rex ægypti eū cōstituit do
minū & principē. Ita ad hoc vt quis sit dñs verus oportet
q; cōstituat dñs ab eo qui potest: & nō sibi vsurpet. Dicit Quis
em Leo papa. Pricipat9 quē metus extorsit. i. violētia: aut verus
ambit9 occupauit etsi actib9 vel moribꝰ nō offendat ipsū dñs,
tm initij sui est pnitosus exēplo. s. q. j. pricipatus. Vnde &
Christus q est rex regū & dñs dominātiū nō sibi vsurpa
uit dñū: sed at: Pś. ij. Ego p̄stitut9 sū rex ab eo i cilicet deo.
Tunc aut potest qs dici dñs ab eo qñ positus est in dñio
legitimo modo vel a deo immediate: sicut Moyses cōsti
tuit principē populi sui & Saulē primū regē populi sui: et Exo. iiij.
male se habentē in principatu: Dauid hominē ēm cor suū j. Reg. x.
vel mediate a populo vel collegio seu principe q habet j. re. xiij
iuste hāc ptātē. sicut Ioiades summ9 sacerdos cū consensu
populi cōstituit regem Iuda Ioas adhuc paruulum occisa
Athalia q̄ sibi vsurpauerat regnū. ij. Paral. xxij. Et Adria
nus papa cōstituit Carolū imperatorem. Et rex aliqs dat du
catum vel dominiū alicuius ciuitatis sue alicui sicut Pha
rao rex ægypti dedit principatū Ioseph & constituit eū do
minū &c. Si em aliqs dñs iniuste capit vel tenet aliquā ci- Iniusto
uitatē vel castrum sine legitimo titulo: fur & latro est. Si rū dño
cut Absalō qui p fraudē & violētia abstulit regnū patris rum pe
sui Dauid: sed valde modico tēpore gauisus est & deuit9 ricula.
vt latro fugiēs in mulo p comā capitis in arbore suspen
sus remanēs occisus est. ij. Regū. xviij. Talis ergo qui tenet
dñium vsurpatum cōtinue in p̄to mortali pmanet. Nec
saluari pōt nisi restituēdo ei cuius est. Tenēē etiā ad restitu
tionē omniū redituū quos habuit ab illis locis vsurpa
tis & expēsis habitis. Et vt homicida est iudicādus quātū
ad eos quos fecit p se vel suos officiales occidi vel murtila
ri licet illi digni fuerint morte ꝓpter malefitia perpetra
ta. xxij. q. v. si non licet. Nec debet absolui q̄ hoc clarum
est: nisi disponat se ad satisfaciēdū & dimittendū si titulū
iustificatū habere nō possit. ar. de pœ. dist. v. falsas. Et di
cit Hostiē. ē p de iudi. nouit. q; nulla ciuitas pōt se dare ali
cui dño nec pōt titulū dñi iustificare: qa hoc esset in pręiu
dicū imperatoris: quod est intelligendū de ciuitatib9 vel
castris subiectis imperio. Nam de his quę sunt de iurisdi
tione ecclesię: collatio vel iustificatio tituli pertinet ad pa
pā: sicut in Marchia plures ciuitates collatę sunt ab eo di
uersis psonis in vicariatū: de certis tributis annalibus red
dendo. Dicit etiam Arch. q; cuius crimen lęsæ maiestatis
habeat locū in persona inferioꝝ a principe. i. in alijs dñis
q̄i imperatore: vt colligi pōt. ij. q. j. in primis. §. de psona
epi. Hoc tamē intellig it de dño qui habet iustū titulū: sed ij. ij. qō.
alijs tyrānus dici pōt: & debet etiā qui habet iustū titulū: cxl. arti.
si nō querit de subditis vtilitatē & cōmoditatē: faciēs iniustas extorsiones: leges vj. ad.
& mandata iniqua. vt dicit Tho. in lib. de regimine pricī iij.
pum. Verū talibus dñis habētibus manifeste iniustū do
minū: q̄uis subditi non teneātur obedire: nec eis soluere
tributa vel gabellas & hmōi: tm ēm Tho. i sum. ad vitan
dum scādalū suū & aliorū bonū est obedire. & reuereri in
his quę nō sunt cōtra deū. Vnde Amb. Iulianus Impera
tor: cuius esset apostata: habeat tm sub se christianos mili
tes quibus cū dicebat: pducite aciem ꝓ defensione reipu
blicę obediebāt ei. Cū aūt diceret, producite arma in chri
stianos: tūc recognoscebāt impatorē cœli. xxj. q. iij. Julian9
Habētib9 ꝓ o iustū dominiū quātūcūq; malis tenenē sub
diti obedire in licitis & reuereri: & collectas & gabellas le
gitimas soluere. Vnde princeps apl'oꝝ in prima Canoni
ca. Obedite dñis vestris: nō tm bonis & modestis: sed etiā
discholis. Et Ro. xiij. Qui potestati resistit: dei ordinationi
resistit: & ipse sibi damnationē acqrit. Nā vt ait Augu. de
ciui. dei. Prouidētia diuina regna constituuntur humana:
sicut dictū fuit a deo Nabuchodonosor monarchæ. Scīāt
hoīes qa dominaē altissim9 in regno hoim scilicet, quidē
tia sua: & cuicūq; voluerit dabit illē & humillimū. i. vilis
simū ꝓstituet sup illē: cū. s. sibi placuerit. Dañ. iiij, sicut pa
tet ex ep̄la de Ioseph qui de carcere transiuit ad dñium. Cō
stituit eū eum dñm &c. Et hæc de primo. 1. Pet. ij.

§. II. QVANTVM AD SECVNDVM

debet dñs quilibet & rector esse virtutib9 ornat9: sicut fuit Qualis
Ioseph dñs cōstitut9. Ad ipm em referē cū dicit eū scilicet debet ee
Ioseph de quo imediate locut9 fuerit, Sap. i. Diligite iusti se dñs.
tiam qui iudicatis terram: sentite de dño in bonitate. Iusti
tia autē est oīs virtus: nec Hesperus nec lucifer est ita cla-

ȳus ait ꝓphs. v. Eth. vt em̃ ait Leo papa. Integritas præsidentium salus est subditorū. Nā tot⁹ dñi familiæ status & ordo nutabit: si qđ requiritur in corpore: non inueniatur in capite, i. rectore & dño. đi. lxj. miramur. Et Isido. Iustum est principē obtẽperare legibꝰ suis: tũc em̃ iura ab alijs seruāda existimet: qñ ipse eis primꝰ reuerentiam prębet. di. ix. c. iustum. Imitet ergo dñs quilibet temporalis dñm Ioseph qui interꝓtat augmẽtū: qa autꝫ fuit in oĩ virtute ab adolescentia sua. In cuius figurā pater eiꝰ fecit ei tunicā polymitā. i. varijs coloribus itextā: & talarē. i. vsq; ad pedes. Gen. xxxvij. q̃ signi ficat cõuersationē eiꝰ varijs virtutibꝰ ornatā & in bono vsq; ad finẽ pseuerātē in ȳ tutibꝰ: videlicet.

¶ In venerẽ eorum castimonia.
¶ In diuinorum sapientia.
¶ In agendorum prudentia.
¶ In aduersorum benigna patientia.

§. III. MANIFESTVM EST DE

Castus; castitate Ioseph cũ exposuerit se pictꝰ mortis: & icurreret squalorẽ carceris & notā infamię ne scelus adulterij perpetraret: ad qđ dña sua vxor patroni eius inuitabat: & sæpe blāditijs & ꝓmissiõibꝰ varijs alliciebat: vt patet Gen. xxxix. Sit ergo dñs castꝰ & pudicꝰ: fit cõtẽtus vxore sua: nõ ꝙrat alienas vel cõcubinas: seruet illud Tob. iiij. Ꝓter vxorem tuā nũq̃ patiaris crimẽ scire. Nā fornicatores & adulteros iudicabit deꝰ. Heb. xiij. Et sicut dñs in se debet esse castus idẽ quærere debet in familia sua. Lex oĩs diuina pariter & humana etiā Ethnicoꝝ mandat adulteria: incęstus: & vitia contra naturam acriter punit. Seruari faciat legẽ in se & familia sua: sicut fecit ille Gẽtilis dñs Chalencus: qui cũ reperisset filiũ suũ adulteriũ ꝓpetrasse: & ꝑm legẽ adulter deberet oculis priuari populũ suũ pro eo intercedentem in parte exaudiuit. vno tñ oculo sibi eruto: & vt lex firma maneret sibi alitꝫ oculũ erui fecit. Oquãta mala sequunt effrenẽ libidinẽ dñoꝝ & suorum curialium: quot homicidia & exercmĩnia regnoꝝ. Rex Salomon propter amorẽ mulierũ inordinatũ infactuatꝰ est: & in cultum idolatrię cecidit. iij. reg. ix. Antoniꝰ qa repudiauit vxorẽ sororẽ Octauiani & adhęsit libidinosę reginę ægypti Cleopatrę: amisit regnũ tot⁹ oriẽtis: deuictꝰ ab Octauiano bello nauali & terrestri: & demũ seipm occidẽs: & merito: qa vt dr. ꝛ. q. j. scelꝰ. Rex dici non pōt q nullo salubri regimine corpus regit: sed lubrica enervatione illicitis motibus eius cedit. Et vt dicit Sen̄. Nihil tã mortiferum humanis ingenijs vt luxuria est: & ideo caueat ne in se & ꝓlo suo libidoꝫ dñetur: sed virtus castitatis enitear. Sap̄. iiij. O q̃ pulchra est casta generatio cum claritate &c.

§. IIII. SECVNDO FVIT IOSEPH

Sapiẽs, sapiẽtia decoratꝰ. s. cognitiõe diuinoꝝ: vt patet in expositione somniorũ regis Pharaonis & seruorũ eius. Gen. xl. Vñ & Sap̄. vj. dr. Si delectam̃i regnis & sedibus o reges ꝓpli diligite sapiam vt in ꝑpetuũ regnetis. Et Plato affere bat resꝑublicas fore btās si eas regerent sapiẽtes vel qui sapiæ vacarẽt. Propter hoc mandauit dñs: vt rex cõstitutus in ꝓplo deberet hre secũ legẽ dñi scriptā: vt in ea ssepe legeret & in diuinis instrueret. Alexander magnus habuit in magrm Arist. summũ phõm. Carolꝰ magnꝰ Alchuinũ doctissimũ in oĩbus & stm̃ vir. stũs Ludouicꝰ rex Frācorũ habuit in magros magnos theologos magros ꝑdicatorũ & minoꝝ stos viros. Tales igit viros ꝓbos & doctos debet q̃liber dñs ꝓcurare secũ hre ꝓ instructiõe sui & cõsultatiõe & eruditõe subditoꝝ. i his q̃ sunt xp̃iane religiõis. Et quidẽ primꝰ dux ꝓpli Isrl'a deo constitutꝰ Moyses eruditissimꝰ fuit in oĩ sapia ægyptiorũ & Chaldæoꝝ & diuinorũ. Daniel cũ sociis cõstituti principes Prouinciarũ a rege Nabuchodonosor fuerũt eruditissimi in humana & diuina sapientia. Ptolæmeus Philadelphus rex ægypti doctissimus & ita studiosus: vt. lx. milia volumina librorum in sua bibliotheca ꝓcurauerit. Iulius cęsar & Octauianus primi impatores fuerũt peritissimi in sciẽtijs humanis: & merito. Dr en̄ Sap̄. vj. Rex sapiens stabilitas populi.

§. V. TERTIO FVIT IOSEPH PRV

Prudẽs dens iu agẽdis: vt patet in ꝓuisione necessariorũ pro tpe famis futurę cõgregare faciẽdo triticũ: & in dispensatione discreta eoꝝ tpe & modo cõgruo; & ordinatione suoꝝ fratrũ in exercitijs & alijs: vt patet Gen̄. xl iij. Quis putas fidelis dispensator & prudens quẽ cõstituit dñs sꝑ familiã suam. Matthęi. xxiij. q. d. rarus est. Debet ergo dñs esse prudens in prouidendo populo & ciuitati necessaria pro tpe nõ solum ꝑsenti: sed futuro in obuiãdo periculis in dispẽsandis necessarijs et officijs. Et vt dicit canon: nec alicui cõcedendũ est vnde alij scrupuloso corde moueãtur. Et seruãdum illud. Tempore non omni: nõ omnibus oia credas. Qui facile credit: creditur esse miser. Sicut fecit Amon. Nā cum ad eum cõsolandum sꝑ morte patris misit Dauid oratores ad amicum: sui consiliarij dixerunt ei: q̃ nõ causa amicitię sed ad explorādā terrā suā miserat. Qđ ille nimis facile ad credendũ audiens dehonestauit illos oratores pcidendo vestes eorum vsq; ad nates: & radẽdo dimidium barbę eorum: propter quā iniuriam Dauid iste mouit bellum contra eum: vicit & dure punuit eum. Sit quoq; prudens in vitando bella cũ pōt: qa varius eꝛtus belli. Et vt dicit glo. ordinaria sup epłas Pauli. In pace principũ qes & vigor seruaꝛ ecclesiarũ. Nam i bellis repescit pietas: disciplina scilicet correctionis dissoluit: et castitas violatur: & alia mala inumera sequũtur. Cõstituat fideles & iustos officiales qui ꝓcurent quietẽ populi: & iustã æquitatẽ & vtilitatem domini sui: nõ locupletationem sui: vt cõsterfit per nimias extorsiones. Remoueat occasiones dissensionum cõsanguineos honorabiliter tractando: quietẽ eoꝝ non æmulationem procurando: vt fecit Ioseph. Re. x.

§. VI. QVARTO DEBET ESSE CON

Cõstãs in aduersis & benignꝰ: vt non reddat malum pro malo: sed oblitus iniuriarũ humane se habeat & munifice ad gnus, inimicos vt eos sic ad se trahat. sicut fecit Ioseph qui non solũ patienter tulit iniuriã maximã factam sibi a fratribꝰ de venditione eius: sed eis indulsit et benigne tractauit ꝓ uidens large eis de necessarijs. Sic de Iulio Cęsare refert Seneca: q̃ omniũ recordabaꝫ ꝓteritę iniuriarum. Sic Tit⁹ imperator qui ob bonitatem suam dictus est delicię gñis humani: comperto q̃ germanus eiꝰ tractabat mortem eiꝰ scilicet Domitianꝰ: vt imperio succederet: nil mali sibi intulit: sed tñ rogauit cum lachrymis vt desisteret a malis eius conatibus. Sic sanctus Dauid rex: cum ei semel subdi ij. Regũ tus eius maledixeret contumelias inferendo: & lapides cõ xvj. tra eum ejiciendo: noluit in aliquo a suis sibi molestiam inferri sibi parcens in regnũ reuersus. Et hoc est quod dñs mandauit in lege Leuiti. xix. Nõ eris memor iniurię ciuiũ tuorum. Et in lege euãgelica. Benefacite his qui oderunt vos. Matth. v. Sit ergo Ioseph in moribus quilibet dominus: augmẽtum scilicet virtutum continuum: augẽdo etiam rempublicam. Vnde & dominus orbis & princeps Tres co imperator dicitur Augustus ab augendo: scilicet rẽpublironsim cã. Et recipit in sui coronatione triplicẽ coronam. Ferreã patorię ab archiepiscopo Colonienśi Aqsgraui. Et significat constantiam & fortitudinem ad debellandum inimicos eius. Argenteam accipit ab archiepiscopo Mediolanensi & significat propter sonoritatẽ sapiẽtiam: et propter claritatẽ prudentiã. Auream a papa in ecclesia sancti Petri: & significat eius benignitatem.

§. VII. QVANTVM AD TERTIVM

principale debet habere actũ & exercitiũ regiminis regulatum ꝑm rõnẽ: vt sit dñs domus suę & prĩceps oĩs possessionis suę. Non em̃ est dñs: sed seruus qui facit peccatũ: & tot Io. viij. dñoꝝ quot vitiorũ. Regat ergo ꝑm regulas rõnis & ꝑm interpretationem noĩs dñs. Dicitur em̃ dñs quadrupliciter.

¶ Primo do minus propter eius parcitatem.
¶ Secundo do minas ꝓpter eius seueritatem. Dñs q̃drupliq̃s ri
¶ Tertio do manus ꝓpter eis pietatem. diculose iterꝫ
¶ Quarto do munus ꝓpter eius liberalitatem. fatur.

Debet ergo dñs domui suę dare minꝰ. i. parũ nõ prodigaliter: vt faciunt cõiter dñi facientes magnas extorsiones a subditis vt possint facere expensas superfluas in vestibus suis & familię in cõuiuijs: ludis & mimis & similibus. Dicitur em̃ Sap̄. ix. q̃ sapientia docet sobrietatẽ. Vel etiã dare minus debet scilicet aliquid in pœnis q̃ mereatur vitiũ Dñs, delinquentis: qđ ꝑtinet ad clementiã quæ est diminutiua pœnarũ ꝑm rõnem tamen vt ponit Tho. in summa. Vnde Prouerb. xx. dicitur. Misericordia & veritas custodiũt regẽ Dñs, & clementia firmatur thronus eius. Debet secũdo dare minas: scilicet

nas: scilicet erga subditos incipiẽdo a domo familiæ suæ vltionis: vt vitia nõ dimittat ipunita. Hiere. j. Eccę cõsti tui te sup gẽtes & regna: vt euellas & destruas & dissipes & dispergas. s. vitia varijs modis ꝑm varietatẽ eorũ. Et ad Ro. xiij. Nõ sine cā gladiũ portat. i. dñs tpalis & potestas. Dei em̃ minister est vindex in iram ei qui male agit. Sicut fecit Saul qui transgtessorem inuentũ filiũ suum Ionathã sui mãdati: q̃uis victoriam habuisset occidere voluit: sed populus impeditꝫ. i. Regum. xiiij. Hinc & Aug. sꝑ Pẽ. Inuigiler disciplina: sicut cuiq; regenti apta & accõmodata est non solũ eꝑo regẽti plẽbẽ suã: sed & pauperi regenti domum suam: diuitti regenti familiã suã: iudici regenti ꝓ uinciam suã: regi regẽti gẽtẽ suã, Ita nulli hominum claudẽda est misericordia: nulli peccato impunitas relaxanda xxiij. q. iij. duo ista noia. Nam vt dicit Amb. in li. de offi. Cum vnį parcitur indigno: ad plapsionis cõtagiũ ꝓuocat vniuersos. Facilitas eñ veniẽ incentiuũ tribuit delin-
Do manus, quẽdi. xxxiij. q. iij, ẽ iniusta. Debet tertio dñs dare manus adiutrices ad personas ꝑcipue miserabiles & ab alijs oppressas. ꝑm illud Prouer. vlt. Manũ suam aperuit inopi: & palmas suas extẽdit ad pauperes. Vnde & Hiero. sup Hieremiam. Regum ꝓprie est facere iudicium & iustitiã & liberare de manu calumniãtium vi oppressos; & perigrino pupillo q̃ & viduæ qui facilius opprimũtur a potentibꝰ auxiliũ prębere: & vt curam maiorẽ eis ingereret ꝑceptor dei intulit. Nolite contristari vt nõ solũ eripiatis: sed nec patiamini vt vestra negligentia eueniat eos ab alijs ꝓtristari: & postea intulit. Si hęc feceritis reges Iuda tenebitis
Do munus. pristinam potestatem. Quarto debet dñs dare munus. Et primo quidẽ debitũ: vt non faciat gratis artifices vel agricolas pro se laborare: non dando eis mercedẽ suam: sicut faciunt hodie multi nõ dñi vl' officiales: sed tyrãni & prædatores contra illud legis. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Leuitici. xix. Deute. xxiij. & To. iiij. Vnde contra tales inuehit Iacobus apł's in canonica sua. c. v. Ecce merces operariorum vestrorũ q̃ fraudata est a vobis clamat contra vos: & clamor eorum in aures dñi sabaoth introiuit. Neq; auferat subditis sua bona vel possessiones: vel ab inuitis extorqueat etiã per venditionẽ ꝓ sui cõmoditate: sicut fecit rex Achab erga Naboth: quem ga noluit sibi vendere vineã suã: vt de ea faceret viridariũ vxor sua Iezabel pessima fecit eum falso accusare de blasphemia & lapidare: & sic ipsam vineã obtinuit. Sed vterq; mala morte perijt: Achab. s. & Iezabel. iij, Regum, xxj. Sed hoc non est dare munus. Munera sunt cũ dat quis ex sua liberalitate ecclesię pĩs locis & pſonis bonis vel ad placẽdum malos & obuiãdum nocumẽtis eoꝝ: vt fecit Iacob q̃ misit munera ad Esau dicens, In munerib⁹ placabo illum. Gen̄. xxxij. Hinc & Marcel. papa. Boni principis est ac religiosi ecclesias ꝓtritas atq; cõcussas restaurare nouasq; edificare: & dei sacerdotes honorare atq; tueri, distin. xcvj. boni. sicut fecit magnꝰ & deuotissimꝰ Cõstantinus impator: & Carolꝰ qui concesserunt maxima munera ecclesijs: & q̃ plures de nouo ędificare cœperunt. Qui sic est dñs domus & princeps in possessione sua, i. in his quos subiectos habet. Hũc vtiq; deꝰ ꝓstituit hic vt colloceꝫ eñ demũ cũ prĩcipibꝰ ꝑpli sui i cœlo. De vario & mltiplici gñe reginminis & quo debeat exerceri: habes in. iiij. ꝑte. tit. de prudentia.

§. VIII. NOTA DE CONDITIONI

Condi- bus regis & cuiuscũq; dñi & principis boni, quas ponit Autiõesbo gu. i. xv. li. de ciui. dei. c. xxiiij. reges fœlices dicim⁹ si iuste ni prin imperãt. Si inter, linguas sublimiter honorantiũ & obsecipis. quio nimis humiliter salutantiũ nõ extollũtur si se hominꝫ esse meminerint. Si suã potestatẽ ad dei cultũ maxime dilatandũ maiestati eius famulatũ faciũt. Si deum timent diligunt & colunt. Si plus amant id regnũ vbi nõ timent habere cõsortes. Si tardiꝰ vindicãt: facile ignoscunt. Si eãdem vindictã ꝓ necessitate regendæ tuẽdæq; reipublicæ: non ꝓ saturandis inimicitiarũ odijs exercuerint. Si eandẽ veniam non ad impunitatẽ iniquitatis: sed ad ſpem correctionis indulgent. Si qđ aspere cogenꝫ plerũq; decernere: misericordię lenitate bñficiorũq; largitate compẽsant. Si luxuria in eis est tãto castigatior quãto possit esse liberior. Si malũ t cupiditatib⁹ prauis q̃ qbusliber gẽtib⁹ etiã impare. Et si hæc oĩa faciũt nõ ꝓpter ardorẽ inanis gl'ię: sed ꝓpter claritatẽ fœlicitatis ęternæ. Si pro suis pctis humilitatis & oꝛonis & miseratiõis sacrificiũ deo vero ĩmolare nõ negligũt. Hæc oĩa Aug. vbi ponit. xxiij. cõditiões.

§. IX. NOTANDVM DE QVATVOR

necessarijs rectoribꝰ & reipublicę q̃ elicit Helinãdus histo riographꝰ ex lib. Plurarchi ad Traianum ĩpatorẽ: vt refert Vin. in Spe. hist. lib. iij. c. xxvj. Dicit g̃ Helinãdus. Est respublica vt plurarchon placet: corpus quoddã qđ diuini muneris beneficio animat: & nutu summę ęqtatis agit: et regit quodã moderamine rõnis. Quæ enim ad religionẽ princĩ: aię vicẽ hñt: prĩceps caput est huiꝰ corpis vni subiectus deo & his q̃ vices dei agũt in terris. Cordis aũt locum senatꝰ obtinet. Oculoꝝ aũt & ligę officia & auriũ sibi vẽ dicãt iudices & prędes prouinciarũ. Officiales & milites, manibꝰ coaptanꝫ: q̃ semp assistũt prĩcipi. Lateribꝰ assimilanꝫ ũstores & cõmercĩales: nõ illi q̃ carceribꝰ prælũt: sed comites rerũ priuatarũ vętris & intestinorũ ferunt imagiRespublica corpus mysticum.
nẽ. Pedes agricolæ sunt. Et his g̃ quatuor sunt quæ Plurarch⁹ principibus inculcare conaꝫ. s. reuerẽtiã dei: cultũ sui: disciplinã officialiũ: & prãtẽ & effectũ & ꝓfectionẽ subditoꝝ. Deniq; ait qduis rectissime geres si nõ recesseris a teQuatuor necessaria rectoribꝰ:
ipso. Si primo te cõposueris ad virtutẽ recte ꝓcedent vniuersa. Ista aũt quatuor sic extẽdit seu explicat Helinandus.

Quo ad primũ. s. reuerentiã dei sic ait. Miro modo deus intelligẽtiam sui sic infundit vt subtrahat: sic subtrahit vt infundat. In multis em̃ multiplꝰ lucet. Est aũt a maiestate mirabilis: a sapientia venerabilis: a bonitate. Et hic est funiculꝰ triplex inter creatorẽ & creaturã: q̃ facilꝰ nõ rũpit: vt. s. timeaꝫ: honoreꝫ & diligaꝫ. Colit aũt deꝰ duplr affectu. Cmẽtis & exhibitiõe corpis. s. p reuerẽtiã i ꝑsonis vl' reb⁹. Et in ꝑsonis qdẽ i his q̃ diuina iura ministrãt: de⁹ ꝓ cęteris aut honoraꝫ aut spernit: cũ. Qui spernunt Reuerẽtia in rebus cõsistit aut in corpalibꝰ vt locis sacris aut sacrificijs: aut in spũalibꝰ q̃ sunt iura q̃ sacris reb⁹ congruũt: q̃ temerare sacrilegiũ est: & morte expiãdũ. Rerũ sacrarũ imunitates cõuellere insurgere in deum est. Quo ad sectm cult⁹ sui maxie in tẽperantia cõsistit. Marcũ Catonẽ eodẽ vino quo remiges cõtẽtũ fuisse tradũt. Caium Curium Sabinoꝝ victor vol'es agros suos ex senatus cõsulto ãplia re gregaliꝰ portiõe cõtentus fuit: malũ ciuẽ dicẽs esse cui nõ satis eẽt id ẽ qđ cęteris ciuibꝰ. Quo ad tertiũ. s. de prãte & disciplĩa officialiũ: nihil iniq̃ diuite ꝓsiliatio pnicioſiꝰ Prouerb. iiij. Omni custodia serua cor tuũ: quoniã ex ipso vita procedit. Consiliarius, s. assimilatus est cordi. Est ergo prouidẽdũ poręstati ne cõsiliarij indigeãt: ne ve⁹ aliena immoderatius cõcupiscãt. Eccl'i. x. Nihil iniquius q̃ amare pecuniã. Hic em̃ animã suã venalẽ habet. Non solũ aũt in corde. i. cõsiliario: sed etiã in vẽtre & in intestinis reipublicę. i. qusitoribus & cõmẽtarẽsibꝰ hæc ratio seruãda. In laterib⁹ quoq;. i. illis qui principi semp assistunt. Nã a cõuictu mores formãtur in domibus prælatorũ & principũ. Hodie omnia venalia sunt: frustra apud curiales de testimonio cõscięntię. de venustate morũ. de torrẽte eloquẽtię: nisi precio interueniẽte confidis. Ego em̃ credo me vidisse ostiarios Cerbero duriores. Apud inferos tm̃ Cerberus (vt aiunt) vnus est: sed quot sunt diuerticula curiarũ; tot Cerberi. Tota aũt familia aut mordet aut latrat. Vetus prouerbiũ est. Manus vacua temeraria petitio est apud ad uocatos; & ipsum silentium venale est. Causidicorum lingua dãnifica est: nisi eã vt dici solet funibus argenteis vincias. In lege scriptũ est. Iuste qđ iustum est exequeris, Lege quoq; Iulia repetũdarũ munera iudices accipe prohibẽt. In epła eñ Seueri Imperatoris vetus prouer, est. Nec semp necab oibus. s. munera accipienda. Nã valde est inhumanum a nemine accipe; passim vilissimũ; ꝓ oĩa auarissimũ.

De publice exactoribꝰ egregie ait Laurentiꝰ Mediolañ. De ꝓpęs de talibꝰ. Publicanus. i. publicus exactor caput est rapi blicis næ: lex violẽtię: prędo sine pudore: medicꝰ exterminij: tim exactomanior furibꝰ. Nã fur laqueos legis timet; hic quicqd secerit legẽ vocat. Quis eo iniquior qui ꝑ his iustitiam dãnat: & armis innocẽtię spoliat: vulnerat: occidit innocẽtes: lege vtiq; legẽ perimit: & dũ alios vrget ad legẽ a lege decidit. Publicanorũ a maxio vsq; ad minimũ cõcussiõi potiꝰ q̃ iustitię vacãt: & ita ſ pplm debachant; vt qđ reliqt vn⁹ alij non morenꝫ auferre: tanq̃ ad hmõi instituti sint. vt re
sti duũ locus tæ comedat bruc⁹. Officiali Cæsaris: nisi in oĩ Iudices, bus acquieueris Cęsari contradices. De æquitate in iudi-

cādo inquit Helinādus, æquitas est (vt iurisperiti asserūt) rerum conuenientia quæ cūcta cogquat: & in paribus causis pia iura desiderat: lex vero ei⁹ interpres est. In nulla re tm̄ hodie offendūt sæculi potestates sicut in iudicijs cum tamē scriptū sit, iuste quod iustū est exequeris. i. sine: acceptione personarū vl' munerū: mox vt tibi liquebit de causa: iustā de vtraq; parte feras sniam. Nā dum causa anceps est, prelāda est snia: qa festinata iudicia pariūt pœnitētiā. Si igitur in iudicādo periculū vitari nō pōt nihil vtil⁹ q̄ differre. Si autē alterutrius periclitat vtilitas: & rei difficultas moram nō exigit: iniquissimum est iudiciū protelari.

De militibus. De militib⁹ videam⁹ qui manus appellātur. Nullus est vt ait Vegeti⁹ renatus quē oporteat plura vel meliora scire q̄ principē. Christianus princeps milites magis a fide & moribꝫ q̄ a viribꝫ debet eligere. Nostri aūt milites hodie sic ad bella quasi ad nuptias dealbati p̄cedūt. In castris sermo est illis de cōuiuijs: in conuiuio de armis. Cato militē nō dicit nisi q cū sacro ad militia iā cōsecrat⁹ est. Est autē principis puidere in primis ne milites suā p̄dāt innocētiā p defensiōe reip. sine qua respublica salua esse nō pōt. Sollus ille princeps est bon⁹ & iudex incorrupt⁹: cui⁹ snia ex cō rēplatiōe assidua imago est eqtatis. Cū g̃ milites sint man⁹ corporis publicę ptātis: & illi⁹ principis manus sanguine plenę sunt: cuius milites & officiales vel innocentum sanguinē fundūt: vel inocētes opprimūt. Hmōi pricipis oro nūc̄ exaudiēda est eleemosyna deo nūc̄ acceptāda. Vltimū eorū q̄ hr̄e iubet Plutarch⁹ pricipē est amor subditor⁹.

ministeriũ quo ad medicinalia & vitæ humanæ conseruationẽ deseruit ad esse: quo ad alia ad bene esse. Dicit autẽ multas sophisticationes in ea fieri & fraudes. & in conficiendis medicinis aliqñ ponunt aromata multũ vetusta. vñ & virtutẽ medicã habẽtia. vel si nõ habẽt illa q̃ exigũtur: aliqua alia nõ ita cõferẽtia loco illoꝝ ponũt: vñ & infirmo parũ prosunt. vel forte nocent qđ' cũ fieret esset grue pctm. In cãdelis formãdis aliqñ ponũt ibi oleũ vel lupinos vel fabas fractas bene machinatas vt sic sil'is coloris existẽtes cærę incorporentur. In speciebus cõponendis miscẽtes q̃ minus valẽt plus debito & in cõfectionibus ẽt nõ seruãdo debitũ modũ. In siropis cũ parũ in eis expendant: qa aquæ sunt distillatę: corpus earũ nimiũ precij apponũt. In põderibus diminutis offendunt dãtes. xj. vncias eoꝝ q̃ ad põdus vẽdunť pro libra. Et ipsi cũ emũt ab alijs talia velint habere librã pro. xij. vncijs: agẽtes cõtra illud Deut. xxv. Nõ habebis in sacculo diuersa põdera mai⁹ & minus. vnũ. ſ. in emẽdo: aliud in vẽdẽdo. Peccãt in diebus festis vendẽdo nõ necessaria. Nã necessaria vt puta medicinas ꝑ infirmis & ipsas cõponẽdo & alia hmõi necessaria vt cærã ꝑ funeralibus excusanť. sup quo inde ciuitates bñ ordinatæ: vt Florẽtia: solẽt ꝓuidere vt aliq ex eis teneant apothecas aptas puta vnã ꝑ quarterio & hmõi. Aliq etiã ex ministeris talis, artis dediti gulæ sibi assumunt: vel sochis dant de cõsectonibꝰ & similibꝰ ad cõmedẽdũ: in quo renẽtur magistro satisfacere: si sine cõsensu eius faciũt. Mendacia aũt & ꝓiuria in tali arte sicut & alijs semp sunt, vt ꝓtã: & aliquando mortalia vitanda & reprehendenda.

§. VII. DE BARBITONSORIBVS

& qa ad medicinalia ꝓtinet minutio sanguinis seu: phlebotomia qđ, opus fieri solet ꝑ barbitõsores, iõ de eis breuiter agendũ. In tali siquidem ministerio fraudes male fieri possunt sed in ꝑ aliq offendunt ꝙ diebus festis fine aliqua necessitate radũt aliquos hoc quęrentes. ſ. radi vel tonderi ob iuuenilem vanitatem vt iuniores & pulchriores appareant: qđ' male põt vt videť excusari a mortali cũ violent festũ vterꝙ. ar. ij. q. j. notũ. in fi. Ex hoc aũt ꝙ i sabbato vel vigilijs solẽnitatũ operẽtur vsq; ad tertiam horã noctis & vltra vsq; ad quasi mediã: ex eo ꝙ cõiter ꝑsonæ plus eo tẽpore in hoc volunt sibi seruiri ꝙi alio: & nisi qs eo tpe laboraret vt cæreri: amitteret in magna parte cõcursum ꝑsonarũ vñ & lucrũ: videť hoc posse tolerari attẽto more generali patriæ in hmõi. cuius eñ statutũ eccl'iæ in obseruatione cessationis ab operib⁹ diebus festis sit de vespera ad vesperã. i. fero. de cõse. dist. iij. ꝓnuntiandũ. tñ mos patriæ multũ habet modificare inchoationẽ & terminationẽ festoꝝ cum etiã habeat & tollere & istituere ipsa festa. ar. de conse. dis. iij. rogationes. & di. xj. i his & præcipue attẽto ꝙ ꝓst fero diei festi possent labore. ꝑm illud decretũ. ꝓnũtiandũ. cum tñ non operenť cõiter vsq; ad mediã noctẽ, & sic videtur admittenda talis compensatio fero vigiliæ cũ fero festiuitatis si ab officialibus ad quos spectat tale regulare ordinaretur ꝙ ꝓst primam horam noctis vel secũdam sub certa pœna nullus in tali arte operaretur: melius esset & tutius. & tunc omnes tenerentur seruare & seruando nulli eorum fieret præiudicium. In minuendo autem peccarẽt si non essent in eo periti. Super omnia debẽt cauere ne in apothecis eorum fiat congregatio iuuenũ ad male faciendum vt hodie faciũt plurimi vbi impudica loquũtur: & honesti scandalizantur.

Circa q̃ ꝓtingat arehite ctos ergere. Lata em palatia & excessiua ędificia vltra conuenientiam status sui ad ostentationẽ facta deo non placent. Patriarchæ autẽ in tentorijs habitabant vt Abraã Isaac & Iacob: scitẽtes se hic nõ habere manẽtẽ ciuitatẽ: sed domũ nõ manufactã in cœlis amplissimam expectare. Artẽ igiť hui⁹ vt licitam exercentes cauere debẽt a fraudibus & periculosis seu ruinosis operibus magis: quod contingit multipliciter. Nam si conducuntur ad operas dietim data eis mercede ꝑm conuentionem: fraudem faciunt & peccant: si non fideliter operantur diligentiam adhibentes prout opus requirit: & si tempus debitũ subtrahunt in truffis & otiositatibus & pigritijs. Si eis soluitur ex pacto ad mensuram cannarum ædificij facti data eis omni materia necessaria a conducente, fraudem cõmittunt si ad hoc vt plus operis faciant, vnde plus lucrentur: non congrue laborant sed incurie propter quod ædificium debile & ineptũ redditur. Tertio quando accipiunt aliquod ædificium faciendum ad expensas suas: materiam omnem ponentes pro certo præcio cõuẽto inter eos: & tũc fraudem aliqñ cõmittũt: ibi nõ ponẽdo calcẽ ad sufficiẽtiã vel alia opportuna: vt minꝰ expẽdant pro materia ꝙ ibi haberet de suo ponere, vñ ędificiũ nõ sufficiẽs reddať. Nec excusaret eos ꝙ

si vellēt ponere qđ regritur: & diligēter opari valde modicū lucrarēt: ita paruū salariū inde recipiūt qa debēt ipi in pricipio hoc aduertere. sed hoc iō faciūt vt citius eis ꝙ alijs opus loceť. Verū est tn ꝙ qñ cōductor taliū pcipit ꝙminus parū lucranť ex tali pacto, eo nō obstāte debet supplere ad cōperēdā mercedē: & pcipue qñ in tali ope supuenit casus q bene nō potuit puideri. Et vt ille diligēti⁹ agat opus debet etiā cauere talis patron⁹ ne differat mercedem soluere qñ tps aduenit solutionis vel diminuere soluat dādo res ꝙ pecunia vel malas monetas & hmōi. His subseruiunt latomarij & cœmētarij q peccāt qñ lateres vel calcē latoma/ rij. non bene cocta & cōditionata tribuūt vel cū mēsuras vel numerū diminutū concedūt: vel cū in diebus festis laborant qñ cōmode & sine magno detrimēto sui ab his abstinere valent id alijs diebus faciendo. Lapicidarij quoq; his adnectūtur, quoꝝ aliqui lapides cædunt & ad rudē formā trahunt. Alij diuersa inde opa exacta pficiūt, alij statuas & figuras sculpūt vt etiā marmorarij q in opibus suis multas fraudes facere nō pñt: qa manifesta sunt opa eorū pñt tn nimis pcium exigere sui laboris: sed si sic existimatur a peritis i arte eis credēdū post pactū etiā factū de mercede: si negligenter operaťť vt citi⁹ expediret: malū eēt. In hac arte periti fuerunt sancti quatuor coronati.

§. IX. DE FABRIS HORVM ALI

qui sunt fabri ferrarij: alij carpētarij, quoꝝ prim⁹ fuit Tubalcain, vt patet Gen. iiij. Inter fabros aūt ferrarios primi in ope sunt q ferrū a scoria separantes ad formā massæ vl virgarū adducunt. Exinde facīťes ferramenta iumentis q Artē fabrilē qs ad inuenit, dicunť manis calli: q non offendunt tm̄ imponendo praua ferramēta ꝙ bonis: sed etiā qa aliqñ male ferrāt vñ iumentum efficīť claudū: qđ aliqñ egranti inducit magnū damnum: qa oportet ꝓpter hoc supsedere in hospitijs & expectare vel alia egratura sumere vñ videnť teneri de tali dāno: qñ ꝙ incuriā eoꝝ ptingit. Isti manis calli solent se intromittere in medicatiōe ipsoꝝ iumētoꝝ equoꝝ & aliorꝝ qđ de se licitū est: dūmodo sciant artē: & diligēter exerceāt. Sequēstratis tn̄ oībus incantationibus: qa hoc oīno illicitū: & iuste mercedem inde petunt: qa dignus est operarij⁹ mercede sua. Luc. x. Hi aliqñ solēt eē mediatores ad vēdēdū & emendū talia alia, tales tn̄ vulgariter dicunť cozoni: q si cōmendant & consilio & psuasione inducunt ad emēdū aīal defectuosum ꝙ sano: & in precio notabiliter decipiunt plus iusto existimātes scīēter: tenenť læso de oī damno, recte aūt procedēdo licite recipiunt pcium suæ mediationis. Et isti vel alij quicūq; qui locāt equos ad vectūram offendunt: cū cōmodant equos defectuosos pro bonis: vñ cōducēti segtur dānū in psona vel reb⁹: vel cū nimium de hoc preciū exigūt qa vltra cōmunē æstimationē. Alij sūt fabri ferrarij faciētes diuersa artificia ex ferro vel alijs metallis: vt armarioli faciētes galeas: thoraces: lorīcas: pectoralia: brachialia & hmōi. Lāceas: sagittas: ballistas: bōbardas & hmōi. Et qa horū oīm pōt esse licitus vsus: de se talis ars nō est illicita: qa i bello iusto si licet occidere: multo magis & his vti. xxiij. q. ij. dñs noster. &. xxiij. q. j. qđ culpatur. Nec obstat. eī de sagit. c. j. quia illud exponiť cōtra qñ in bello iniusto his vtiť. Ex his ergo iustū pciū petere de hmōi artificijs de se nō est illicitū. Sed cū manifestum est aliqđ bellū esse illicitū & iustū: tūc tali⁹ iniuste manifeste bellātib⁹ vēdētes talia: videtur cooperari pctō eorum: & pcipue quo ad arma offensiua: vt gladios: lāceas: ballistas: bōbardas & hmōi. xj. q. iij. q. cōsentit. forte nō sic de defensiuis tātum: vt galea: thorace: lorica & hmōi. vbi etiā dubiū esset de iustitia belli: forte posset excusari. Alij sunt fabri ad alia opera dediti: vt instrumēta apta ad culturam: vomeres: sappas: vāgas: farculos: falces: fecures & hmōi. Alij ptinētia ad coquinam: vt cacabos: patellas: vrceolos: tripodes: caldaria: catinos & hmōi. Alij pertinentia ad fabricam vel carpentariā: vt malleos: incudes: forcipes: terebra: serras: leuigas: asćias: celtes & huiusmodi. Qui omnes fraudem facere possunt in faciendo opera debilia: propter malam materiam vel nimio precio vel diminuto pondere.

§. X. DE CARPENTARIIS SEV lignarijs.

Hi in faciendo ligna incidere sm̄ augmētum vel decremētum lunę sine alia obseruatione dierum non peccant: qa cum luna vt propinquior planetę multum influat in corpora inferiora: sm̄ rōnem naturalem est ꝙ potius incidantur cū luna est in decremēto q̄ in augmento. Insaciendo aut̄ diuersa opa ex lignis licitū est ex tali exercitio lucrū expetere sm̄ quantitatē laboris: & industriā operis & morē patrię: sed fraude vtiť cū ligna parum durabilia tradūt ꝙ solidis & diu ꝓmansuris. Ex his aliq̄ thasias seu tharsiata lignamina faciūt: qđ magis pertinere vidētur ad quēdam ornatum seu ostētationē q̄ ad vtilitatē. Qui vero ligna secant cū multū laborant digni sunt mercede bona fideliter operādo. Huius artis fuit Ioseph Marię sponsus. Dicit em̄ Chrisť. in sermo. de Ephia. ꝙ fuit carpentarius. Ad hoc genus ministerij spectaŧ galeas facere: naues & nauiculas & alia ꝙ q̄ nauigaŧ. qđ opus multū est necessarium humanæ cōuersationi ad negotiādum. Qui tn̄ ista operanť pro eis quos vti ad piraciam sciunt velle. i. ad p̄dandum quoscūq; ꝙ mare: vel ad deferendum ipsas sarracenis grauiter peccarent: qa cooperanť in malo. Marinarij aūt & alij q sūt ductores taliū lignoꝝ ꝙ mare sciēter: vtique peccant mortaliter: cum sciunt ad prædam seu iniustum bellū se duci vl̄ vtiq; sunt excōicati cū deferunt victualia ad terras infideliū, vt habes, ſ. titu. de excōicatis, als & op⁹ licitum & merces licita. Et cū sustineant ibi immēsos labores & pessimam viram: tamē dimittere nescīūt tale exercitiū: & ira periculosum: nec tenenť dimittere. Et cōiter tm̄ hoies pessimi: blasphematores frequētes dei & sanctorū: et sine aliquo dei timore. In periculis tamē videnť ad deum deuotissime recurrere: quos deus mirabiliter iuuat. sed timore seruili magis q̄ amore filiali apparet eos moueri cum quasi semper ad vomitum reuertāť. & non curantes: de deo & salute sua. De piratis & pœnis illorum habes. ē. ju. ij. parte. titu. de auaritia. c. de furto. &. ſ. titu. de excōicatione. ibi vide diffusius & clarius.

§. XI. DE ARTIFICIBVS CIRCA

scripturas & picturas & chartas. quidam faciētes bombicinas q dicūť charrarij: non valēt cōmittere multas fraudes: quia cito apparet defect⁹ chartæ: vel de ruditate ei⁹ & grossitie. vel de insufficientia colæ. vñ aliqñ attramētum non seruat: sed diffundit fugando. Chartas aūt faciētes de pgameno vel de pellibus aīaliū qui dicunť pellachani plures fraudes cōmittere valēt q̄ non cito dephēdi pñt: sed in processu vt cum lra extinguiť: qđ ex parte etiam attramēti, ꝙ uenire pōt: sed magis ex defectu siccitatis taliū chartarū vel rasurę. Et quia ex hoc sequiť notabile dānum libris: iō cum hoc ppendūt grauiter peccant. Et similiter dicūť chartularij qui hmōi chartas reuēdunt cum sciunt illos defect⁹. eī de iniu. & dam. c. fi. In ligando libros etiam chartularij frequentius operantur qui diligenter agendo digni sunt mercede sua cōperenti. Quod si chartas emptas ab alijs de bombice vel pergameno reuendant maiori precio: dummodo moderato non est de se illicitū. Solent & esse mediatores ad emendum vel vendendum libros pro alijs. & ꝙ pro tali opere mediationis moderatum lucrum quærant, nō est iniustum. Sed si defectuosum librum sciūt vt multum falsum: & tamē procurant dari pcium ac si defectum non haberet: commendantes pro bono peccant & tenenť ad satisfactionem si scienter decipiunt emptorem. Idē si sciūt emere vltra iustum pcium ꝛ conscīētiā suā: vel vēdere lōge minori pcio: & si maiori pcio vēdūt q̄ qđ petebat vel intēdebat dñs libri: & illud plus sibi retinent. Scriptores ꝛo librorꝝ in multis offendere pñt. Et prio cū scribunt cū multis falsitatib⁹ ex q̄ liber q̄si nihil valet. Sco cū precio statuto certo ꝙ charta q̄libet: vel sexterno: aut q̄terno faciūt lata spacia lineaꝝ vel lraꝝ vt cito chartas impleāt vel cū ex festinātia nō ita cōpetēt lram faciūt. Offendunt et cū dieb⁹ festis scribūt ꝙ lucro. violāt em̄ festū qđ ecclia pcipit celebrādū in cessando ab opib⁹ seruilib⁹ vl̄ manualib⁹ q̄le est tale op⁹. de pse. di. iij. pnūtiādū. Vide etiā de b̄ s. in. ij. pte. ti. ix. c. de negligētia. Pictores nō solū, sm̄ quātitatem laboris: sed magis sm̄ idustriā & maiorē pitiā artis de salario sui artificij magis vel min⁹ ꝛonabiliť postulant, sibi solui. Qui in hoc offendunt qñ formāt imagines ꝓuocatiuas ad libidinē: nō ex pulchritudine: sed ex dispositiōe eaꝝ vt mulieres nudas & hmōi. Reprehēsibiles etiā sunt cū pingūt ea q̄ sunt cōtra fidem: cū faciāt trinitatis imaginē vnā psonā cū trib⁹ capitib⁹ qđ mōstruē ei rei natura. vl̄ annuntiatione

Scriptores.

Pictores.

nūtiatiōe ẏgis puulū puerū formatū. ſ. Iesum mitti in vterum ẏgis q̄si nō eēt de suba ẏgis ei⁹ corp⁹ assumptū: vel puulū Iesum cū tabula lraꝝ cū non didicerit ab hoīe. Sed nec etiā laudādi sūt cū apocrypha pingunt vt obstetrices in ptu ẏgis. Thomę aplo cingulū suū a ẏgie Maria in assumptiōe sua ꝓpter dubitatiōnē ei⁹ dimissum & hmōi. In historijs etiā sctorū seu in ecclesijs pingere curiosa q̄ nō valent ad deuotionē excitādā: sed risū & vanitatē: vt simeas & canes insequētes lepores & hmōi: vel vanos ornat⁹ vestimētorū supfluū videť & vanū. his hērēt eminiatores libroꝝ siue cū calamo siue cū penello: qb⁹ ēt ꝓpetit ꝑmium de labore suo. Offēdūt & ipi si dieb⁹ festis ꝑ agūt. vel qñ nimiū ꝑciū exigūt: & maxie cū nō bōa rpamēta i coloribꝰ mittūt: ꝓpē qđ cito delēť de libris: vl̄ qñ vt cito expleant nō diligēter faciūt qñ nec ꝙ firmatū ē pactū de tanto pcio.

cātores.

§. XII. DE MINISTERIO MVSICO

rum in cātando & pulsando. Et cant⁹ qđē firm⁹ in diuinis officijs a fēlis doctorib⁹ in stitutus est. vt Greg. magno, & Ambro. & alijs. Bi scātus aūt in officijs ecclīasticis qs adinuenerit ignoro. Pruritui auriū videť magis deseruire q̄ deuotioni: q̄uis pia mens etiā in his fructū referat audiēdo. Qui tn̄ huic opi in stitūt videant ne dū blāda vox q̄rit cōgrua vita negligať: & deū irritet ꝓ se dū pplm̄ delectat. vt ait Greg. di. xcij. in fēlā. Cōiter tn̄ tales solēt eē leues & dissoluti. Præcipue, aūt redarguendū est in officijs diuinis ibi misceri cātiones seu balatras & ẏba vana. ꝙ qđ etiam Hiero. inuehit di. xcij. cātates. Sed & pulsatio organoꝝ vl̄ aliorū Organistæ. instrumentoꝝ ad diuinā laudē initiū videť habuisse a ꝓpheta Dauid: q nō solū in stituit cātores in cultu tēpli seu tabernaculi: sed & ipse etiā aīs arcā dñi pulsabat in psalterio vl̄ organis: vt habeť. ij. Reg. vi. & in psal. vlt. Laudate eum in tympano & cho. &c. Pulsare ergo in organis vel alijs ad dei laudē nō est, phibitū & iuste recipiūt salariū pulsātes, Fistulatores. tn̄ pulsare balatas: vt frequēter fit: valde detestabile ē. De hoc etiā habes. ē. i. ij. pte. ti. iij. c. de curiositate. Laici ꝛo eī diuina officia pulsantes diuersa in stīa musica: vl̄ i nuptijs vel in conuiuijs vel in curijs dñoꝝ: vt tibias bifferos vel alia in stīa vl̄ alia ad recreationē: cōdēnari non pñt de re illicita. Vñ & certo pcio cō duci pñt. Et si l̄r cātantes siue laudes in ecclesia: siue historias palatinorum: vel alia dumō honesta & locis & tpibus debitis obseruatis cū alijs circūstantijs: ita ꝙ ꝓ hæc diuina officia nō negligant. Audire Histriones. aūt cantus mulierum piculosum est. Et ad lasciuiam inclinatiuū: & iō cauēdū. Histrionatus ars ga deseruit hūane recreationi q̄ necessaria est vitæ hoīs sm̄ Tho. ij. ij. q. clxviij. ar. iij. in rn̄. ad tertium de se nō est illicita. Vñ & de illa viuere arte nō est, phibitum: ita tn̄ ꝙ fiat obseruatis debitis circūstātijs locoꝝ tēporꝝ & psonaꝝ. Nō em̄ decet clericū talia exercere. de pse. di. v. nō oportet. Nec in eccīa nec tpe pniæ: vt quadragesimæ. Et qa repētationes q̄ fiunt hodie de reb⁹ spūalibus miscētur cū multis ioculatiōibus & truffis & laruis: iō nō congruit eas in ecclesijs fieri: nec ꝓ cleros. eī de vi. & ho. cle. c. cū decorē. Sed cū histriones vtunť indifferenter tali exercitio ad repētādum etiam turpia vel vituperādū & irridendum psonas spūales: vel sacramēta & diuinum cultum: vel miscētur ibi superstitiones vl̄ picturę: vt dēdere arcū sup funē & hmōi: illicita est ars & eā oportet dimittere. Et de tali intelligit de cōse. di. ij. c. ꝓ dilectione. & pām est talia aspicere. & talib⁹ ꝓ illo opere aliqd dare: vt dicit Aug. dist. lxxxvj. donare.

§. XIII. DE AGRICOLIS SEV LA

boratoribus terræ: ars quidē est & op⁹ necessariū vitę hūanæ. Vñ & primo parēti dictū fuit. In sudore vultꝰ tui vesceris pane tuo. Gen. iij. ſ. Et Noe vir agricola plātauit vineā Noeprimus vineæ cultor. post diluuiū. Gen. ix. Et cū terras ꝓprias laborant fraudes in suis cōmittere nō valēt nisi in vendendo fructꝰ suos vl̄ nimio pcio: vl̄ diminutis mensuris: vel viriatas ꝓ bonis. Sed tāta est hodie astutia & subtilitas hoīm: vt potius ipi decipiunť ab emptoribꝰ in eo. ſ. ꝙ emūt ab eis necessitate ductis fructꝰ. et qa anticipēt tps fructuum in soluendo pro minori precio emunt: qđ ptinet ad usuram quātū ad emētē. De hoc tn̄ habes, plenę in. ij. pte. ti. ſ. c. de usura. Si aūt laborant terras aliorum vel ad medietatē vel ad affictum. Primo mō solēt offendere in non rndendo patronis suis integre de medietate. Sco mō possunt offendere nō habē

do diligētiam circa possessionem ipsam. sed magis ad vtilitatē suā in preiudicium patroni. Q̄ aūt plus reddere ius suū cultores patronis rōne mutui eis facti usurā saperet: qđ eēt vitiū patroꝝ. Si aūt tenent aialia ad socidā pōt ibi esse pctm̄ usuręvel iniustitiæ sm̄ varium modum dādi: De socidis. de quo. ē. habes in 2da parte. ti. ſ. c. de usura. i socidis. Sed hoc vitium magis accidit in dānibus ad socidam q̄ in commitatiuis accipientis. Et similiter de bobus cum q̄bus colunt terras vel suas vel aliorū: aut etiam patronoꝝ ꝓ quo dant certam quantitatem frumēti locātib⁹ ipsos. & cū pactio ꝑticipandi lucrū & dānū: locator & cōductor ꝓ medietate de q̄ etiā ibi habes. Insup & cū aialib⁹ offendūt qñ ex negligentia & multo peius cū ex certa scia vl̄ malitia permittūt aīalia ipa depascere in agris seu bladis alienis. vñ & proximos dānificant in quo tenēt ur ad satisfactionem. Et cū aialia ipsa vitiata vēdunt ꝓ sanis nō diminuēdo de precio sm̄ quātitatē defect⁹ nō sunt immunes a pctō & satisfactione personę læsæ: ꝑcipue cū notabile segt dānum emptori. Offendūt etiā cū decimas nō soluūt ecclesijs: salNō solūctes de tēpm̄ morem patrię: totū vel partē in quo tenenť ad restitutionem ecclesijs de subtractis. Sed de materia decimarū cimas quō hoīes teneāt vel excusentur habes diffuse in. ij. parte: ti. iiij. c. de retērione decimarum. Vacantib⁹ autem ecclesijs quarum sunt parochiani de bonis ecclīæ seu sacerdotis ipsius: aliqñ accipiunt & distrahūt & dissipent in comedēdo & bibēdo. Cogunt etiā ipsos sacerdotes suas seruare quasdam abusiones: vt in diebus resurrectionis vel natalis vl̄ alterius festiuitatis dent eis notabilē quātitatē panis ac ētvini ad bibendum vsq; ad ebrietatem. In ecclesijs ipsis aliqñ tripudiant: & choreas ducūt cū mulieribꝰ. Quidā aūt illoꝝ vadūt ad ꝓcationē q̄ ars de se nō est illicita. Offendūt tn̄ cū hoc faciūt dieb⁹ festis. i. ꝓpter cupiditatē capiChoreæ ī eccliæ ꝓhibēt tes pisces & vēdētes: eo ꝙ ꝓ illud ꝑceptum faciūt op⁹ seruile, quod ē. Exo. xx. Secus si cā recreationis vel vt habeāt aliquos pisciculos ad comedēdū: si tn̄ ꝓpter hoc non dimittūt audiторē missę &c. qñ furanť adinuicem pisces tenēť ad restitutionē. Ite deualtāt aliqñ aggeres ꝓdiorum aliorꝝ: & qñq; ipsa ꝓdia: vñ tenēť ad dānū. vt habes. ē. i. ij. par. ti. ij. de restitutiōe. Dieb⁹ festis parū vacāt diuis & auditionis missę i tegrę: sed ludis: vel in tabernis & ꝓtriōibus añ ecclesias. In ipsis dieb⁹ festis deferunt in sumētis bladavina vl̄ alia patronis ꝙ qđ violāt festa nisi maxima necessitate ducantur nō valētes aliter viuere: de facili blasphemāt deū & sanctos. Maledicūt iratꝰ animalia sua bruta. Mē dacijs & piurijs pleni sunt. De fornicatiōibus & fodomijs nō faciūt sibi ꝓsciam, plurimi⁹ eoꝝ nō ꝓfitētur ānuatim & multo pauciores cōicāt falso æstimantes se nō debere cōicare nisi cū senescūt vel ad mortē infirmāť. Familias suas parum instruūt in morib⁹ fideliū. Pœnitētias sibi iniūctas a ꝓfessorib⁹ & vota facta frequēter ꝺimittūt. Incantatiōibus vtunť in se & in iumētis suis. De deo vel sua salute nihil cogitāt. Et cū cōiter sint ignorātes: & pars curantes de aīa sua: & obseruatione mandatoꝝ dei q̄ nescīūt: hoc ē qđ adiuuat eos duci ad ꝑditionem ꝑ viā latā vitiorū: ignorātia & incuria parochialiū suoꝝ cū q̄scia mala: qui nō curātes de quib⁹ sibi cōmissis: sed de lana & lacte: nō eos ifruuntin ꝑdicatiōib⁹: ꝓfessionibus: & priuatis monitiōib⁹: sed cū cōi errore eoꝝ trāseūtes: corruptelas sequunť eorū: corrigētes eos de vitijs eoꝝ: ꝓpter quod cōtingit ꝙ bestialiter viuētes: aliqñ bestialiter moriantur.

TITVLVS. IX. DE STATV IVDI

cum sęcularium & ecclesiasticorum.

¶ Quibus modis peruertatur iudicium & de muneribus sermo. Cap. I.

BEATI QVI CVSTODIVNT iudiciū & faciūt iustitiā in oī tpe. Pā. cv. Ađ⁹ Autoritudicij: & autoritas iudicādi est q̄dā ptās delegata seu collata hoībus a deo q in hoc renēt locandi a cū & vices dei. Vñi iudicādo iquātū pñr debēt eū imitari quo de Vñ dr Deut. j. Qđ iustū ē iudicare: dei em̄ ē iudiciū. Nā & pēdeat. de suis iudicijs ipi iudici deo rōnē sūt reddituri: & sm̄ q̄lita tem eoꝝ gl̄iam vel pœnā receppturi, ꝓpterea dr Sap. vj. Di cōtra ius scite iudices finiū terrę ꝓbere aures: vos qui cōtinetis multitudines & placetis vobis in turbis nationū: qm̄ data est corrua domino ptās vobis & virt⁹ ab altissimo qui interrogabit opos.

bit opera vestra: & cogitationes scrutabit: qm cum essetis
ministri regni ei⁹ nō recte iudicastis nec⁊ custodistis legē
iustitię: nec ſm voluntatē dei ambulastis: horrēde & cito ap
parebit vobis: qm iudiciū durissimū fiet his q̄ ſsunt. i. dā
natio & punitio grauissima iudicib⁹ male iudicātib⁹ & in
iuste. Et paulopost subdit. Qui custodierint iustitia iuste
iudicabunt. i. ſm op⁹ bonū eor⁹ remunerabunt. Quia em
opus excellēs & laboriosum valde bene pegerūt: magno
prēmio coronabūtur. Dr em Mat. xxv. Ibunt iusti in vitā
ęternā. Et hic in Pſ. Beati qui custodiunt iudiciū &c. Vbi
etiā aīaduertēdū ꝙ ꝯuis apud vulgares iudices dicant do
ctores iuris: tñ ꝓprie loquendo debēt dici tales iurisperiti:
sed iudices sunt gēnⓒ hñt in aliqua materia iudicare ciuī
li vel criminali: siue sint ordinarii: siue subdelegati: siue ar
bitri: siue dicāt dñi: siue ptātes & capitanei: siue priores: si
ue officiales: siue ꝓsules alicui⁹ artis: siue rectores vniuersi
tatis & hmōi. Vñ Isidē. ety. xx. li. Iudex dr qa ius dicat po
pulo: siue ꝙ iure disceptet. Iure aūt disceptare est iuste iudi
care. vt hr. xxiij. q. ij. iustum. Vñ & dñs Deut. xvj. dicit. Iu
dices & magros ꝓstitues in oībus portis tuis: vt iudicēt po
pulū iusto iudicio. Antiqtus iudices morabāt in portis ci
uitatum ad iudicandum. & ideo dicit in portis tuis. Debēt
g̃ iudices deum imitari cuius sunt ministri. De quo ait idē
Pſ. vij. Deus iustus iudex fortis & pa. nū. ira. ꝓ singu. diesˢ.
Nisi q̄erſi fueritis gladiū suū vibra. ar. tu. tetē. & para. illū
Et pauit in eo vasa mortis. Vbi octo notār. Et primo de⁹
iudex iust⁹ oēm ỳtutē i se hñdo & ꝓ meritis vnicuiq; retri
buēdo. Deut. xxxij. De⁹ fidelis & absq; vlla iniqtate iustus
& rect⁹. Tob. iij. Iustus es dñe & oīa iudicia tua iusta sunt
q̄uis em occulta sit nobis iustitia dei in suis iudicijs: tñ vt
dicit Aug. Nos etsi rōne facti ꝓfunditatē iudiciꝰ eius pene
trare non possum⁹: manifeste tñ scimus & verū esse qđ di
xit: & iustū esse qđ fecit. xxiij. q. iij. de tyrijs. Sit ergo iudex
iust⁹ i se vt nulli subiacear vitio grauⓓ. Iustitia ei ſm ꝓm
in li. Etic. est oīs ỳt⁹. Et vt dicit Augu. Ois ỳt⁹ patit detri
mētū ab vno vitio. Hic Amb. ait sup Bti imaculati. Iudi
cet de alteri⁹ errore q̄ nō habet qđ i seipo ꝓdenet. Iudicet il
le q nō agit eadē: q̄ in altero putauerit punienda nec cum
de alio iudicat in se ferat sniam. iij. q. vij. c. iudicet. & Greg.
in li. moral. tractās illud qđ ait Christ⁹ de adultera Io. viij.
Qui sine pctō ē vēm primus in illā lapidē mittat. dicit. Ad
aliena pcta punienda ibant & sua relinquebant: reuocēt
itaq; intus ad ꝓsciam suā: vt ꝓpria corrigāt: & tunc aliena
reprehendant. Et subdit figuram de filijs Israel bellantiꝫ
bus ꝯ tribum Beniamin in vltionē sceleris Gabaonitaꝝ:
qa pri⁹ ipsi purgati ꝓ plurimā stragē de suis: postea digne
illos ꝓstrauerūt. Ios. viij. & x. c. Nō tñ pōt subdi⁹ iudiciū
sui supiorisrecusar q̄tūcūq; sit prau⁹ dū tolerat ab eccl'a.
viij. q. iiij. nōne, Vt iust⁹ aūt iudex reddat vnicuiq; ius suū
sicut de⁹ facit: dicēs. Hiere. xvij. Ego dñs scrutans corda &
ꝓbans renes: q̄ do vnicuiq; iuxta viā suā: & ſm fructū ad
inuētionum suarū. Sed o deus iudex es tortis. i. potens &
ꝓstās in exhibēdo qđ debet. Nec em munere cuiusq; vel p̄
cibus flectit vt a ỳritate deuiet qui nullius auxilio idiget.
Sap. vj. Nō em subtrahit ꝓsonam cuiusq; nec verebit ma
gnitudinem cuiusq. Hester. ix. Nō est q resistat maiestati
tuæ. s. dei. Ita & iudex debet esse fortis & ꝓstās ad faciendū
iustitiā nec flecti timore vl amore cuiusq. vñ dr Eccl'i. vij.
Noli velle fieri iudex si nō vales virtute. i. fortitudine ir
rumpere iniquitates malorum. Nō em excusat a pcō gra
uissimo iudex Pilatus qui non⁊ volūtari⁹: sed quasi inui
tus dedit iniustam sniam mortis ꝯ Christū: quēi iudicio
nouerat innocētē ex eo ꝙ timuit i currere in dignationē cæ
saris. Ioā. xix. q̄n iudęi dixerunt. Si hūc dimittis nō es ami
cus cæsaris. Tertio iudex debet esse patiens in sufferēdo: si
cut & deus iudex patiēs est: nō em subito punit: sed patien
ter expectat peccātes: vt aliq̄n resipiscant & boni officiāt.
Et q̄uis de hoc scādalizent de tāta patiētia dei & ipm ma
ledicāt vl blasphemēt hoīes nō ꝓpter ea dimittit patiētiā
suam: qa inde nouit seq multa bona. Vñ dr Eccl's. viij. Et e
em qa non ꝓfert cito ꝯ malos snia absq; vllo timore filij
hoim ppetrāt mala. atrū peccator ex eo ꝙ centies facit ma
lū: & ꝓ patientiam sustētat. s. a deo: ego cognoui ꝙ erit bo
nū timentib⁹ deū: qa. s. vidētes dei patiētiam & misericor
diam magnā ostendit de sua mia erga eos: etiam qa boni in
terim exercent in grā ꝓ pſecutiones malorū: tum etiā qa
tales male cōuertunt aliq̄n ad deū: & multa bona postea
faciūt illis. Si de⁹ non patiēter tolerasset Saulū pſequētem
Christū nō habuisset Paulū ꝓdicātē eū: & plus oīb⁹ labo
rātē ꝓ fidelib⁹. Ita & debet iudex patiēs esse. Aug. in regſa
de ꝓlato q iudex est ait. patiens sit ad oēs: n ꝯ em semp oīa
sibi nota crimina debet punire: nisi manifesta in iudicio.
Nā vt dr. di. xxxij. erubescāt Occulto⁹ cognitor & iudex ē
de⁹. Quæ etiā nota sunt: sed puniri sine magno scādalo nō
pūt: patiēter debet ferre: vt habet di. l. vt cōstituerent. in fi.
Patiēter singulo⁹ causas audire, etsi aliq̄n insurgūt hoīes
ad murmurandum detrahendū & vilipendendū iudicem:
qa positi sunt vt signū ad sagitta cui nō possint oībus pla
cere patiēter debēt ferre. Vñ poeta Ouidius de tristib⁹. Si
quoties peccant hoīes sua fulmina mittat Iupiter: exiguo
tpe solus erit. Quarto debet eē iudex tranquillꝰ in discutiē
do & diffiniēdo causas sicut & de⁹ sine ira iudicat: & cum
summa trāgllitate. Vñ di. Pſ. vij. Nūqd irasceꝰ pſingulos
dies. q. d: nō: cū tñ ꝓ singulos dies multi ꝓuocent eū ad irā
ꝓpter scelera sua: ꝓpter qđ dr Sap. xij. Tu aūt dñator ỳtu
tis cū trangllitate iudicas & cū magna reuerētia disponis
nos: Docuisti aūt pplm tuū ꝓ talia opa: q̄m iustum opor
tet eē & hūanū. Nec est ꝯ id qđ dr i alio pſ. s. pſ. vj. Dñe ne
in furore tuo arguas me. s. iudicādo. Nā ira dei nō est cōci
tati animi furor: vt in hoib⁹: sed iusta supplicij cōstitutio.
Rogat eū g̃ ꝓpter: vt nō iudicet eū ſm rigorē iustitię q̄ me
reꝛ puniri: sed ſm māsuetudinē mię sue. Ita & iudex debet
sibi oīno cauere ab ira. Nā vt ait Iacob⁹ in canonica epla.
s. c. Ira viri iustitiā dei nō opat. Quę ỳba tractās Beda ait.
ga q̄ frat⁹ in aliquē sniam, pfert etsi ille quātū ad se iustā
reportet sententiā: iste tñ qui nō amore iustitiæ: sed liuore
odij sniam dedit in eū: iustitiā dei i quā perturbatio nō ca
dit nō imitat. Hinc & Greg. ait. Restringenda est sub rone
pās: nec qd agendum priusq; cōcitata ad trangllitatē mēs
redeat. Nam commotionis tpe iustū putat oē qđ fecerit.
xj. q. iij. illa ꝓpositor. Amb. etiā sic ait. Ira etiā innocentes
ad crimen adducit: qa dū plus iusto irascimur & volum⁹
aliena coercere pctā grauiora cōmittimus. q. e. c. ira. Et loq
tur ibi Amb. de patrono Ioseph q̄ cum ab vxore sua falso
accusatus fuisset ꝙ voluisset eam cognoscere nimis credu
lus: & ex hoc turbat⁹ iniuste iudicauit eū ad carcerem. Vñ
& iura statuerunt iudicem in ꝓferēdo sententiā debere sede
re ad iudicandum mētis trāquillitatem. Quinto debet eē
iudex rigidus in minas inferēdo: sic de⁹ iudex minat pctō
ribus p ꝓphetas: p flagella. Vñ dicit. Nisi cōuersi fueritis
s. a vijs ad deum: gladium suum vibrauit tuæ vltiōis cō
minādo. Esa. j. Si nolueritis audire: ait dñs: & me ad iracū
diā ꝓuocaueritis: gladi⁹ me⁹ deuorabit vos. & Hier. xviij.
Repente loquar aduersus gētē & aduersus regnum. vt euel
lam, destruā & disperdā: ait dñs. s. cōminādo. & si pœnitē
tiā egerit gēs illa de pcō suo: agā & ego pœnitētiā de ma
lo qđ cogitaui facere illi. Exēplū pareti Ninuitis: qb⁹ di
ctū fuit p Ionā ex parte dei. Adhuc quadragīta dies & Ni
nive subuerteꝛ. Ionæ. iij. Et qa ad vibrationē hui⁹ gladij. i.
cōminationē hui⁹ punitiōis cōuersi sunt: de⁹ reuocauit sē
tētiā. Sic iudex cū iudicat in ciuilib⁹ inter partes vt cōuer
tāt ad pacē: debet vibrare gladiū ondēdo dispēsa litigio
periculū ex vtraq; parte cōdēnationis cōtra vtrūq;. Si in
criminalib⁹ debet vibrare gladiū. i. cōminatiōes facere &
reo & actori & testib⁹, ꝙ veritate habēda. Sicut Salomō cū
fecit iudiciū inter duas meretrices litigātes de filijs: vbi ad
inueniendū veritatē dixit. Afferte mihi gladiū & diuidat
&c. iij. Reg. iij. Et vere & iuste iudicauit. inueniēs veritatē.
Debet quoq; iudex adducere cōminationes ad graues pœ
nas in transgressores legū & ad terrorē alio⁹ inferre: ꝑci
pue cū multis grassantibus opus est exēplo: vt dicit lex. Et
seruauit iudex Moyses & dei mādato ad mortē cōdēnans
ligna sabbato colligentē. vt pater Nume. xv. Debet sexto
iudex eē æqu⁹ in decernēdo. i. seruare æquitatē. i. seueritas
iustitiæ miæ tēperata: ad quā debet iudex semper attēdere
qđ Christus de⁹ obseruat. Esa. xj. Iudicabit in iustitia pau
peres: & arguet in ęquitate Hæ duæ res: ait Cassiodo. super
Pſalteriū. s. mia & veritas. i. iustitia in oī iudicio dei cōiun
cta sunt: & in harū cōiūctione cōsistit ęquitas. Et hoc est qđ
ait Pſ. Arcū suū tetēdit. arcū. s. iudicij Sic aūt tēditur arcus
seu balista. Cum enim in eo fit chorda mollis significat
miam. & lignū durū & rigidū signās seueritatē iustitię: in
tētione chorda mollis flectit lignū durū aliquantulū erga
se. Sic in iudicio debet dulcedo mię tēperare rigorē seueri
tatis

Iudex vñ dicatur.

Ioseph falsę cōdēnat.

Iudicij salomonis.

tatis. Abachuc. iij. Cum iratus fueris iuste. s. puniendo mię
memor eris. s. tu deus castigādo circa cōdignū. Ita & iudex
debet ęquitatem seruare miscendo oleum cū vino: in vul
neribus sauciati. quod docet Grego. in lib. moral'. dicens.
Omnis q iuste iudicat stateꝛā in manu gestat: & in vtroq;
pēso iustitiā & miam portat: sed ꝓ iustitiā reddit pctis sen
tentiā: per miam peccati tēperat pœnā: vt iusto libramine
quędā per equitatē corrigat: quędā per miserationē indul
geat: qui dei iudiciū oculis suis semper timēs & tremēs in
omni negotio formidat: & ne de iustitię tramite deuiās ca
dat. Hæc ille. Ad hoc facit qđ dicit dist. xlv. disciplina. De
bet septimo iudex esse maturus in discutiēdo. Vn de dicit.
Parauit illū arcū. s. ad sagittandum. i. diffiniendum. Et ista
præparatio est diligens inuestigatio: & obseruatio eoꝝ q̄
requirūtur ad iudicij rectitudinē. Dns iudex iustus: quia ei
oīa sunt nota: non eget aliqua informatione in suis iudi
cijs nec potest errare: sed iudiciū hoim: qa ex informationi
bus alio⁹ procedit errare potest. Vñ dr de sen. excō. c. a no
bis. ꝙ dei iudiciū nec fallit nec fallitur: sed iudiciū ecclesię
& fallit & fallitur. Cū tamē facit iudex diligēter quę debet
subtiliter inquirēdo & seruādo debitū ordinē: & si erret ex
cusatur. Et ꝓpterea ne iudices sint leues vel prępcipites in
iudicando: deus ipse q oīa nouit noluit pessima opera So
domitarū iudicādo cōdemnare: nisi prius per angelos in
forma humana destinatos manifeste deprehenderet eorū
scelera. Gen. xix. & ij. q. j. deus oīpotēs. vbi dr. Mala audi
ta nullū moueāt: nec passim dicta absq; certa ꝓbatiōe cre
dātur. Sed ipse deus incarnat⁹ quæsit⁹ a Scribis & Phari
sęis vt iudicaret adulteram: prius inclinās se digito scribe
bat in terra: & solicitabat ꝓ resp̄sione dixit. Qui sine pec
cato est vestrū: prim⁹ in illā lapidē mittat. Et iterū se incli
nās scribebat in terra. Demū ream absoluit: qa nō erāt ido
nei accusatores. Io. viij. habetur. Qđ tractās Grego. in lib.
moral'. ait. In hoc nos typice instruit dns vt cum quælibet
proximo⁹ errata cōspiciamus: nō hęc antea reprehēdēdo
iudicemus q̄ ad cōsictia nostrā reuersi humiliter digito
discretionis soleniter exsculpemus: & qd in ea ꝓditori. pla
ceat quidue displiceat examinatiōe diligenti discutiamus. Itē Grego.
xj. q. iij. sic ait. Sūmopere pręcauēdū est: vt rectores ecclesię
& qui publica iudicia exercēt in distandis sententijs: nul
la leuitate vel furore ducti sint prępcipites: sed causis prius
diligēter vētilatis: cū res quæ ignorabāt plenius ad notitia
puenerit: tūc diuina & humana lex resoluatur. & ſm q̄
ibi cōstitutū, est remota ꝑsonarū acceptione diffinitiua ꝓ
ferat sententia. Hinc est ꝙ Moyses quęrelas populi semper
ad dñm tabernaculū ingressus referebat: & iuxta qđ dns
imperabat iudicia ꝓponebat. hæc ibi. Et vt dicit Augu. q.
ea. q̄uis vera sint quædā: tñ iudici nō sunt credēda: nisi cer
tis indicijs demōstrētur. Octauo & vltimo debet iudex fer
re sententiā cōdēnationis quo ad eos. Et hoc est qđ dicit.
In eo parauit vasa mortis. i. instrumēta punitionis. Sic de⁹
iudex in suo iudicio peccatores cōdēnat. Deut. xxxij. c. ait.
Si arripuerit iudiciū manus mea reddā vltionē hostibus
meis. Et qualem ibi declarat. Ignis. s. afflictionis succensus
est in furore meo: & ardebit vsq; ad iferni nouissima. i. hic
incipiet & in inferno durabit: deuorabitq; terram. i. reum
peccatorē terrenū cū germine suo. i. operib⁹ suis. Sic iudex
sicut soluere debet innocentes: ita cōdēnare reos: nec mala
dimittere impunita. Dū em vni parcit indigno⁊ ait Am
bro. ad ꝓpsius contagiū ꝓuocat vniuersos. Facilitas em
venię incētiuum prestat delinquēdi. xxiij. q. iij. est iniusta
nec pœnas debitas debet iudex relaxare: minuere: muta
re vl aggrauare: nisi ex rōnabili causa: & si habeat prātē. Nā
vt ait Amb. sup. Pā. Beati immaculati. bonus iudex nihil
ex arbitrio suo facit: & ꝓposito domesticæ volūtatis: sed
iuxta leges & iura, pnuntiat: statutis iuris obtēperat: nō in
dulget, pprię volūtati: nihil paratū vl meditatū de domo
sua defert: sed sicut audit ita iudicat: & sicut se habet natu
ra decernit: obsequit legib⁹: nō aduersat: examinat causæ
merita: nō mutat. Discite iudices sęculi: quę in iudicādo te
nere debetis affectū, quā sēritatē: quā sobrietatē: quā synce
ritatē, hæc ille. iij. q. vij. iudicet. Refert Pet. de Pal'. in. iij. de
ǧdā iudice Pagano q fuerat iustissim⁹ in iudicādo: cauens
sibi ab oī iniustitia: q̄ ꝯuis mortuus fuerit in infidelitate:
tñ pręseruatus fuit ꝓ lōgissima tpa a cōdēnatione inferna
li. Demū quodā fodiēte in agro suo ad puteū vel aliud fa
ciēdū: audita est vox: leniter pcute ne me lędas: quo inter
rogāte qs esset: rñdit se fuisse Gentilē & iudicē: & ꝓpter iu
stitiā suā a deo pseruatū quouscq; baptismū recipet rogans
eū vt ꝙ ꝑo mitteret vel iret vt baptismū ei cōferret: q̄ fa
cto subito in cinerē dissolueret: caluaria ei⁹ integra erat:
& lingua in ea viuēs & recēs & loquēs. Quibus oīb⁹ pera
ctis & corā ipo clero & populo ꝓ ipm declaratis baptismo
recepto in cinerē est resolut⁹: ad bitudinē aīa ei⁹ nulli du
biū tēdēte. Bti ergo q custodiūt iudiciū &c. In qbus verbis
Pſ. s. Bti q custodiūt &c. pnt tria notari circa iudices.

Tria circa iudices cōsiderāda.

¶ Primo obseruentur ad iudicium cōcurrentia: ibi. Beati qui custodiunt.

¶ Secundo eliminentur iudicium corrumpentia: ibi. Et faciunt iustitiam.

¶ Tertio contineantur iudicium stabilientia: ibi. In omni tempore. Et his habitis sequitur beatitudo in hominibus in futuro.

§ I. QVANTVM AD PRIMVM

Iudex.

Scīēdū ſm Tho. ij. ij. q. lx. ar. j. & ij. ꝙ iudicium importat actū iudicis inquantū est iudex. Iudex aūt dr quasi ius dicens. ius aūt est obiectū iustitiæ: & iō iudiciū ꝙ portat ſm primā nois impositionē, diffinitionē seu determinationē quādā iuris seu iusti. Qđ aūt aliquis bñ diffiniat seu determinet aliqd in virtuosis opibus, ꝓprie, ꝓcedit ex habitu virtutis sicut cast⁹ recte determinat ea q̄ ꝑtinēt ad castitatē. Cū ergo iudicij importet quādam rectā determinationē ei⁹ qđ est iustū: iō, ꝓprie ptinet ad iustitiā. Et ꝓpter hoc dicit Pſa v. Et hi. ꝙ hoies ꝓ fugiūt ad iudicē ſicut ad quandā iustitiā aiatam. Verū nomē iſtud iudicij postea ampliatū est. vt sī gnificet nō solū rectā determinationē eorū q̄ sunt iusta: sed etiā rectā determinationē in qbuscūq; reb⁹ siue practicis, siue speculatiuis. Sicut sapiēs medic⁹ dr habere bonū iudiciū de infirmitate. s. ad cognoscēdum causas & remedia eius. Et bon⁹ artifex bonū iudiciū de operib⁹ suæ artis: & virtuosus bñ iudicat de actibus virtutū. Sicut aūt est duplex iustitia. vna q̄ est virtus gñalis ꝓportās quādā rectitudinē: & in se & q̄ ad alios. Et alia q̄ est virt⁹ ꝑticularis q̄ ordinat hoiem ad alterū. Ita est duplex iudiciū. Vnū quod est act⁹ gñalis illi⁹ iustitię: videlicet hñre bonā & rectā determinationē de oīb⁹ actib⁹ virtutū ſm deū & rectā rōnē. de q̄ Apls. ſ. Cor. ij. aīt. Spūalis. i. virtuos⁹ iudicat oīa. i. recte determinat de oīb⁹ spūalib⁹ ꝙ cernētib⁹ salutē. Aliud iudiciū est quidā act⁹ ꝑticularis. i. virtutis iustitię q̄ ē ad alterum. Et ad istud exequēdū requirit aliqua supiōritatis autoritas erga illos de qbus habet iudicare. De quo dr Sap. j. Diligite iustitiā q iudicatis terrā. i. hoīes. Et q̄uis ỳbū Pſ. Bti q custodiūt iudiciū &c. possit intelligi de vtroq; iudicio & iustitia: tñ ad pñs sumim⁹, ꝓ iudicio fori cōtentioſi. Et istud etiā iudiciū aliq̄n dr ipa discussio & examinatio causę. ſm illud. s. Timo. v. Nihil sine præiudicio facies. i. sine pcedēti iudicio. s. examinatiōe. Aliq̄n dicit determiniatio ꝓ sententiā Mat. v. Qui occiderit reus erit iudicio. i. dignus sentētia cōdēnationis: sed hic vtrūq; cōprehēdat. Bti ergo q custodiūt. i. observāt ea q̄ ptinēt ad rectū iudiciū in examinādo & determinādo. Et vt dicit beatus Tho. ij. ij. q. lx. ar. ij. ad hoc vt iudiciū sit rectū & iustum tria requirūtur.

¶ Primo vt procedat ex iustitiæ inclinatione.

¶ Sec'o vt procedat ex prędentis iurisditione.

¶ Tertio vt exeat ex prudentię recta ratione.

Iudicium ꝙ ꝓcedat ex prudētia.

Incipiēdo ab vltimo ad hoc vt iudiciū sit rectū oportet ꝙ ꝓcedat ex prudētia. Iudicare em est act⁹ rōnis q̄ habet discutere & examinare & determinare qd sit agēdū ſm rectitudinē. Prudētia aūt est recta rō agibiliū ſm Pħm. & ꝓ vir tutē syntereſim facit recte iudicare. Vñ Hiero. sup Esa. ait. qñ ait dñs q̄rite iudiciū Esa. s. j. non esse oīm recte iudicare: sed eorū q sunt prudētes. Denię Salomō in vīsiōe ꝓ somniū hoc a dño postulauit vt accepta sapiētia iuste ppl'm iudicaret. hęc ille. Sapiētia hic appellat prudētia. Est aūt contra prudētia: & ꝓ pñs iudiciū illicitū & temerariū: qñ iudex ex suspitionib⁹ vellet iudicare leuib⁹ vel dubijs. Et de his loquit Melchiades papa dicens. ij. q. j. c. j. Semper oīa diligēter ingrire: & cū iustitia & clarizate diffinitatis: neminem cōdēnetis ante verū & iustū iudiciū: nullū iudiceris suspitiōis arbitrio: sed primū ꝓbare: & postea charitatiuā ꝓferte sniam. Et ſm glo. intelligit de suspitione temeraria vel etiā probabili. Secus de violēta q̄ inducit cōdēnationē & cōuictionē. xxxij. q. j. dicit dns. & Grego. i. c. graue. xj. q. iij.

Iudex in iudicando qualiter se habeat.

dicit. Graue est & satis indecens vt in re dubia certa detur sententia. Ad prudentiã ptinet iudicis bñ & subtiliter examinare actorẽ, reũ & testes vt inueniat veritas. Sic Daniel in examinando & iudicãdo accusatores & testes cõtra Susannã conuicit eos de falsitate. Dañ. xiij. sed m qd est ad dãdũ rectũ iudiciũ & custodiendũ, i. obseruan dũ est iurisdictio seu præsidentia iudicãtis erga iudicãdũ. Hui⁹ rõ est ſm Tho. ħ. ij. q. lx. ar. vj. qa cũ iudicũ sit ſerẽdum ſm leges ille qui iudiciũ fert, ſ. dãdo sententiã dictũ legis interpretat quodãmodo applicãdo ipm ad puticulare negotiũ. Cũ aũt sit eiusdẽ autoritatis legẽ interpretari: & legẽ cõdere: sicut lex cõdi nõ põt nisi publica autoritate q ſe extẽdit ad eos qui se cõitati subdũt. Sicut em̃ esset iniustũ cogere aliquẽ ad seruãdũ legem: q̃ publica autoritate nõ est sanctra: seu abeo q nõ põt legẽ illã condere. Ita iniustũ est q aliqs cogat aliquẽ subire iudiciũ qd̃ publica autoritate nõ fert: & dicit iudiciũ vsurpatũ vñ & illicitũ: cõtra quẽ vsurpãtẽ ſi bi tale iudiciũ dicit Apls ad Rom̃. xiij. & Iaco. iij. c. Tu autẽ qs es q iudicas alienũ seruũ: id est quõ præsumis eorũ re iudiciũ alteri⁹: hoc est mittere falcẽ in segetẽ alienã: qd̃ dñs ꝓhibuit in lege Deut. xxiij. Falcẽ. ſ. iudicij in nõ subditos, ibi. vt. vj. q. iij. ſcriptũ est. Et qa clerici nõ sunt subditi laicis: iõ nec in ciuilib⁹ nec in quãtũcũq criminalib⁹ pñt iudicari ab eis: sed mirabiliter peccarẽt vsurpãdo sibi iu diciũ. Vñ dr. xij. q. j. clericũ. Nullus ꝑsumat apud ſeculare iudicẽ nõ ꝓmittẽte epo ꝓpulsare: si ꝓpulsatus fuerit nõ re spõdeat nec ꝓponat: & p totã illã q̃stionẽ in multis ca. hoc dicit. Tertiũ qd̃ est seruandũ siue custodiendum in iudicio est q ꝓcedat cũ iustitia. Leuit. xix. Iuste iudica proximo tuo. Et nisi sufficienter ꝓbatũ fuerit: nullus debet ꝓdenari nisi cõfessus vel cõuict⁹. Vñ Aug. tractãs illud. Vn⁹ exvobis me traditur⁹ est. Mat. xx. Mar. xiiij. Lu. xxij. ait. Bene dixit ex vobis: nõ ex nobis. Ex vobis em̃ est a qbus p iudiciariam ptãtẽ cõuict⁹ vel confessus exclusus non est. a me ꝙo est q nullis indigeo argumẽtis: & oia certissime noui: separatus est & diuisus est. Tale est ac si diceret. Et si ego p occulti iudicij sentẽtiam eũ dãnatũ habeo: vos tñ illũ adhuc per tolerãtiã sustinete. hęc ille. ij. q. j. vnus. Et Innocen. ait. Graue nõ oportuit videri ꝑsissimis mẽtib⁹ vris cuiuscũq rettractare iudiciũ: qa veritas sæpe exagitata magis splendescit in lucẽ: & pnicies ꝛpuocata in iudiciũ grauit⁹ etiã sine pnia cõdẽnat. Nã fructus diuinus est iustitia ſpius recẽse rit. xxxv. q. ix. graue. Põt aũt ſnia esse iniusta tripliciter: vt ponit Gratia. xj. q. iij. eps. §. ſi ergo iniuste, videlicet ex aĩo ex causa & ex ordine, & ibi semp pcm̃ est in iudice & in iustitia. Et ex aĩo qdẽ cũ videlicet iudex non ex zelo iustitiæ dat ſniam: sed ex odio vindicta liuore: vl' vt laudet ab hoib⁹: nihil omin⁹ sententia tenet si al's iusta est: licet peccet. Cũ aũt est iniusta ex ordine: qa. ſ. nõ seruat ordo iudiciarius: peccat etiã & tenet sententia: si tñ sunt seruata ea q̃ sunt de substãtia ordinis iudiciarij: al's nõ teneret. Ex causa est iniusta qñ quis cõdẽnatur ꝓ causa q̃ nõ est. vera: puta ꝓ furto quod tñ nõ cõmisit vel in ciuili cã ad soluẽdũ quod soluere nõ tenetur: & etiã talis ſnia tenet: licet peccet iudex. Põt tñ releuari p appellationẽ: & hoc. ſ. q tenet talis ſnia verũ est: nisi cõtineat intolerabilẽ errorẽ: vel nisi sit lata post legitimã appellationẽ. De his tñ plenius dicitur infra.

Iudex danielꝫ.

Iudiciũ corrum pentia.

§. II. QVANTVM AD SECVNDVM

in iudicio debẽt remoueri iudiciũ corrũpentia: per quę fit contra iustitiã. Vñ dr. Qui custodiũt iudiciũ & faciũt iustitiã. i. ita se hñt in iudicio vt inde faciant vnicuiq iustitiã dãdo vnicuiq suũ ius. Dicit em̃ Greg. Sũmũ bonũ in rebus hũanis est iustitiã colere & sua vnicuiq iura seruare. xij. q. ij. cũ deuotissimã. Et dicit idẽ Greg. in. c. quatuor modis. xj. q. iij. Quatuor modis humanũ iudiciũ puertitur. Timore: dũ metu ptãtis alicui⁹ veritatẽ loq ptimescim⁹. Cupiditate: dũ ꝑmio aĩm alicui⁹ corrũpim⁹. Odio: dũ contra quẽlibet aduersariũ molimur. Amore: dũ amico vel ꝓpinquo aliqd ꝑstare contẽdim⁹. Addit glo. ibi. alios quatuor modos puertẽdi seu corrumpẽdi iudiciũ vt nõ fiat iustitia a iudice: videlicet nimia ꝓpassio ad pauperẽ. Vñ Amb. in li. de offi. est iniusta mia. deniq i lege ſcriptũ est. Exo. xxiij. c. de quodã. Nõ misereberis illi⁹. & in lib. regnor. legit. j. Regum. xv. q Saul contraxit offensam: quia misereus est Agag hostiũ regẽ quẽ. ꝓhibuerat diuina ſntentia seruari. xxiij. q. iij. est iniusta. Duo alij modi sunt: nimia remissio & nimia seueritas in iudicando. Et de his habes diffuse di. xlv. disciplina. Quart⁹ modus q̃ puertit iudiciũ est iprudẽtia seu ignorãtia iudicis. insti. de obli. §. q̃ ex delictis. Quãdo autẽ iudex teneat ad restitutionẽ de dãnis satis ꝓpter iniustitiã suã: habes in seq. c. §. ij. Et qa per munera frequẽter iudicia corrũpunt & fiũt magnæ iniustitiæ. Ideo notã dũ q munera etiã excæcãt sapiẽtes: & faciunt hoies mutos ad dicẽdũ veritatẽ & corrigẽdũ. Vñ dr Exo. xxiij. de iudice. Nõ accipies munera quæ excęcãt oculos sapiẽtũ & peruertũt verba iustor⁹. & Eccli. xx. Xenia & dona excęcãt oculos iustor⁹: & quasi mutus in ore auertit correctionẽ eor⁹: Apls Paulus noluit accipere sumptus seu eleemosynas ex quibus sustentarẽt cũ sociis a Corinthijs qbus prędicabat: qd̃ tñ licite potuisset cũ & Christus dixisset apls: vt eũtes ad prædicãdũ comederẽt q̃ darẽtur eis: qa dign⁹ est operarius mercede sua. Luc. x. sed libi ꝑcurabat manib⁹ laborãdo. ſ. ad Cor. iij. Et hoc ꝓpterea vt liberius posset corrigere vitia auditor⁹: ne ex beneuolẽtia cõcepta ꝓpter oblationẽ & receptionẽ munerũ remissius reprehẽderet vitia eor⁹. Vñ dicebat. ſ. ad Cor. vj. Oia mihi licẽt: sed ego sub nullius redigar potestate. recipere em̃ munus quodãmodo est vendere vl' subijcere se vol untat i eius q dedit. De his iudicib⁹ vel prælatis q ꝓpter munera dimittũt dare iustas ſnias vel corrigere vitia dr Esa. lvj. Canes muti nõ valẽtes latrare. Interdũ prælatus in visitãdo vel al's examinãdo & inquirẽdo aliquẽ facerdotẽ parochialẽ ita latrat contra eũ ꝓpter suos excessus q̃ videtur q velit eũ deuorare. Sed si facerdos proijcit in ore eius aliqd̃ mun⁹ deficit latratus eius & efficit mutus ad corrigendũ & puniendũ eũ. Vñ & Ouid⁹ poeta in lib. de arte amandi. Munera crede mihi placant hoiesq deosq. Quod cognoscens Iacob misit munera ad Esau fratrẽ suũ q fuerat irat⁹ maxime cõtra eũ dicẽs. Placabo eum munerib⁹. vt patet Genẽ. xxxij. Hi acceptatores munerũ inferũt multa & grauia dãna partib⁹ in causis contra infideliter & iniuste iudicãtes: ꝓpter qd̃ vt fures tenentur ad satisfactionẽ oĩs damni. Vñ dr Esa. j. Principes tui infideles: socij furũ: oẽs diligũt munera: sequuntur retributionẽ: pupillo nõ iudicãt: causa viduæ nõ ingredit ad eos: qa scilicet nõ hñt ad dãdũ eis munera. Vñ Isido. in lib. de ſũmo bono. Paup dũ nõ habet qd̃ offerat: nõ solũ audiri ꝓtẽnit: sed etiã cõtra iustitiã opprimit. Cito violat auro iustitia. xj. q. iij. paup. Et cuius iudex sit ita cõstas q muneribus nõ ꝑmittat se corrũpi: rñ est præsumptio cõtra eũ de corruptione. qa ſm Chryſ. Sicut matrona nõ est casta quę cum rogat munera accipit: ita nec iudex munera accipiens immunis a corruptiõe iudicatur, ꝓpter qd̃ quidã iudex cũ in iudicãdo muneribꝰ duceret: duob⁹ habentibus causam coram eo: vnus obtulit ei vnũ vitulũ vt daret ſniam ꝓ eo: alij⁹ vxori ꝓ munere vnã vaccã: ita tamẽ vt ꝓmẽderet causam suã marito iudici. Disceptãtib⁹ ergo partib⁹ corã eo dixit prim⁹ loquat vitul⁹ ꝓ me: qa iustitiã habeo. Respõdit iudex. Nõ põt loqui: qa vacca eũ nõ finit: qa. ſ. maioris valoris erat munus datũ ab altero. ſ. vacca: & ideo pro eo dedit ſniam. Sed vt dr Esa. v. Vhe q iustificatis impiũ ꝓ muneribus: & iustitiã iusti auferris ab eo. Vę importat ſm Hiero. dãnationem æternã: qd̃ dñs ostendit dicẽs Deut. xxvij. Maledictus ſcilicet a deo erit q accipit munera vt percutiat aĩam innocentis. Et q̃uis dicat Grego. j. q. ij. sicut. ꝙ eius oblatio nulli maculã ingerit: quæ nõ ex ambitẽtis petitione processerit. Et lex dicat ꝙ munera nullũ accipere inhumanũ: aliqñ discretũ: passim & ab oibus auariſſimũ: tutiꝰ tñ & magis ędificatoriũ illud obſuare qd̃ dicit Esa. xxxij. Qui excutit manus suas ab oi munere: hic in excelſis habitabit. Et dicit ab omni munere: qa est munus a manu. ſ. pecunię. Munus a lingua. ſ. laude vel prece. Mun⁹ ab obsequio de quibus Grego. j. q. j. sunt nonnulli.

Natiões aq̃b⁹ gratiam ob eoꝝ scelera iperium est trãslatum.

Iudex excutiat munus.

Impẽdimẽta corruptos iudices.

§. III. QVANTVM AD TERTIVM

principale de ſtabilitate iudicij: videlicet. In oĩ tpe. Nota ꝙ debet iudex semp recte iudicare: siue eo tpe & casu q̃ iubeat causam infirmor⁹: siue eo tpe quo iudicat causas potẽtũ: vt nũq deuiet a iustitia. qa vt dicit regula iuris eẽ de iudicijs. c. nouit. §. sed forsan dicet. & de reg. iur. c. in iudicijs. lib. vj. In iudicijs nõ est habẽda acceptio ꝑsonarum. Sicut de deo dicit apls Gal. ij. Nõ est acceptio personarum apud deũ. Sunt quidã iudices q in principio officij recte & iuste iudicãt & seuere puniũt: postea in ꝓcessu tpis siue muneribus allecti,

Stabilitas iudicij.

bus allecti, siue precib⁹ inclinati: seu amicitijs victi: vt eas nõ amittãt: multa iniusta cõmittũt. & hi nõ faciũt iustitiã in oĩ tpe: sed deus oĩ tpe mũdi iuste iudicauit orbẽ terrarũ in iustitia. Pũ. xcvij. expectauit sigdẽ tps idoneũ: post iudicauit seuere puniẽdo malos. Vñ Abræ dixit de his idololatris q habitabãt in terra ꝓmissionis. Nõdũ cõpletę sunt iniquitates Amorreor⁹ &c. Genẽ. xv. Sed impletis: tũc de⁹ dispersit eos & extreminauit eos p Israelitas dando eis terras eor⁹: & sic de alijs nationibus: de tẽpore in tps. Item vt ait Hiero. sup Esa. Est hic ordo. puidẽtię dei: & oẽ hoim̃ gen⁹ ineffabili iudicio dispensantis. Cõtra dei irã & Israel ſperauit in Damasco. i. decem tribus Israel fuit ſperans in adiutorio surgentis regis Syriæ: cuius caput erat Damascus. Diruatur ciuitas scilicet Damascena: q̃ aduersꝰ dei vo luntatẽ impijs scilicet Israelitis ꝑstabat auxiliũ. Iudas. j. tribꝰ Iuda cũ rege suo ſperauit in ægyptijs vt ægypt⁹ destrueret: scilicet ipsa trib⁹ Iuda p Nabuchodonosor ægyptij cõfisi sunt in æthiopibus. æthiopes quoq vincãtur ab Assyrijs. Assyrij superbierũt: nõ dei: sed suarũ virtũ arbitrantes esse victoriã quã scilicet habuerũt ꝑ decẽ trib⁹ Israel quas duxerũt in Niniuẽ & cõtra Damascũ. Et ipsi scilicet Assyrij vincañ a Babylonijs. Babylon leuauit cõtra dñm caput: & ipa scilicet Babylõ a Medis & Persis superet: qñ scilicet Balthasar filius vel nepos Nabuchodonosor occisus est a Cyro rege Persarũ & Medor⁹. Capta Babylone Persi & Medi ex parte ꝑsecuti sunt populũ dei: & aries seuissimus ad orientẽ & occidẽtẽ oẽs populos vẽti ab at: scilicet rex Persar⁹ & Medor⁹. Veniat hiro⁹ Alexãder & cõterat eũ pedibus. Et iste scilicet Alexander rex Græcor⁹ vltra modũ erectus veneno pereat: regnũq eius diuidat ꝑ partes. Et cũ multo tpe inter se collisum fuerit Romano vincẽte populeꝫ scilicet ꝑ Octauianũ imperatorẽ: qa deuicit Antonũ & Cleopatrã: capta Alexãdria: Romanis ipse scilicet imperator ferratis dẽtib⁹ vnguibusq; ſtor⁹ cruẽto ore lacerabat. Excidaꝝ lapis de mõte sine manib⁹: & potẽtissimũ primũ regnũ. i. principale ac ferreũ: deiciat fragile & infirmũ in testarũ modũ. ſ. fides Christi subijciat sibi imperiũ Romanũ: qd̃ & demũ Romanũ imperiũ: & lapis scilicet Christus erit in montem magnũ: quod declarabitur infra.

Iudex peritꝰ.

De acceptione pecuniæ.

¶ De pluribus quę pertinent ad iudicium: & salarijs iudicum & assessorum. Capitulum. II.

ORO INTELLECTV SEQVENTIũ. Nota ꝙ vt dr. ħ. q. j. in glo. summaria prima Causarũ est duplex gen⁹: scilicet ecclesiastica & ſcularium. Ecclesiasticarũ ꝙo alia spũalis: alia criminalis: alia ciuilis dr. Spũalis dr vbi agit de decimis & matrimonijs & hmõi. Criminalis vbi agit de crimine ecclesiastico. ſ. vsura: simonia & hmõi: vel in futurũ cui⁹ examinatio ſpectat ad iudicẽ ecclesiasticũ. j. q. ij. c. vj. Ciuilis siue pecuniaria vbi agit de rebus tpalibus. arg. ad hãc dist. xv. q. j. frater. Secularium autẽ causarũ alia ciuilis alia criminalis. Itẽ nota ſm Isido. de ver. ſigni. c. for⁹. ꝙ forus est loc⁹ exercẽdarũ litiũ a fando dictus: vel Foroneo rege. Cõstat aũt forus: causa, lege & iudicio. Causa aũt dr a casu quo venit. Est em̃ materia & origo negotij: necdũ discussionis examine patefacta. Quę dũ ꝓponit causa est: dũ discutit iudiciũ: dũ finit iustitia: & vocabit iudiciũ quasi iurisdictio. Et iustitia: quasi iuris status. Et nota ſm glo. ꝙ Isid⁹. appellat hic iustitiã qd̃ prius dixerat legẽ. Appellat aũt legẽ sententiã. Lex aũt dr iuris stat⁹: qa ꝑ sententiã ius nõ cõstituit: sed stat⁹ iuris declarat. ff. si seruꝝ vẽdi. l. sic. §. fi. si querit. Sequit dictũ Isido. in omni negotio. ſ. nõ notorio. Dicit glo. Hę ꝑsonę querũt. Iudex: reus: actor & tres testes. Iudex dr quasi ius dicens populo: vel quia iure discepter. Actor quasi accusator: qa ad causam vocat. Reus a re quæ petitur nuncupatur etiam si nõ sit cõscius sceleris. Testes superstites antiquitus dicebantur: eo ꝙ sup statu causæ ꝓferebantur. Et dicit glo. ꝙ tres testes dicit triplicẽ modum probandi: de quo prędixerat: scilicet per testes: per instrumenta & p argumẽta. i. per naturales ꝓbationes. vel tertiꝰ modus probãdi est propria cõfessio. Hęc ibi. De pctis quę perperrãtur a iudice vel aduocato vel ꝓcuratore vel accusatore, vel reo vel teste: habes. ſ. eo. ti. de aduo. Et. ħ. ij. par. tiẽ. ſ. c. de iniustitia. Nota primo ſm Ray. ħ suma. ꝙ cum iudex fert iniustã sententiã dolose seu sciẽter, tenet ꝑ ipsa ꝑcise ad omne interesse: nisi posset inducere illũ pro quo tulit sententiã ad plenariã restitutionẽ. C. de pœ. iu. qui ma. l. fi. xj. q. iij. c. quatuor. Et ſm leges multas alias pœnas debet sustinere: etiã præter restitutionẽ debet ei iponi pœnitẽtia tãq̃ ꝓ grauissimo crimine. xj. q. iij. quicũq. Vnde Guil. dicit: ꝙ istud est grauius rapina: qa abutẽdo autoritate diuina quã habet in iudicãdo præter iniuriã proximi deo iniuriatur. Et si est iudex ecclesiasticus: si cõtra iustitiã in grauamẽ alterius partis in iudicio quicq̃ facit per gratiam vel sordes: puta per pecuniã incurrit suspensionem per annum ab executione officij: & debet cõdẽnari ad ęstimationẽ litis parti. extra de sen. & re iudi. cũ ęterni. lib. vj. De qua suspensione habes. j. Si vero per ignorãtiam iniuste iudicat: tenet ſm leges ꝑso inquãtum bonũ & æquum videbitur religioni iudicantis. ff. deva. & extraor. cog. l. fi. Sed in iudicio animę tenetur vt in primo casu. si in culpa fuit: scilicet qa vel sciuit vel scire debuit se insufficientẽ: & tñ talem causam iudicare pręsumpsit. Si tamen talis ignorans fuit delegatus: & necessitate obedientiæ male iudicauit: sed tamen bona fide & de consilio peritor⁹: non tenet ſm Guil. Et idem dicit Ray. si talis iudex tulit iniquã sententiam: deceptus per assessorem: talis qui cõmuniter sufficiẽs putabatur. Si aũt per negligẽtiam male iudicauit: vt scilicet cũ esset sciens & valens: sed neglexit studere & videre qd̃ debuit: & ideo errauit. Idẽ iuris est ſm Ray. sicut de ignorante. Mitius tamen agendũ cũ isto q̃ cum illo q scitẽr fecit. Et pro maiori declaratione dictorum. Nota ſm Berñ. extra de rescrip. c. ſcisitatus. q̃ debet iudex esse ita peritus q nõ habeat quærere ab alijs quicquid eũ loq oporteat. extra de consan. & affi. c. ex literis. Et tamen si illiteratus sit & habeat consuetudinem & peritiam iudicandi potest ei cõmitti causa. C. de iurisd. om. iudic. Vbi dicit q multes possunt esse iudices, & sic dicit glo. xx. dist. c. j. Sed iudex maxime ecclesiasticus esse nõ põt: nisi sit peritus saltẽ mediocriter iuris sciẽtia, extra de electẽ. c. cum nobis olim. Secundo nota circa acceptionem pecuniæ in iudicãdo: q̃ iudex si accepit pecuniã vt male iudicaret ſm Ray. non solum punitur vt dictum est: quia sciẽter male iudicauit: sed & pecuniam si recepiam tenetur restituere: non ei qui dedit cum turpiter dederit: sed ei in cuius iniuriam recepit. ſ. q. j. iubem⁹. & arg. xvij. q. iij. si quis in atrio. Sed si accepit pecuniã vt iudicaret: non vt male: sed bene iudicaret ſm Ray. tenetur restituere ei qui dedit: quialcum ex officio suo tenet gratis iudicare & bene: turpiter accepit. xiij. q. v. nõ sane. & crimen concussionis commisit. Et idem dicit si exaliqua causa oportebat eum nõ iudicare: & nihilominus vt non iudicaret accepit aliquid. ſ. q. j. iubemus. extra de simo. c. nemo. &. xj. q. iij. dicit Aug. Nõ licet iudici vendere iustum iudicium: & si liceat aduocato vendere iustum patrocinium: & iurisconsulto iustum consiliũ. Guil. tamẽ dicit hoc scilicet de restitutione talis pecunię esse quando hoc constat in foro causarum: sed in foro conscientię forte est magis cõsilium q̃ necessitas. Guil. tñ dicit q̃ ꝙ de hoc debet fieri sicut de alio turpi lucro. Et nota ſm Guil. q̃ crimẽ concussionis est cum quis in officio cõstitutus extorquet aliquid per metum a subditis: aut cum non vult facere ad quod tenetur nisi dara pecunia: aut cum aliquis officialis aut iudex aut miles vltra sibi constituta ſtipendia extorq̃t. Vnde Ioanes baptista dixit militibus. Estote contenti ſtipendijs vestris: neminem concutiatis. Luc. iij. Vel cum accusat: vel cũ ab accusatione desistit propter pecuniã. Tertio nota ꝙ si iudex nullo modo voluerit ferre sententiam & propter hoc aliquis amittit ius suũ ſm Ray. tenetur iudex & facit litem suã: id est tenetur ad totã litis ęstimationem ei qui propter eius negligentiam est læsus. xxiij. q. ij. dominus. &. q. v. administratores. in authen. vt disse. iudi. §. penul. Idem Guil.

Contus sio est.

§. I. DE ASSESSORIBVS. NOTA

ſm Ray. ꝙ si dolose seu sciẽter induxerũt iudicẽ aliquẽ ad male iudicandũ: tenẽtur ipsi assessores de omni dãno parti lęsę contra iustitiam: si al's sine eor⁹ cõsilio ille iudex sic non iudicasset. Secus si al's ille iudex male iudicasset: ita ꝙ nihil plus addidit consilium assessoris: quia si aliquid addidisset ad iniustã sententiã ex consilio assessoris q̃uis al's ex se intendebat male iudicare: ad illud plus tenetur. Et in casu quo iudex fuisset deceptus ab assessore putans illum sibi ſm iura & iuste consulere excusatur ipse a peccato & a

tit. vj. c. j. §. v.

Assesso res quales esse oporteat.

restitutione: ex quo bona conscientia iudicauit. Et hoc in telligendū quando iudex non fuisset in culpa talem eligē do assessorem: qui cōmuniter sufficiens & bonus reputa batur. Nam si eligit eū qui cōmuniter reputabatur insuf ficiens: injustus in huiusmodi. s. iudicando & cōsulendo: vel nil cōsiderauit de sufficiētia & bonitate: vel insufficiē tia & malitia: dummodo haberet vnde minus expēderet in salario: vel vt inde complaceret illi assessori: vel expē aliorum: vel cum talem quæsiuit qui faceret eum multū lucrari: tunc nec iudex excusaretur a peccato & restitutio ne: sed quilibet eorū teneretur insolidū. Si autē assessor in duceret iudicem ad male iudicandū per ingnorantiā & ne gligentiam: quia nō reuoluit libros: tunc tenetur sicut di cūm est de iudice in hmōi casu, Iudex autem erit excusat⁹ si non fuit in culpa eligendo talem eo modo quo dictum est, ō immediate. Assessor em eligitur præcipue ,pper scię tiam: sed non sic in iudice. Multi em illiterati habent iurisdi ctionem & iuste q̄uis illiterati sunt.

§.II. DE IVDICE ECCLESIASTICO.

Nota q̄ persona ecclesiastica potest esse iudex & causas vētilare: & iudicare inter subditos in qbus habet iurisdictionē/pręsertim clericos. xj. q. j. c. j. & c. experientię. eī de fo. cōpe. p totū. Itē p dīs Christianus rōne peccati efficitur de foro ecclesiæ. Hiere. j. Ecce constitui te super gētes & regna. extra de iudi. c. nouit. Ideo si iudex laic⁹ negligit facere iustitiā de subditis: potest iudex ecclesiasticus cōpellere illū ad tenendū iustitiā: & supplere defectū eius cognoscēdo de causa: & sic de subditis eius iudicare. extra de foro cōpe. ex trāsmissa. & xxiij. q. v. administratores. Itē glo. sūmaria quę habetur. xj. q. j. in prin. vltra casum negligētiæ ponit alios. f. si cōueniat ipsum super rebus spūalibus: vel vbi rustici ecclesię cōueniantur: vel vbi rapiūtur res eccle siæ: tūc em potius ex cōsuetudine q̄ ex iure cōuenitur sub clerico: vel si suspectus haberet iudex secularis: vel si haberet q̄rela cōtra eum. Itē iudex ecclesiasticus q̄uis directe non possit de infidelibus iudicare ꝑm Ray, qa foris sunt scilicet aliēs religionis regulas imponēdo: indirecte tamē iudicat subtrahēdo Christianos ab eorū communione. vt patet de Iudęis, & præcipue si attēderēt subuertere fideles. Itē prælat⁹ eccle siasticus si habet iurisditionē tpalem ꝑm Ray. debet constituere iudicē sæcularē qui audiat causas sanguinis præcipue cui pōt & debet dicere q̄ faciat vni cuiq; iustitiā. Et si cōcurrēte causa sanguinis interrogare tur qd agēdū. Rīndere debet q̄ ꝓsulat iurisperitos. Pōt etiā delegare alicui in speciali sup aliquo maleficio: vt homicidio in sua iurisditione cōmisso: vt inquisita veritate exequatur iustitiā: nec in hoc peccat: nec efficitur irregularis si inde sequatur mors. extra ne cle. vel mo. c. ep̄s. lib. vj.

§.III. DE IVDICE LAICO QVOD

Priuilegiū clericorū.

nō pōt iudicare de clericis. Quis em laicus possit constituere suū iudicē oēm q̄ a⁹ iurisditione preest nō aliū. Clericus nō pōt in nō suū iudicē cōsentire: nisi sit ꝑsona ecclesiastica & de consensu ep̄i. eī de fo. cōpe. c. significasti. Nā sæcularis iudex nullā pōt in eo habere iurisditionē nec in criminalib⁹ nec in ciuilib⁹. extra de fo. cōpe. seculares. lib. vj. Nec pōt cleric⁹ renuntiare huic priuilegio. Si aūt renūtiat clericus foro suo. s. q̄ rīndeat corā iudice seculari: si causa ciuilis est, cadit a causa: alioqn suū locū amittit. extra de fo. cōpe. si diligēti. In criminalib⁹ ꝙo locū amittit. Et si nō habet locū siue dignitatem: pōt a⁹ extraordinarie puniri. Et sic patet q̄ pōt tacite renuntiare quātū ad dānū suū. xj. q. iij. placuit. Sed multo magis puniēdus est si exp̄sse consenciat & rīndeat. Excipit tū ad hoc causa recōuētiōis ciuilis. Nā si clericus ꝙeniat laicū corā iudice laico: & ille laicus recōueniat clericū ciuiliter: si feratur sūia ꝓtra clericū: hī tenet: qa suus iudex est p recōuētionē. extra de mu. pe. c. j. & iij. q. viij. cui⁹ in agēdo. Glos. sūmaria quę ponit. xj. q. iij. in prin. vltra casum recōuētionis ponit alios duos. s. Iudicis sæcularis officium.

q̄ in prin. vltra casum recōuētionis ponit alios duos. s. in causa feudi: & si sit icorrigibilis. dist. xvij. nec licuit. Criminaliter ꝙo laicus sicut cōuenire nō pōt clericū corā iudice sæculari: ita nec recōuenīri pōt: qa in crimine recōuētio nō admittit⁹ quo ad clericū p laicū. iij. q. xj. negāda. Q. si iudex laicus iudicat de clerico: debet priuari iudicādi officio si vocat clericū ad iudiciū suū. xj. q. j. inolita. Nec sēntēcia valebit. extra de iudi. c. at si clerici. Sed & is q̄ fecit eū vocare debet amittere causam p sniam tū: & debet excōicari. vt in. d. c. inolita. Et ꝑm Hosti. ex sola vocatione: ex q̄ cleri cus tract⁹ est aduersari⁹ patiet dictā pœnā. Sed iudex nō ni si iudicauerit: vel forte citra litis ꝓtestationē loc⁹ est pnię. Et peccat mortaliter iudex iudicādo: aduersarios vocādo: nisi ex ignorātia iuris excusaret. Et clericus rīndendo: nisi esset in minoribus & vellet clericatū dimittere & deserere.

§.IIII. DE CLERICO CAPTO PRO

Priuilegium fori.

pter maleficiū a iudice laico quē petit iudex ecclesiasticus vel cū ipse clericū se dicēs: petit se remitti ad curiā ecclesiasticā, Nota q̄ qa de re spūali seu ecclesiastica agit: ad iudicē ecclesiasticum ptinet cognoscere. Sed debet vocari iudex secularis vel alī⁹ cui⁹ interest. eī de sen. excō. c. si iudex. li. vj. Sic aūt debet ꝓcedi in dicta. q. cū scilicet dubitat vtrū sit cleric⁹ qa si notoriū est q̄ ille sit clericus q̄ tali priuilegio gaudere debeat statim absq; aliq̄ cognitione debet red di. Q. si fama publica de hoc est: vel ipse ꝓ clerico cōter habeā: vel si pri⁹ nō se gerebat ꝓ laico: & deprehēsus fuit cū tōsura & habitu clericali: debet etiā reddi incōtinēti: nō dico sine causæ cognitiōe: sed cū causę cognitiōe de clericatu: ita tū q̄ ꝓbādi necessitate nō ipse: sed aduersari⁹ cōstringat. Si ꝙo ante deprehēsionē ꝓ laico publice se gerebat: & ꝓ tali cōiter habebat: etiā si tēpore deprehēsionis erat in habitu clericali: nō est restituend⁹ quousq; fidē fecerit de clericatu: sed tū interim ꝓcessu iudicialis gescet. eī de sen. excō. c. si iudex. lib. vj. Mulieres in iudiciū psonaliter nō possunt euocari vel trahi causa testimonij: vel alia quacūq; que in iure nō exprimit. Sed cū necessariū fuerit testimoniū earū iudex etiā expensis ꝓducentis mittat tabellionē aut aliā psonā idoneā: vel si hoc iure ꝓhibēte nō possit psonaliter ipse vadat: vl si nō deceat ire mittat aliū. eī de iudi. c. mulieres. li. vj. Al⁹ est irritū q̄quid sit: vt ibi dicit. Mulieres religiose ꝑsertim q̄ debent sub clausura morari nō vocent ad iudiciū psonaliter ex quacūq; causa: etiā si velint: al⁹ totū quod fit est irritū, arca eo. mulieres. lib. vj. Qui aut̄ fingit casum aliq̄ fraudulenter per quē iudex vadat vel mittat ad aliquā mulierē pro testimonio est excōmunicatus: vt in dicto cap. mulieres.

§.V. DE VARIATIONE VEL MV

tatione pœnarū. Nota ꝑm Tho. ij. ij. q. lxvij. arē. iiij. in. cor. arē. q̄ iudex dupliciter impediri pōt ne pœnā reo debitā valeat relaxare. Primo ex parte accusatoris: ad cuius ius quādoq; ptinet q̄ reus puniat: puta p aliquā iniuriā in eū cōmissam. Hui⁹ em relaxatio nō est in arbitrio iudicis cū debeat vnicuiq; ius suū reddere. Alio modo ex parte reipublicę: ad cui⁹ bonū pertinet q̄ malefactores puniātur. Sed quantū ad hoc est differentia inter inferiores iudices & supremum cui plenarie respub. est commissa. Iudex em inferior nō habet potestatē soluēdi reū a pœna cōtra legē a superiori sibi impositā. Sed princeps q̄ habet plenariā potestatē sup republica poterit absoluere q̄n viderit reipub. expedire: & cū passus iniuriā velit ius suū amittere. Quantū aūt diminutionē pœnę dicit Host. q̄ reo conuicto si in iure certa pœna iueniat illa debet ponī: al⁹ arbitrio suo cō mittitur. eī de transac. c. fi. Debet tamen semp in humanio rē partē declinare: & sic mitigare. arg. dist. l. penderet. in fi. Maxime cū subest causa: vt qa a casu culpa est ꝓmissa: aut propter ętatē puerilē & hmōi. de quibus casibus. s. alleuiātibus culpā habes. j. tit. xxix. Vbi etiā multa habes de pœnis inferēdis quæ ibi videbis. Et hoc videtur habere locū in his qui non habēt plenariā potestatē. Nā tales si pñt ex causa ratiōabili pœnā ex toto relaxare: a fortiori poterūt & diminuere & mutare eā quæ a iure determinata est. Sed nō debēt sine causa rōnabili: al⁹ grauiter peccāt. Et pœnā mortis ꝑm Hosti. possunt mutare in quācūq; grauem: dūmodo ex causa legitima faciūt & non ex auaritia & hmōi. Quātum aut̄ ad augmētum dicitur q̄ aliquādo augenda est pœna taxata ad errorē alioꝝ: q̄ scilicet fūt ꝓclives ad talia: qa multis grassantib⁹ opus est exēplo. ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. & hoc in ordinarijs iudicijs. In extraordinarijs dicit pœna augeri vl minui cū iudex nō seruat id qđ in talibus est cōsuetū: vbi etiā quis accusatus spōte cōfiteretur: & nō metu probationū. De mēte vtriusq; iuris est q̄ iudex dimittat vel diminuat. Et hoc nisi imineret periculum aię vel ecclesiæ: ꝑm Host. Et nota q̄ dicit Pet. de Pal. in. iiij. dist. xxij.

De con fessiōe

dist. xxij. q̄ a nullo iudice Christiano est negāda ꝓfessio q̄ eā petit: & paratus est facere quicq̄d debet etiā si timeretur suspen ne superueniret qui eriperet eū: quia vtilius scādalū nasci dēdo⁹. permittit q̄ veritas deseratur. eī de reg. iur. qui scādalizauerit. & hoc nisi crederet q̄ ille non ex deuotione sub pati bulo peteret sacerdotem: sed vt eriperetur interim ab amicis superuenientibus q̄ in carcere nūq̄ petit confiteri: vnde rei fiūt aīarū prepositi & balliui: qui illis quos ad mortē ducūt peretib⁹ cōfessionem illā negant. cum dicatur de heret. c. sup eo. lib. vj. q̄ etiā relapsis qui sine vlla audientia sunt tradendi iustitię seculari ecclesia non claudit gremiū quin scilicet pœnitentiā & viaticum administret.

§.VI. DE INNOCENTE QVI IN

Iudex iudicio nocēs seu malus quincit: an iudex debeat vel possm alle sit absq; pcto cōdēnare, sunt variæ opiniones. Tho. ij. ij. q. gata de lxvij. ar. j. in cor. arē. dicit: q̄ iudex in iudicando magis de bet iudi bet sequi legitima documenta per instrumenta & testes & care. hmōi, q̄ id quod nouit vt priuata persona. Ex hac tū priuata cognitione iuuari pōt vt districtius discutiat, pbationes inductas vt possit earū defectū inuestigare. Q. si nō pōt de iure repellere debet eas in iudicando sequi. Et. ij. ij. q. lxiij. ar. vj. in rū. ad. iij. dicit idē Tho. q̄ si aliquis quē scit iudex innocētē conuincitur falsis testibus occi datur: si iudex nō potest inuenire occasionē liberādi innoxiū: debet

Vide. j. eo. ca. v. §. ij.

eū ad superiorē remittere iudicandū. Si aūt nec hoc potest inuenire non peccat ꝑm allegata ferens sententiā. Nec facit iudex cōtra illud Exo. xxiij. Innocētem nō condēnabis qa nō ipse eū: sed illi qui asserūt eū reū occidunt. Concordat Pet. in scriptis. & Ray. in summa. q̄ fere oēs doctores iuris canonici dicūt q̄ iudex pōt iudicare ꝑm allegata: sub dēs q̄ si quis talē iudicaret: non auderet cōdemnare: q̄uis ad cautelam aliquā pœnam iniungeret. Et pro ista opinio ne multū facit Amb. iij. q. vij. iudicet. vbi dīter cætera: q̄ bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit & proposito dome sticę volūtatis: sed iuxta leges & iura pronūtiat. &. j. sicut audit ita iudicat. Et etiā ita determinat ibi glos. Io. cū multis allegationibus ad idē. Sed Guil. dicit in libro suo q̄ si iudex scit veritatē negotij cū circūstantijs: reputat impossibile quin aliquā viā iuris inueniat ad liberandū innoxiū: nisi sit ex imprudentia vel negligentia iudicis concludēs q̄ si nullā inueniret: nec potest actorem & testes emollire q̄ desistant: debet eum absoluere a suo iudicio potestatem relinquens cōmunitati vt deferant ad superiorē si voluerint. Et idē addit q̄ nec debet talē cōdēnare: nec ad superiorem mittere videtur tutū: sed q̄ debet eum dimittere: qui si secus faceret non excusaretur a mortali. Et addit q̄ non est cōtra hoc. c. pastoralis. extra de offi. delega. vbi dicit q̄ ordinari⁹ debet exequi sententiā latā a delegato ad mandatū eius: q̄uis ordinarius sciat eā iniustā nisi possit obtinere q̄ ab illo onere absoluatur: qa loquitur de ciuilib⁹ & ecclesiasticis: vbi nullus condēnatur ad mortem. Nico. de Lyra super. c. ā. allegato. Innocentē & iustū non condēnabis, recitata opinione Tho. dicit q̄ cōtrarium videtur verum: concludens q̄ si iudex quantūcūq; superior viam nō possit inuenire ad liberandū innocētē a morte debet priꝰ dignitatem & officium dimittere q̄ sententiam mortis cōtra innocentem ferre: aliter peccatum non euaderet vt videtur. Et dicit in illa autoritate. Iustū propter illū qui iustus est ī iudicio hoīm: q̄uis forte sit debitor apud deū: & talē iudex non debet occidere q̄uis sciat eū secrete dignū

Sed opinio Ni. de Lyra tutior.

morte: quia nō est ei licitum vt ꝑsona singularis. hęc ille. Prima opinio communius tenetur.

§.VII. DE MINISTRIS AVTEM IV

dicū qui exequuntur sententias eoꝝ cōtra innocētē. dicit Tho. ij. ij. q. lxiij. ar. vj. ad. iij. q̄ si sentētia iudicis cōtinet in tolerabilē errorē qñ cōdēnat innocētē: mīnister nō debet obedire: al⁹ excusarent carnifices qui martyres occiderūt. Sed si sententia nō cōtinet manifestā iniustitiā nō peccat pręceptū exequēdo: qa nō debet discutere sniam superioris nec ipe occidit innocentē: sed iudex cui ipse ministeriū adhibet. Guil. dicit q̄ in tali casu debet deo pori⁹ q̄ homini obedire: vnde nullo modo debet exequi mādatū iudicis cū illū scit innocentē. Ray. aūt ponit distinctionē super hoc dicens, q̄ cū minister scit pro certo illū innocentē, nō debet exequi mādatū. Sed cū dubitat: tūc debet. Excusatur em ꝓpter bonū obedięt̄ę. xj. q. iij. qd ergo. & xxiij. q. j. qd cū patur. Et idem de officialibus & alijs subditis.

§.VIII. DE SALARIIS IVDICVM

Guil. in Specu. lib. j. c. præl ibatum est. sic dicit. Iudicū alij sunt ordinarij: alij delegati. Si est delegatus subdistingue: p⁹ iudex qa aut est delegat⁹ a principe: aut ab ordinario. Si a principe vel alio q̄ vbi degit ad iudicandū profisicitur: exigere po test a partibus expēsas quas fecit in victu & vecturis equorum & similibus: nō tū salariū. extra de vita & hone. cle. c. cū ab omni. xij. q. ij. charitatē. qa nemo cogitur suis stipendijs militare, & munera nō sumptus prohibentur. j. q. j. iudices. Hoc credo: licet dīs meus scilicet Hostięn. dixerit q̄ habētes beneficia sufficientia quib⁹ causę a sede apostolica delegātur recipiendo expensas peccant. vt in. c. cum ab omni. extra de vita & hone. cle. Petant aut̄ moderatos sūptus & nō delicatos. Nec obstat q̄ minores facere potuissent. ff. māda. l. si quis impēdia. Q. si aliquis equus occasione causę moritur: vel iudex ipse capa spoliatur vel ei⁹ familia infirmatur: ficq; eū oportet facere morā lōgiorē. Circa hoc dicūt quidam q̄ nō potest a partibus petere. ff. māda. l. inter causas. §. nō omnia. Alij vt Hostięn. dicūt q̄ potest quatenus plus q̄n in domo propria expēdit. eī de ꝓcu. c. cū pro causa. Sed nūquid partes procurabunt cōmuniter iudicē? Respondeo si ad petitionē alterius partis tunc vltra duas dietas: ab ea sola recipiet expēsas. eī de rescrip. c. nonnulli. Si vero infra dietas duas: dicit Bern. q̄ habebit ab actore expēsas qui eū duxit: nisi de cōsensu partium fuerit imperatus. iiij. q. iij. §. venturis. eī de rescrip. c. dispędia. lib. vj. Ego aut̄ sentio q̄ siue de cōsensu partium: siue per alterā tm partiū fuerit impetratus ex quo infra duas dietas citat cōmuniter procurabitur: quia eius officiū est cōmune. xiij. q. v. nō sane. Porro si in domo sua vel in ciuitate sua iudicat: nihil prorsus suo nomine ꝓ expēsis vl alio obtinebit: ne dum sumptus quęritur prædo grassetur xxiij. q. j. militare. immo etiā vt qdā dicūt: expēsæ quas facturus esset in domo deduci debent de expensis quas facit cū extra locū suū pergit. vt in aut. de iudi. §. nemo autem. coll. vj. Sed hoc alij intelligūt in ordinario. in aut. vt nulli iudi. §. nulli. col. ix. Sed m leges tamē pedaneus debet habere ꝓtulas. s. duos aureos in principio causę & duos in fine: cū summa litis excedit cętum aureos. qđ Azo extēdit tam ad iudices ordinarios q̄ ad delegatos. iij. q. iij. §. offeratur. in prin. Sed quid si delegatus aliquid exegit aut extorsit? Rndeo aut id fecit noie alterius: puta pro assessore suo in causa: & hoc facere potuit: aut fecit vt sibi retineat: quo casu tenetur crimine cōcussionis. Si aūt aliquid sponte offertur per enccenia si sit moderatum & recipere potest dist. xvij. de eulogijs. Moderatū aūt intellige esculentum qđ infra dies ꝓximos cōsumit. ff. de offi. præsi. l. plębiscito. quodq; trahi nequeat ad muneris quantitatē. Vel dic q̄ hoc attenditur ꝑm qualitatē personę dātis & cui datur. extra de simo. c. & si questiones. Multū aut̄ ē seu magnum nō debet recipere. Hodie aūt iudex qui recipit salarium a pu- Ordinablico sumptus nō debet recipere: qua rōne videt q̄ nec orrius ordinarius qui habet administrationē. Prædicta probantur dex nō in aut. col. ij. scriptū exemplar. & eī de ivi. & hone. cle. c. recipit cū ab omni. j. q. ij. sicut. Si ꝙo dat pecunia iudici vt iniq̄ iudicet, dic vt extra de sen. & re iudi. lib. vj. c. cū eterni. Debet illā non restituere danti nec sibi retinere: sed pauperibus erogare: vel ei in cuius iniuriam est data: Sed quid si cholari Bononię vel Parisius commorāti causa aliqua a sede apostolica delegatur: nunquid ille poterit a partibus expensas exigere: licet non oporteat eum inde exire? Rn. nō videtur: cum nullas faciat occasione huius causę expēsas. Nam nec testis habet nisi cum oporteat eum extra domicilium proficisci. iiij. q. iij. §. venturis. Sed contra: quia studeret vel corrigeret cum oporteat eum causam audire: & sic dānificatur qđ esse nō debet. extra de si deiusso. c. peruenit. Nec papa intēdit per suum rescriptum alicui inferre præiudiciū. extra de offi. ordi. c. licet. Sup hoc dicunt quidam q̄ nihil debet habere de stricto iure: licet sit arg. contra. xij. q. ij. charitatem. nisi cum oporteat eum proficisci. Veruntamen delegati de consuetudine quotidie recipiunt & male ꝑm quosdam si habent beneficia vnde possunt commode sustentari: sed si sunt sine beneficio possunt etiam salariū recipere: ꝑm Egidiū extra de præscrip. c. cū ex officij, quod

nō placet:sed expēsas sic possunt recipere. Si delegatus est ab ordinario:quid iuris dicetur.ſ. Si vero iudex est ordinarius expensas quas facit in victu equitaturis & similibus non habebit cum ad aliquē locū sue iurisdictionis vadit.inxta illud Luce.iij.c.Estote contēti stipendijs vestris: habet enim redditus sui ēpatus seu alterius beneficij:vt stipendium suū,ar.ad hoc extra de vīa & hone. clericorum. cū ab omni.et.x.q.iij,illud.Nec ei licet vendere iustitiam. xj.q.iij.non licet.Potest tamen habere quod datur apparitoribus & scriptoribus qui scribūt acta cause & huiusmodi:& cogere partes:vt prędictis personis satisfaciant in talibus:& hęc olim sportulę vocabantur:& etiā hodie vocari possunt.Et vt quidā alius dicit:dictę sunt sportulæ illa vasa in quibus deferebantur munera iudicibus.Et sumit in hac locutione cōtinēs pro cōtēto:vbi dicātur sportulæ ea quę dant iudici quæ olim in vasis illis portabant.Sed nec expēsas habebit ꝓdictas:si litigātes sint pauperes:salariū aūt nō recipiet:vt in prędicto.c.cū ab omni. Si autem ordinarius det delegatū subdistinguе:qa aut est delegat⁹ ad vniuersitatē causarū:aut ad vnā specialiter. Si ad vniuersitatem causarū datur:vt accidit cōmuniter in vicarijs episcoporū:tunc idem est qđ in ordinario:cum idē sit cōsistoriū.vt extra de appel.c.romana.li.vj.imo ordinarius dabit illi expēsas,eī de offic.ordi.inter cętera. ꝗuis hoc in quibusdā locis male seruet vbi indifferenter expensas recipiunt.In prēmissis tū potest forasse consuetudo valere: vt quid certū recipiat,ar.eī de offi.ordi.c. dilectus. Si vero delegatus sit ad special ē causam:& ordinari⁹ ei malitio se cōmittit causam:tunc idē quod prius :qa scilicet nō recipiet aliquid ꝓ expensis.eī de offi.dele.c.pastoralis.Si vero sine fraude cōmittit vel ēs parcere laboribus forte partiū & expensis tunc forte posset.dicit idē qđ in delegato a principe ne officiū suū sit illi dānosum:& hoc tenet Vincē. vt.iij.q.iij.S. venturis.&.xiij.q.v.nō sane.Et ea quę dicta sunt ꝓcedūt de iure vt dicit.Sed de cōsuetudine induci potest vt tam prelati,& sic ordinarij:cę delegati proficiscentes ꝓ causis extra domicilū petant oēs expensas ſm Gof. immo plus dicit Guil',in speculo in ꝑte ista de salarijs iudicū.Dicit em̄ ꝙ cōsuetudo vniuscuiusq; fori in hmōi seruet:quę ſm locorū varietatem variatur.Nam in patrimonio beati Petri & in ciuitate Romā dicitolę statim post litis contestationē dank denarij.xij.ꝓ libra:qui sunt quarta ps Bononiæ:& alicubi.xx.In terris comitisse Maltidis medietas.Et reprobo quarūdā curiarū abusum:vbi ex quo pars aliquē terminū recipit.hmōi salaria exiguntur etiā ante litem contestatā cū litis cōtestatio sit initiū causæ. Tancre. etiā notat in libello suo:ꝙ licet ecclesiarū prelati decimā partem vel aliā partem litis nō possunt recipere:vt in dicto.c.cum ab omni. tamen moderatas expensas possunt habere &ꝓ eis pignora recipere.hęc Guil'. Sed Io.an. Anto.de But.Pe.de Ancha. Fran. de Zab. hoc videntur tenere,ꝙ tam ordinarij cę delegati de consuetudine poterūt aliquid petere pro salario & seruāda erit cōsuetudo loci vbi litigatur:dūmodo nō petatur qd immoderatū.ar. eī de simo.ad apostolicā.Sed contra hoc videtur esse tex.c.cū ab omni.eī de vi.& hone.cleri.vbi dicit esse inhonestū aliquid recipere pro salario vltra expēsas:etiā si sit in hoc cōsuetudo.Et licet Guil'.dicat in spēcu.ꝙ ꝙsuetudo ibi reprobatur:quādo videlicet fit pactū a iudice cū litigantib⁹ super salario.Et Pe. de Ancha. dicat ꝙ reprobatur cōsuetudo prætērita non futura vt in dicto.c. vt etiā dicit de elec. c.statutū.in cle.Sed qa hoc non est certū sed dubiū:scilicet ꝙ reprobata consuetudine per iura:intelligatur reprobata prętērita consuetudo non futura quæ superinduceretur postea.Ideo ex dictis Ioā.de Imol. potest sic distingui. Aut consuetudo versatur circa expensas:puta ꝙ etiam ordinarij percipere expensas possint a litigantibus quādo prosiscuntur extra:& tunc poterit talis consuetudo tolerari vt in dicto.c,cū ab omni.vt dicit Guil'.in spe. Aut ipsa cōsuetudo simpliciter habet ꝙ possit aliqd percipere pro salario. Et licet sup hoc sint opiniones:tū videtur ꝙ talis consuetudo nō valeat prout voluit glos.in cle.statutū.de elec. Et ad hoc facit tex.c.cū ab omni.& hoc quo ad iudicē ecclesiasticū. In seculari vero iudice dicendum est ꝙ tolerari posset cōsuetudo talis,vt in aut.de iudi.§.ne aūt.in glos. Pro sportulis dabant duo aurei.i.floreni in principio cause:& duo in fine:quando causa excedebat summā centum aureorum. Nam in minoribus minus dabatur.

§.IX. DE SALARIO ASSESSORIS.

Nota ſm Guil'.in specu.§.de assessore.ꝙ licet quidā dixerint ꝙ assessor salariū non possit recipere a partibus sicut nec iudex.eī de vi.& hone.cle.c.cum ab omni. Tu dic contra per.c.xj.q.iij.non licet. Vnde licet legatus moriat ante cā causa terminetur nihilominus assessores sua salaria habebunt:quia nō cogitur quis suis stipendijs militare.ſ.ad Cor.ix. nec de suo facere beneficiū.x.q.ij.prędicarię.& eī de prescrip.c.cum ex officij.nec illud.c.cū ab omni. est cōtra: qa loquitur cū in fraudē quęritur assessor. Sed vt plenius materia dilucidet nota distinctionē ſm Guil'.quia aut loquitur de assessore iudicis delegati:aut de assessore iudicis ordinarij,Et primo casu pōt assessor accipere mercedē seu salariū. Et si in fraudem assumptus est:puta ꝙ non ipsum operatur:sed dedit nomen assumendi vt sic pro eo acciperet salarium:vel etiā si operatus est eum iudex:tamen non egebat:quia peritus erat & per se poterat: sed vt grauaret partes accepit:recipiet assessor salarium a iudice non a partibus,vt in dicto.c.cum ab omni.& eī de rescrip.c.statutū li.vj.Si vero fecit sine fraude:vt quia nō erat peritus sufficienter:vel quia infirmus vel als impeditus:recipiet assessor salarium a partibus litigantibus quod pro eo.ſ.assessore exiget iudex ipse a partibus & soluere coget: moderatū tamen vt expresse habetur in dicto.c.statutum. de rescrip. lib.vj.In secundo casu cum scilicet est assessor iudicis ordinarij:& tunc non potest accipere salarium a partibus, nec ipse ordinarius exiget pro assessore a partibus: sed de suo soluet quia debet esse peritus & non ignorare canones.x. q.iij.quia cognouimus.& dist.xx.§.j. et de consangui.& affini.c.j.& sciendo canones raro poterit euenire casus aliquis in quo non sciat iudicare:cū ꝑm canones in foro eius sint causæ terminandæ.vt de fo.compe.c.quod clericis.Et si aliquis casus talis occurreret debebit de suo soluere cum habeat reditus ecclesiasticos ex quibus potest super hoc ꝓuidere.ar.ex isto.c.cū ab omni.Et hoc tenuit Io. de monte Murio in quadam quæstione disputata per eum prout refert Ioan.an.ita residens. Idem Guil'.in spēcu.& hoc in ordinario ecclesiastico. Ordinarius vero seculāris cum nō teneatur scire:sed sufficiat ꝙ habeat experientiam de causis prout habetur.C.de iudi.l.certi.poterit salarium pro assessore petere.ad hoc quod notatur in auē.de iudi. circa prin. ſm Io.de Imol.qui tamen dicit ꝙ super hoc est consuetudo attendēda.hęc ille. Dicit etiam Guil'.in spēcu.ꝙ si post conclusionem partes ante sententiam componant:nihilo minus assessor habebit suum salarium:& iudex ad hoc poterit cogere partes quando scilicet est sibi a partibus dandum. Notat etiam ꝙ personæ quę debent salaria recipere debeant ea ante calculū sententiæ exigere. Partes nāq; fallacibus aduocatorum promissionibus conclusæ in causa victores se fore existimantes ad sententiam properant & libenter salaria soluunt:quod non facerent condemnatæ. Et quod assessor lucrat ex hmōi officio seu exercitio ſi est filiusfamilias erit illud quasi castrēse.C. de offi. assessoris. l.vel ut.Item nota ꝙ si assessor importunus est in exactiōe salarij & nimis peteret:per iudicē moderari debet. Sed nec iudices sibi debent assessorum salaria retinere:sed nec partem defalcare:licet plerūq; contrarium faciant. Et ſm hoc potest intelligi.c.cū ab omni. Sed quid si duobus assessoribus vel consiliarijs assumptis vt de eorum consilio pronuntietur adinuicem discordantibus tertius assumat? vnde habebit iste salarium? Dic ꝙ illi debent salarium suū participare ne dolo suo cōmodum reportent. Quod fieret si eis fingentibus se concordare non posse:vt tertius assumatur in eorum exonerationem vt sępe fit vt partes illi soluere teneantur. Et huic fraudi iudex obuiet. Sed quid si alter litigatorum dicit iudici. Domine consulatis peritos super tali articulo:nunquid alius debet soluere partē eius quod datur peritis pro consilio? Respondе dici potest: quia aut peto aliquid quod mihi soli profuturum est & sic non debet alter soluere partem. arg.ff. de eden.l.prætor. Aut peto aliquid quod mihi & aduersario est profuturum:& tunc debet soluere etiam alter.argu.ff. finium regū.l.sed loci. Non autem debet iudex grauare in solutione huius salarij vnam partem & aliā alleuiare prout sæpe fit:qa in iudicis equalitas est seruanda: & ibi debet actoris & rei

vis & rei ęqua esse cōditio. extra de iudi.c.nouit. Item iudex bene potest leuare id est accipere expensas factas in consiliarijs.vt.xiij.q.v.non sane.& in mittēdo ad diuersa loca pro consilio inquirendo:Hæc Guil'.

¶De officio iudicis delegati. Cap. III.

DE OFFICIO IVDICIS DELEGATI.

Vbi prio sciēdū vt notat Io.an.i nouella ſm Tancre. & Goffre. Delegatus dicitur is cui a summo pōtifice ordinario:vel delegato principis cā cōmittitur Hosti. autē sic describit. Delegatus est is cui causa cōmittitur terminānda vel exequēda vices delegantis repræsentans a iurisdictione nil propriū habens.ff. de offi. eius cui mā.est iurisdi.l.j. Proprerea autē in decretalibus præmittit.ti.de offi.dele.ti.de offi.leg.& ti.de offi. ordi.quia delegatus papæ est maior legato vel ordinario ad causam sibi cōmissam:vt extra de offi.leg.c.studuisti. Delegatus papæ potestatē recipit non solū i partes quæ.ſ. habent causam seu litigium inter se:sed etiam in alios qui suā iurisdictionē impediunt. Hoc summatim habeē.extra c.j.de offi.delega. ſm Io.an. Qui ergo detinent actores taliū causarū vel minis deterrent:ad instantiā pertinet cum hoc est notorium:vel si occulte faciūt:tamen actor hoc assecurit.& sunt ꝓbabiles ad hoc coniecturę:nec volūt licētiare actorem ad mandatū delegati:vt.ſ.accedat ad ipsum: pro suo iure possunt coerceri.& si potēs licētiat in publico:sed minatur in occulto:erit locus idoneæ cautioni. Et si tanta sit illi credulitas ꝙ non potest per cautionē mederi. Dicit Host.ꝙ suspendat cēsura donec mutētur tēpora vel deus vel eius vicarius apponat consiliū:& cōsulat tūc actori ꝙ ad tēpus desistat.arg.extra de resti.spo.c.ex trāsmissa.Si tū per tēporalem potestatē cōpesci posset & actor istaret nō esset iustitiæ veritas derelinquenda. Item eo.tit. sane. sum matim dicit. Cum diuersæ literæ sub eadem data & forma contraria impertantur & præsentantur a diuersis ad eosdē superſedeē vtrisq; donec papa consulatur. Io.an. ꝙ si literæ aliæ contrariæ dicantur emanasse ab altera partium & non exhibeantur.non tenetur delegatus credere opponenti.eo.ti.cum in iure.quō sunt literæ contrariæ ibi vide.

Delegatū a Papa maiorē ē ordinario & legato.

Iudex scire tenet cas nones vt assessore nō idigeat

§. I. DELEGATVS PAPE IMPE

ditus potest subdelegare. Vñ Alexander.iij.eo.tit.dicit. Si pro debilitate vel qualibet alia graui necessitate tractandis causis:que tibi ab apostolica sede cōmittuntur itereste non poteris:liberū tibi sit personis idoneis & discretis vices tuas cōmittere: ita ꝙ si res tanti est vt te consulere debeant: nisi forte causæ ita graues sint ꝙ sine prędicta tua non possint cōmode terminari. Super verbo non poteris. Ioā.an. vel volueris. Ista em̄ duo æquipollent in hoc casu ſm Goff. vt.j.eo. significasti. liberū.i. sine aliqua pœna vl redargutione. Super verbo idoneis. Debēt enim tales esse in dignitate vel personatu:vel canonici ecclesiarū cathedralium & intra diocesim:vt extra de reseri.c.statutū.lib.vj. per qđ.c.habetur ꝙ non possunt subdelegare inuito actore extra diocesim ne auferat ei diocesis quam Papa dedit. Sed inuito reo sic dūmodo non committatur vltra duas dietas. Et qūo mulier:seruus:ignarus:mente captus: infamis:minor.xx.vel.xvij.annis nō sunt idonei & nō subditus & priuilegiatus quo ad cōpulsationē. tractat hic Host. super verbo vices suas. Io.an. & etiā sententiā:non solū cognitionē seu examinationē. Super verbo tanti est vt.ſ.cōsilio tuo egeat. Super verbo cōsulere putat Inno. ꝙ possit delegatus consiliū sibi retinere: quo casu si non requirat nō tenet sententia.j.eo.ti.c.pastoralis. Sed si consiliū fuerit requisitum tenebit sententia: cuius contra consiliū lata: licet aliqui cōtradicant. Sed requisito cōsilio si placuerit delegato ꝙ subdelegatus ferat sententiā:illam ferat: alias non si prohibeat. Hæc vera sunt quādo consulēdus est iudex. Qđ dicit etiā. Inno. illud idem quando iudex cōmittit donec reuocet:vel si nō reuocauerit:vel vt ferat sententiā si partibus placuerit, als remittat. Nam oibus his casibus putat posse iurisditionem subdelegati per delegatum reuocari & ad eū appellari. Dicit enim Abbas ꝙ per hanc formā committo vices meas donec reuocauero. nō intelligitur cōmissa sententia. Etiā ſm Inno. si dicat. Committo tibi causam:& vt feras sententiā nisi reuocauero:quasi hæc clausula sit cōtra substantiā cōmissionis quo ad sententiā.

Quales ꝑsonæ delegatiōis officio fū gantur.

Allegat de condi.appo.c.fi. Hosti. tamē dicit ꝙ non est verum ꝙ potestas reuocandi impediat translationē ferendæ sententiæ. De quibus dic vt eo.ti.c.si delegatus.lib.vj. Vbi reprobat opinio Inno. in his & in eo ꝙ dixerat executionem impediri nō posse. Putat etiam Inno. ꝙ sicut delegatus subdelegando retinet sibi consiliū: sic etiam posset reseruare consiliū tertij. Potest enim certam legem seu condi tionem suæ cōmissioni dare seu imponere:dūmodo nō tāciat contra iura. Sic etiam delegatus primus potest. vt de rescrip.c.ij. Quod si delegatus mandat subdelegato ꝙ ferat sententiam ſm ꝙ talis iurisperitus dictauerit:ꝙuis Inno. dicat ꝙ hoc fieri non potest:tamen Hosti. tenet contrariū. Nam & cōmittens format sententiā prout sibi placet. vt de consti.c.cū omnes. quam formā necesse habet sequi delegatus oīno. Sicut autem ipse delegatus ipsam formare potest:sic & ipse alij formandā relinquere. eo.ti.c. pastoralis. Nec ob.ff. de arbi.l. item si vnus:qa natura arbitri talis est vt arbiter pronuntiet quicquid placet: & cōtra iura & inique.ff. de arbi.l. diem. Sed iudex nō nisi quod iustum est pronūtiare debet. Et ideo si delegans timet ne subdelegatus erret in iure:satis videtur ꝙ prędicto modo possit ei prouidere: quod potest locū habere quādo nō potest haberi subdelegatus ita peritus vt expediret: & is qui habet dictare sententiā est peritus.ar.eo. tit.c.cum te consulente. Et ideo est necessariū officium assessorum. vt. C. de assesso. l.i. Sed in spūalibus cauendum est ne is qui debet dictare sententiam sit laicus. vt de iudi.c. decernimus. Verum est. non debet pronuntiare sententiā ſm conscientiam alterius. dictantis ipsam cōscientia propria repugnante:etiā si sibi hoc mandaretur. Verūtamen debet imperitus conscientiam suā formare iuxta consiliū periti. Nec est turpe ꝙ imperitus quærat & seruatur consilium peritorū & voluntatem. vt.j.eo.ti.c.prudentiam. Si tamen nō potest conscientiam suā informare ſm consiliū sapientis: studeat ꝙ a commissione illa exoneretur.j.eo.c.si quādo. Quod si hoc obtinere non potest conscientiā suam sequatur & nō obediat scilicet in dādo sentētiā cōtra conscientiā. vt de tempo. ordi.c.ad aures. In.c.de causis.eo.titu. duo summatim continentur. Primo ꝙ si causa aliqua cōmittitur determinanda & decidenda subdelegato infra certū tempus: eo transacto expirat iurisditio commissa subdelegato & reuertitur ad delegantem. Potest tamen prorogari terminus præfixus a delegante: si accedat consensus. vtriusq; partis cuius est causa. Et vt dicit glo. Ioā.an. hæc prorogatio fiat per principales:non per procuratores. Item etiam si non posset infra tēpus præfixum perficere quod mandatur: nihilominus expirat elapso tēpore præfixo, vt.j.eo.ti.c. consultationibus ac etiam si per malitiam alterius partis firmatur terminus ſm Inno. ipsa etiam prorogatio termini de consensu partiū oportet ꝙ fiat ante lapsum diei præfixæ. ſm Spe. & Abba. Secūdo continetur in dicto.c. ꝙ vbi certa pœna per ius statuta nō est delegatus imponit arbitrariam. Vbi dicit Io.an. ꝙ si certa pœna statuta est:non solū per canones:sed etiam per leges scriptas municipales: vel etiam leges consuetudinarias: dummodo canonibus vel rationi canonum non obsistat:illam debet imponere. ſ. partibus: quarū sibi causa est cōmissa impedientibus vel offendentibus iurisditionem suam. dis.x. per totum. Nec molliorē nec duriorē debet imponere. als sit infamis. C. ne sanctum bap. l.iij. & hoc nisi ex causa temperetur vel exaggeretur. ſm Hosti. Quo ad primū Io.an. in nouel. mouet quæstionē: videlicet. An delegatus qui infra terminū sibi statutū tulit sentētiam lapso termino illam possit exequi: & præcipue delegatus qui als exequi posset. de quo de fo.compe.c. si quis contra. Circa quod ponit opiniones sibi contrarias. Nam Damas. Tancre. Bar. Brix. tenent ꝙ sic. Hug. Io. & Arch. contra. Has opiniones contrarias Ioan. an. sic concordat. ſ. per distinctionem. quia. ſ. aut terminus adijcitur diffinitioni vel decisioni causæ. & tunc sic est ꝙa prima opinio quasi papa simpliciter delegante causam & statuente tempus diffinitiōis faciendæ adhuc durat potestas in executione. Si vero terminus adijcitur iurisditioni: tūc sic vera est opinio Hug. & sequaciū. Et hoc siue affirmatiue verba proferat:puta ꝙ nō duret vltra annū. Cum enim executio fit de iurisditione. j.eo. si delegatus. li.vj. restat ꝙ iurisditio finita: & sic nō poterit. Circa secundum mouet aliā q̄stionē: videlicet an delegatus possit mulctare? Cū

tiauit ſe iurisditionē non habere etiam de conſenſu partiū cauſam non reaſſumit: ſummarie hoc dī in. c. ſignificantibus eo. ti. vbi ſit mētio de quadam vidua nobili q̄ ſub ꝑtextu pauperatis impetrauit ꝑ reſcriptū a papa iudicē delegatum perſonam eccleſiaſticā in cauſa ſua vt vitaret iudicium ſæculare. Vñ Ioan. And. in nouella ponit genera ꝑſonarum etiam laicarum quę poſſunt recurrere ad iudicū eccleſiaſticum. Et primo quidem de paupib⁹ dicit ꝙ indiſtincte poſſunt conqueri eccleſię non ſolum de oppreſſiōi bus ſed etiam de alijs iuribus. xxiij. q. iij. ſi quis de potentibus. vt de ver. ſig. c. ſuper quibuſdam. Idem intelligas de peregrinis oīb⁹ q̄ ſunt de foro eccl'ię: quo ad res quas portant: & contractus initos in ipſa pegrinatione. xxiij. q. iij. ſi quis romipetas. & c. ſequēti. Idem in mercatoribus ſi, in theloneis grauētur. vt in ꝓdictis. c. xxiij. q. iij. Idem de mannumiſſis ab eccleſia vel ei cōmendatis. Et de his qui ad eccleſiam confugiūt. lxxxvij. di. eos. & c. ſequēti. & C. de his qui ad ec. confu. l. fi. Idem de ꝓcēitētibus. ſ. ſolēniter. xj. q. j. aliud. Idem de officialibus eccleſiæ libertis. ruſticis. vxoribus, filijs & ſeruientibus. ff. ad muni. l. aſſumptio. C. de epiſcopis & clericis. lege prima. & diſtinctione. lxxix. indicatum. Idem in ſenib⁹ & omnibus libertis. lxxxvij. di. c. j. Idem in cæcis, membris mutilatis. leproſis. furioſis, captiuis, debilibus. diuturno morbo fatigatis. vij. q. j. cum percuſſio. & de cenſibus. c. licet. C. de epiſ. audi. Supradicte ꝑſonę & ſimiles ſunt de foro eccleſiæ: adeo ꝙ ſi grauentur a ſuis iudicibus poſſunt ad iudicem eccleſiaſticum appellare. & ipm ꝑ ſimplicē querelā adire: vt. lxxxvij. di. libertos. & c. irreligioſum. Sed qđ dicunt de appellatione. ſ. ꝙ a ſæcularī ad eccleſiaſticum poſſunt appellare falſum eſt: imo potius ad iudicem ſuum ſæcularē & ſupiorē gradatim appellatio facieda eſt. vt patet. ij. q. vj. anteriorū. Hoc tamen ſpeciale in iſtis perſonis miſerabilibus: quia q̄uis eccleſia etiā nō miſerabilibus ꝑſonis reddat oībus iuſtitiā ꝓpter negligentiā ſæculariū iudicū: tñ ſemp requirit primo iudex ſæcularis, de fo. cōpe. licet. Miſerabiliū aūt perſonarum querimoniā ſimplicē quandoq; audit irreqſitis etiā dñis eorundem: ne nimis fatigētur ꝓ iuſtitia omittēda. diſtinc. lxxxvij. per totū. Alij dicūt ꝙ nunq̄ eccleſia habet ſe itromittere de his niſi in defectum iudicis ſæcularis ſm Inno. ſed Hoſtię. remittit de hac materia vt plene notāt de foro competēti. c. cū ſit generale. Cruce ſignati omnino defenduntur. ab eccleſia ſm Inn. Hoc aūt notādū ꝙ ꝑſonę miſerabiles facili⁹ ſunt exaudiēde q̄ alię ꝑſonę & reſcriptū cōtra ipſas nō valet: niſi faciat de ipſis expſſam mētionem. Hoc aūt regulare eſt ſm leges ꝙ in defectu iudicis ſæcularis: ſiue ga nō habetur: ſiue ga recuſat: ſiue ga iuſtitiā facere negligit: ſiue ga notoriū ſubditū lædit nedū papæ: ſed et epi eſt iudicare: & i meli⁹ reformare. vt i auc. vt diſſe. iudi. prima rubrica. & hinc eſt ꝙ papa vacāte imperio vices imperatoris gerit. vt de fo. compe. licet. Hoſt.

§. XII. DELEGATVS CVM VT SVPRA

ab arbitris appellat

ab aliqua partiū litigantiū recuſat: eligunt arbitri ad cognoſcendū de cā ſuſpitionis vtrū ſit rōnabilis. quod ſic declarat Greg. ix. eo. tit. di. Suſpitionis cā ꝑ iudicem aſſignata nō ipſe q̄ forſan ꝓuocatus obeſſet: ſed arbitri poti⁹ corā quib⁹ eſt ꝓbatio facienda & ad quos oia q̄ ad hūc articulū faciūt ꝓtinere noſcunt pñt ad ꝑ terminū aſſignare. ab ipſo quoq; iudice cui ſicut iurisditio: ſic & cętera ſine q bus explicari nō pōt intelligunt eſſe cōmiſſa: ĩdē vt cōueniant ſi diſcordes fuerint in vnā ſniam: vel tertiū cōcorditer aduocent cū quo duo vel alter eor⁹ id faciat ſunt cogendi: ne huius occaſiōe principale negotiū plus debito ꝓgeret. Hæc in tex. Glo. ſup ꝙbo cā q̄ debet eē rōnabilis. ſ. ne ceſſaria: vel ꝓbabilis ad recuſandū talis. ſ. quæ eēt ꝓbata deberet legitima reputari. vt de appel. cū ſpāli. Sup ꝙbo iudicē. glo. intelligit ordinariū vel delegatū. Sup ꝙbo forſan. glo. ga nō debet iudex moueri q nō facit ei iniuriā. cū vtaſ iure ſuo. vt de elec. c. cū eccl'ia. Et hoc eſt ei conceſſum a iure vt hic. Sed refert ſe ad id qđ contingere ſolet. Licet em non deberet moueri cū indignant tales ꝓ maiori parte. Et ideo ga forſitan eſt ꝓuocatus cōtra illū: nō debet ter minū ad hoc cognoſcendū aſſignare: ne ſibi obeſſet in ꝓrogādo ipm. Et licet ſit ꝓuocatus: nō tñ poterunt ipſi declinare quaſi offenſum: cū habeāt ceſſante ꝓbatiōe ſuſpitionis redire ad eū quē recuſauerāt. Sup ꝙbo nō ipſe loan. an. ſcilicet iudex recuſans, als tñ bñ cognoſcit iudex an ſua ſit iurisditio. ff. de iudi. l. ſi qs. ga tunc non ſic afficit perſona ſicut cum recuſat. Sup ꝙbo arbitri. Ii ſm ꝙ egi dium non dñt eſſe laici. Glo. ſup ꝙbo ad quos oia. Sicut iudici oia intelligūtur commiſſa quæ ad cauſam ꝓtinēt ipſam: ſic & his arbitris: vñ ipſi habēt iurisditionem & coertionē: & pōt compellere teſtes & ꝑpetentes punire. vt patet hic expſſe: & pōt ab eis appellari. Sed ſi appellēt, ad papā appellabit. Q̄ ſi illi q̄ eligunt arbitri a partib⁹, nolūt ſuſcipere arbitriū: cuius dicat. ff. eo. l. iij. ꝙ nemo cogit ſuſcipere arbitriū: tū ſecus eſt hic. Nā tenent hic accipere in virtute obediētię diſtricte & ꝓcepto dñi papæ tenēt. & ſi huic ꝓcepto nō obediant. vt de appel. c. cū ſpāli. Si em iudex ordinarius eſt q recuſat: ipſe compellet eos. Si delegat⁹ illos compellat nō obſtāte ꝙ recuſatus ſit, aliter iudiciū nō ꝓcederet. Item eſt hic aliud ſpeciale: ga ꝓſenſus priuator⁹ facit eum iudicem qui nulli prędſt iurisditioni: nec iſti veri arbitri dicunt ni ſi pro tanto: ga eligunt vt arbitri: ſicut alij arbitri eligunt de ꝓſcu partiū. Ex hoc patet ꝙ alij arbitri nulla coertionē habent: ſed tm metu pœnę ſnię eor⁹ ſtatur. C. de arb. l. j. vt per emologationē vt taciturnitatē decē dierū. C. de arb. l. cū antea. Et iurisditio iſtor⁹ quaſi ordinaria eſt per electionem. Gloſſa ſup ꝙbo cogendi. licet iurisditio talis iudicis recuſati interim ſit ſuſpenſa: tamen ne culpa eor⁹ cōtingat negotiū ꝓgari, ꝑmittitur tali iudici vt cogat illos ad cō cordādū & ſententiandū de cā ſuſpitiōis. Qđ ſi arbitri nō ꝙeuniunt ſimul malitioſe vt negotiū ꝓgeret: idē credo ꝙ iudex poſſit cōpellere eos vt ꝓcedāt aliter cōtineret iniquā tatem iſta ꝓſtitutio: ga daretur cā malitijs hoīm quib⁹ eſt ꝓtius obuiandum. vt de reſcrip. c. ſedes. Sup ꝙbo oia explicat ꝑ exempla. Ioan. an. poſt Hoſt. & Goff. vt locū teſtibus aſſignare, eos compellere & punire: ſi in falſo deprehendat: diſcutere ꝑſonas teſtiū: admittere exceptiones in ꝑſonas: & ꝓnuntiare veā vel falſam cauſam ſuſpitionis deficientem in expenſis condemnare. Et di. Inno. & Guil. in ſpec. ꝙ ſi aliqua pars etiā recuſans ſit contumax in cerato actu: vel articulo corā arbitris nō cōparens: non ꝓpter hoc delegatus reaſſumit iurisditionē: niſi tot⁹ labatur terminus ꝑ eū arbitris aſſignatus: allegat. c. cum ſpeciali. de appel. in lib. vj. eo. ti. de arbitris hoc habet. Ab arbitris q ſm formā iuris vt de ꝓpoſita ꝓra iudicē ſuſpitiōis cā cognoſcant: vel q cū de reuocatione amb⁹ igit literatū iudicibus nequeuntib⁹ in vnā ſententiam ꝓcordare ad ꝓcertationem hmōi ſopiēdam a partib⁹ eligunt & ſi ſe aggrauauerint: ad ſedē apoſtolicā eſt appellādū. vbi di. glo. ſup ꝙbo iudicem. ſ. delegatū papę. Et idem, ſi recuſaret ordinarius. Glo. ſup ꝙbo grauauerint ſine ſnia. puta ga iniq̄ ꝓnuntiant illū ſuſpectū: q ſuſpectus ꝓbatus nō eſt vel ecōuerſo vel ante ſniam. puta minus breuem dilationem dando. de dila. c. j. qđ eſt eor⁹ officiū. Nota etiā ibi in gloſ. ꝙ ab arbitris qui cōpromiſſarij vocant: & voluntate adducunt ab eis nō appellat: ſed ab arbitris qui de neceſſitate iuris habent aſſumi. de quib⁹ Ioquit iſtud. c. ab his bene appellat vt patet hic. Et hac rōne puto hāc decretalē locum habere

ia arbitris electis ad audiẽdũ causam quã mouet eps̃ contra subditum suum:cũ etiã illo casu de necessitate eligant arbitri.vt.xj.q.j.si clericus. Et de hoc de officio ordinarij. c.irrefragabili.

§.XIII.DELEGATA IVRISDITIO

ad personas nõ comprehensas in rescripto:etiam de ipsorum cõsensu ꝓgrari nõ põt.in summa dr̃ i.c.j.per Glo.e. ti.Quærit hic Host. An possit renũtiari bñficio ꝓsili gñalis,de sen.excõ.sacro.s.cp nulla admonitione præmissa ad regsitionem aduersarij ferant tales sniẽ.& dicit cp non.ar. de fo.compe.si diligenti.Concor.Inno.plus etiam dicens scilicet excõicationem vel interdictũ nunq̃ posse venire in pactũ vel cõditionẽ vt sine causę cognitione & cõtumacia ꝓferat: bñ põt ordinarius eccl'asticus cuius iurisditio est debite prorogata has sniας ferre . Et post multa circa hanc materiam scilicet an non soluens creditori in termino cõuento cum eo:cp si non facit hoc sit excõicatus. si nõ potest aliquo mõ soluere an incidat:sic concludit.Si quis sibi vult caute ꝓuidere debet sibi cauere vt non solũ fiat sibi iurisditionis ꝓgatio sed statim per iudicem consentiente & instanter petente debitore feratur snia excõicatio nis nisi infra terminũ satisfecerit vt ꝓmisit.tunc eĩ nulla monitio est necessaria:ga dies pro hoie interpellat. vt de loca.c.fina.Nec valebit appellatio si appellat interim,ga ex quo semel cõsensit in alteri⁹ prẽiudiciũ dissentire non põt.vt de proba.c.ꝓ tuas. Ponit etiã hic Io.an. in nouella allegando Host.multa genera prorogationũ.s.expressam Duplex est ꝓ gatio. & tacitã.Expressam diuidit in quatuor spẽs.s.de psona ad psonam:de re ad rẽ:de loco ad locum:& de tpe ad tps. ibi potes videre.In.c.cum vigesimum. hoc summarie habeť. co.tit.Primo cp maior viginti annoꝝ a quocũq̃ põt dari Quatuor sunt spẽs exꝑsse ꝓrogationis. delegatus.Secũdo cp maior decem & octo annoꝝ etiam dar a quocũq̃ delegatus:sed nõ nisi de cõsensu partium.Tertio ga princeps põt dare delegatum in quacũq̃ etate.In.c. sequenti sic habeť in rex. Vnũ delegatoꝝ vel arbitrorum sicut ꝓponis rebus humanis exempto eoꝝ officiũ expirat nisi aliud fuerit in delegatiõe vel cõpromisso expressũ.In c.qm̃ apo.eo.titu.summatim dr̃ cp delegatus papæ subdelegare põt.licet datus sit exofficio:vel de partiũ ꝓsensu,vl' cum clausula:cp si nõ oẽs tu cũ altero &c.Idem põt cõsentientibus partibus is cui committit negotium exequendũ psonaliter:prætercq̃ in duobus casibus qui ponũtur in texu.vbi dr̃(prætercp)si inquisitionem fieri vel ecclesijs de prælatis : aut alijs ministris prouideri mandemus:cum in his casibus industriã & fidem psonę cui talia cõmittim⁹: eligere videamur. Vbi dicit Ioan.an.cp hoc iniungitur expresse vel tacite.s.cum non poteſt subdelegari.Expresse vt de rescrip.c.cum dilecta.de accusa.c.fi. Tacite cum deprehendi potest lex mẽte rescrip.puta cum dicitur de industria tua & circunspectione confidentes plenius per aplica rescripta &c. Als si nec expresse nec tacite hoc iniũgitur: potestas subdelegandi amittitur.Idem vt ibi dicit in tex.Cui commissum fuerit prędicare crucem excõicare vel absoluere aliquos dispensare cũ irregularib⁹:iniungere pnias. non licet hoc alijs demãdare,i.subdelegare:ga non sibi iu Cui nõ licet ſb delegare. risditio sed certum ministeriũ potius cõmittit in hoc. Itẽ in sexto eo,ti.sic habeť.Si cõtra vnum ex duobus indicib⁹ cum illa clausula:cp si ambo interesse nõ possunt: alter eorũ in causa procedat, a sede aplica delegatis suspitiõis cã legitima proponať:cã ipsa suspitionis coram non recusato cõiudice ad quẽ ex vi prędictæ clausulæ debet ipsi⁹ cau se cognitio ptinere:ꝓbari & ab eo expediri debebit. Vbi vero non est dicta clausula in rescripto debet sup hoc ad arbitros recursus haberi,hæc ibi.

§.XIIII.DE DELEGATIONE QVE

sit per eps̃os.Vbi sciẽdũ cp que dicta sunt,ũ,in isto.c. de delegati officio cõiter dicũtur de delegatione quæ fit per papam cuius aliqua etiã cõueniãt delegatis aliorꝝ eporꝝ &ꝑlatorũ. Vñ circa delegationem eporꝝ ſm Ray.& Guil'. distinguẽdũ:ga quædã sunt q̃ pertinẽt ad ordinẽ epalẽ sicut cõsecratio:recõciliatio eccl'iarũ ordinatio & hmõi.Et ista põt eps̃ delegare:nõ tñ nisi eps̃:vt de offi.ordi.c,cp' sedẽ. Quędã alia sunt q̃ pertinent ad iurisdictionem:sicut audiẽtia causarum;& absolutio pctõrꝝ: & ista in dubitãter delegare seu committere põt:vt de ꝓse.eccle. vel alta. c. aqua. Ita tñ cp criminales causas clericorꝝ cũ agit ad depositionẽ delegare nõ põt:nisi in causa.s. si inciperet abesse propter ecclesię sue necessitatẽ vel aliã magnã causam:& tunc cõmitteret cognitionẽ tm̃ & nõ diffinitionem.C.de peda. iudi.l.j.nisi si cõmitteret diffinitionẽ tot⁹ causę alij epõ: qd' facere põt cũ nõ ei sit inhibitũ.Sunt quædã aliæ causę q̃ licet nõ sint criminales:tamen ꝓpter earũ excellentiã nõ debet eas delegare, nisi cã multũ iusta & necessaria sit impeditus:vt causa matrimonialis & similes. eẽ de consan.& affini.c.ex literis.in fi.Non debet etiam delegare dispensandi potestatem cum irregularibus.Nec absoluendi eos qui manus violentas iniecerunt in clericos:in casib⁹ sibi a iure concessis:vt de pueris:mulieribus & hmõi.Et licet ista delegare non debeat:põt tamen cũ non sit prohibitum: immo de percutientibus clericos conceditur.de offi. ordi.eis.Alias vero causas minores etiam spũales vt de decimis:iure patronatus:& similes põt delegare non tamen laicis sed clericis tantum.extra de iudic. cap. decernimus. Pecuniarias vero causas põt:immo forte idistincte debet delegare:nec in talibus occupari.arg. xj.q.j.te qdem . Põt aũt eps̃ delegare his qui sunt in alieno ẽpatu:ea quæ pertinent ad iurisdictionem voluntariam:non tamen põt cogere eos ad suscipiendum: sed ea q̃ pertinent ad iurisdictionẽ contẽtiosam: non põt illis delegare ſm Guil'.Item sicut delegatus a papa vel a principe habet a lege cp põt alteri cau sam subdelegare:nisi in inquisitione vel ꝓfessione eccl'iæ de prælatis seu alijs ministris:quia in his casibus videtur electa industria:& fides personæ: vt eo.titu.quoniam. ita delegatus ab epo vel alio:etiã,non habet a lege potestatẽ subdelegandi: habere tamen põt ab homine, videlicet si delegatus,ipse dat sibi illam autoritatẽ subdelegandi,arg. de procura.c.j.&.j. sic tenet Ioan. And.super.c,is cui. eodẽ titulo.lib.vj.

¶De conseruatoribus. Capitulum. IIII.

DE CONSERVATORIBVS

Quia tales reputãt iudices delegati a papa: ideo de eis agitur in sexto. de offi.dele.in.j.j. & vltimo ca. Nã ſm ãtiqua iura nil habebať de illis Et hoc de eis breuiter tractabitur.Innoceñ. iiij. Statuimus vt conseruatores quos plrumq̃ cõcedimus: a manifestis iniurijs & violentijs defendere possunt illos quos eis committimus defendendos: nec ad alia quæ iudicialem indaginem exigunt suam possint, extendere potestatem. Ioan. And. ibi in glo.ponit tria genera cõseruatorum.Nam alij quos dici dari conseruatores:vt contra latrones vel pdones eos defendant.Alios dari vt defendant eos contra infringentes priuilegia ipsorum.Alij dantur vt defendãt ab iniurijs & offensis. Et in nullo dictorum casuum habent iudicialem indaginem,vt hic.De manifestis;ergo iniurijs solum habent cognoscere. Et intellige manifesta. i,notoria:& ita patentia,q̃ nulla probabili tergiuersatione cela ri possunt.vt de verb.signi.c.ex parte.Si quis autem: qui. Conſeruatorũ s.iniuriaꝝ est negat offensam esse notoriam cum negatio ne:videatur res fieri dubia:tunc bñ recipiet ꝓbationes cõ ptãs, seruator: an factum illud sit notoriũ vt sic videat an sua sit iurisditio vt de rescri.c.sup Iris. Als officiũ eoꝝ esset inutile.Et si inuenit factum notorium;ꝑcedat cõtra illos als desisset.Nõ eĩ habet ptãtem defendendi iniuriam simpliciter: sed qualificatã.s.notoriam. Habet ergo conseruator vocare reũ:et si confiteatur factum bene quidem.Si neget sup notorio probationes recipiat.Si aũt cõfiteať factũ sed dicit se suo iure fecisse:dicunt quidam cp vltra se intromittere non debet.Alij contradicunt asserentes cp ꝓbationes sup notoria offensa recipiet,ad hoc de elec.ca.bone.Alias facile esset conseruatoꝝ officium deludere.Vnde si videatur cõseruatori ꝓbabilis negatio non ꝑcedat : als puniat sicut notoriũ.Et qa cõseruator non cognoscit nisi de notoriꝯ:nõ poterit recusari sicut nec appellari põt in notoriꝯ. Et dicit Bernard.cp talis conseruator potest inuocare auxiliũ brachij sæcularis.vt de offi.ordi.c.j.Glo.super verbo offendere.hoc intelligi põt de cõmissa & cõmittẽda.Pone ẽ eos paratos ad exercitium & violentiã inferendã illis quoꝝ est ꝓseruator prohibere poterit excõicare & punire. vt de sen.excom.c.sacro.In commissa defendere per districtionem ecclesiasticam compellendo iniuriatores:vt satisfaciãt ipso & sæculare brachium inuocãdo.Glo.sup verbo indaginẽ.

indaginẽ.i.causæ cognitionẽ seu examinationẽ:ga dubia sunt:& si de talib⁹ se intromittat incurrit pœnã.de qua.j. §.ij.Dantur aũt conseruatores solum a papa. & vt pluribus religiosis exemptis circa sua priuilegia.

§. I. DE CONSERVATORIBVS

Conseruatores ergaepiscopos. quo debeãt se modeste habere erga eps̃os ĩ ꝓcessib⁹ contra eos.Alex.iiij.sic ait.Quia pontificalĩ dignitate ꝑditis obreuerẽtiã sacri officij qd' exercẽt plurimũ deferri quenit: & eos plus alijs honorari decet:vt cum a iudicibus vel cõseruatorib⁹ a sede aplica deputatis:contra eos p coactiones alijs siue pœnas fuerit procedendũ: gradus & modestia in hmõi conseruet processus:ita cp eis quadam condigna reuerentia supportatus ingressus primo ipsis ecclesiæ:vl'sacerdotale interdicatur ministerium:ac deinde ab officio suspendant.Et subsequenter aggraueť censura ecclesiastica contra eos nisi forte aliter fieri suaserit nimia contumaciæ proteruitas siue culpa.de offi.deleg.c.ij.li.vj.super verbo.aliter.circa finem.dicit glo.vt scilicet non supportenť tanta modestia:vt ga iniurias & contumeliosa verba profert in iudicem.vt de pœnis.c.dilectus. Sed quid si iudex non seruata forma huius constitutionis statim suspendit eꝑm vel excõicat:aut etiam supiorem epõ: tenet ne sniaꝝ Dic cp sic:licet reprehendendus est iudex qui hanc modestiã non seruauit.xj.q.iij.c.j.Item ſm Inno.si maleficiũ est notorium alijs:& non iudici:oportet cp super hoc quęrat ꝓbationes & testes cogat.ij.q.j.in primis.& de testi.ca. ij. Et ga inotorijs aliquis ordo necessarius est.eẽ de iureiu.ad nostram.Similiter,oportet cp ꝓcedat ad inquisitionem:quãdo factum est notoriũ:& nescit quis fecerit . Item si reus q fuerat condemnatus et excõicatus infra.annum appareat & dicat se velle satisfacere:cognoscet conseruator de quã titate damni & hmõi.

§.II.QVE SPECTANT AD OFFI

ciũ cõseruatoꝝ:& qui possint esse cõseruatores:ponuntur de offi.dele.hac ꝓstitutiõe.li.vj.vbi dicit.Hac constitutio neꝑpetuo valitura sancimus.vt conseruatores qui aliquibus vt a manifestis iniurijs & violentijs tueanť eosdẽ plẽrũq̃a sede apostolica ꝓcedunť de cætero deputari nõ possint:nisi eꝑi vel eoꝝ superiores aut abbates seu dignitates vel ꝑsonatus in cathedralibus vel collegiatis ecclesijs obtinentes.Nullusq̃ deputati sibi ꝓuisatoris esse valeat cõseruator.Nec aliquis regibus & reginis:qui sicut dignitatis altitudine ꝑeminent: sic ꝓgratiua gręe cõuenit eos an referri duntaxat exceptis deinceps conseruatorem habeat eum q sub sua iurisditione dñio vel districtu ecclesiastico vel tpali cõsistat.Conseruatores aũt hmõi extra ciuitates seu dioceses in qbus fuerint deputati:vel alibi cp in ciuitatibus seu locis insignibus vbi possit copia haberi peritorũ cõtra quoscunq̃ ꝓcedere:aut aliquos vltra vnã dietã a fine diocesis eorundem trahere non ꝓsumant.Vices q̃q̃ suas citationib⁹ & sententiarum denũtiatiõib⁹ dũtaxat exceptis : quas per alios valeant exercere nulli committere possint:nisi hoc eis cõpetierit ex bñficio literarũ : sed nec tũc nisi infra ciuitates seu dioceses in quib⁹ deputati fuerunt & psonis tm̃ q̃ superius sunt expressæ.& j. Officiũ autẽ quorũcũq̃ conseruatoꝝ ipso iure quo ad non cæpta negotia ꝓ obitũ cõcedentis volum⁹ expirare.Circa munera vero expensas assessores ac notarios & psonas testimonij causa vocandas:illa ꝓcipimus obseruari in hmõi cõseruatoribus per oĩa q̃ in delegatis iudicibus cõstitutio a nobis super hoc ædicta obseruanda decernit.Quicquid autẽ contra prẽmissa vel eoꝝ aliquid attentari contigerit oĩno decernimus irritum & inane.In ipo etiam.c. ponitur pœna cõseruatoribus qdem vt si de alijs q̃ de manifestis iniurijs & violentijs scienter se intromiserint:seu ad alia q̃ad iudicialem indaginẽ exigũt suã extenderint ptãtem : eoipso p annum sint ab officio suspensi .Et vt dicit ibi Glo.su p ꝟbo officio & beneficio qd' est eius sequela.vt.xxxij.di stin.ꝓæter.& idẽ test si hoc agerẽt ignorãtia crassa vel affectata.Pars aũt q̃ hoc fieri ꝓcuraret sniam excõicationis in Sex differentię inter cõseruato dices als delegatos . Quarum prima est.cp iudex delegatꝰ põt esse canonicus ecclesiæ cathedralis : conseruator non. currit.de qua.j.in titu.de excõi.Ioan.and.ibi in glo.ponit ex ipso tex.sex vel qnq̃ differẽtias inter cõseruatores & iurecusationis: possim ei esse delegatus iudex in alia causa. Sed in cõseruatore secus etiam si nõ opponatur exceptio. Tertia est.ga saluo iure recusationis subditum mihi bene possum ꝓmittere delegatũ:sed nõ conseruatorem. Quarta est.ga delegatus a principe põt causam sibi commissam in totũ vel in partem cõmittere.vt de offi.dele.c.pastoralis,sed nõ cõseruator.licet Guil'.dixerit cõtrarium in Speculo,sed nõ tenet in hoc:cũ textus iste contradicat. Quinta circa pœnam:ga dato cp delegatꝰ se intromitteret de his q̃ non sunt sue iurisditionis:nõ propterea habet locũ pœna in illũ.ga nõ inuenit expressum.Sed conseruator incurrit pœnã. vt patet in textu. Sexta põt poni.ga etsi conseruator haberet ex priuilegio cp posset alteri delegare:non tamen hoc posset nisi ꝑsonis q̃ haberẽt cõditiones supradictas conseruatorum.Sed delegatus põt subdelegare ei cui potuisset delegari. In omnibus alijs predictis sex exceptis æquiparantur conseruatores alijs iudicibus delegatis ſm Ioan.an.in glo.Item nota cp cum sunt plures ꝓseruatores deputati pro vno prælato,monasterio, seu eccl'ia quo ad negotium cæptum post vnum illoꝝ cõseruatoꝝ ꝓpterať iurisditio in alijs conseruatoribus:non obstante morte cõcedentis. Item licet potestas executoris dari ad gratiam nõ pereat re integra mortuo papa.vt eo.ti.c.si sup gratia. Tñ potestas conseruatoris priuilegiorum in quibus continẽť gratiæ bene perit quo ad nõ cæpta morte concedentis: vt patet in textu.Hæc Io,an.Quæ sunt intelligẽda nisi in ipa conceptione conseruatorum exprimeretur cp non obstante morte concedentis durarent ipsi conseruatores dati.qd' credo communiter hodie fieri.

¶De ordinarijs & ꝓtinentibus ad ipsoꝝ officiũ. Ca. V.

DE OFFICIO ORDINARII

Alexãder.iiij.Florẽtino epo. Cũ ab eccl'iarum prælatis ecclesiastica snia in malefactores alios quos ꝓmulgať rata debet & firma consistere: & vsq̃ ad satisfactionem dignissimã inuiolabiliter obseruari &c.de offi.ordi.c.cũ ab eccl'esiarũ.Dicit ibi glo.cp licet ꝑlatus collegiatę eccl'esiæ licet subsit epo: est tñ iudex ordinarius & habet iurisditionem cognoscẽdi & excõicãdi:vt patet in hoc.c.&.xv.q.iiij.c.j.& de iudi.c.decernim⁹. Et dico illũ prælatũ hoc posse facere & habere talẽ iurisditionẽ q̃ electus est a collegio seu ab vniuersitate. Et idẽ intelligo si ꝓficiať vniuersitati vel collegio ab eo q̃ habet administrationẽ cũ iurisditiõe. Vnde & abbas excõicare Abbas excõicat. tñ possunt excõicare cũ illa solennitate qua epi. Et de hac intelligunt illud.c.debent.xj.q.iij.&.xvj.q.ij.visis. Alij vero dicunt cp prelati inferiores eps̃is subditos eius excõicare nõ possunt nisi cõsuetudo q̃ iurisditionẽ dat sit in contrariũ.ſ.cp tales excõicent.Exempti aũt prælati præcipue religiosoꝝ cũ habeant iurisditionẽ quasi epalem in subditos suos vtiq̃ ipsos excõmunicare possunt. De hoc tamen.s. quis possit excõicare habes diffuse in titu.xxiiij.c.lxxv.Io. an.in nouel.sic summat.c.si ordinarius subiectus epo in si bi subditum ferret iustam snιam: eps̃ illã saluari faciat: & eam sine satisfactione & illius conscientia non relaxet.Tamen vt dicit ibi glo. si secus faceret.s.absoluendo talem a iusta sentẽtia:& contra voluntatẽ ordinarij ex quo supior eius est:teneret absolutio.sed male faceret ille eps̃ & conq̃ri posset:sicut fecit ille plæbanus sancti Pancratij ꝑ epm Florentinum in tali casu.vt patet in.d.c. & dicit glo.super ꝟbo in malefactores.cp si sint malefactores eccl'iarum punire eos ꝑlati põt sub quo iudice maluerint. de fo. cõpe.c. cum sit. & vtroq̃ gladio vti cõtra eos si spectat ad eos. vt de sen.excõ.l.c.dilecto,lib.vj.Sup ꝟbo.obseruari,dicit Io. an.cp placet Inno.cp minores iudices ordinarij vel delegati a principe vel a quocũq̃ iudice alio: & etiã subdelegati põt exequi snias p iurisditionẽ quam habent.s.excõicandi:interdicendi:vel similia.arg.de offi.dele.c,significasti. Quãdo vero sunt talia cp nõ possunt facere iudices minores:vel subdelegati: sicut incorporalẽ possessionem mittere:tunc nõ ipsi sed alij exequunť.& sic loquit.ſ. de re iudi.l. a diuo.Et idem de maioribus iudicibus qñ executio faciẽda est eꝑ terminos suę iurisditionis.Sup ꝟbo.clericos vel laicos.Habet ergo plẽbanus nedum curã laicoꝝ: sed etiã clericoꝝ per parochiam suam inhabitantiũ.Host.

Prælat' eccleſig.

Alia opinio.

§.I. DE ORDINARIO IVDICE

Qui sint ordinarij. ad hoc, ff. vj. ff.

quis sit. multa notat sup dicto. c. cū ab ecclesiarū. Ioan. an. ꝑm Inno, & Hosti. Dicit Innocen. ꝙ illi dicūtur ordinarij prælati vel rectores: & habere ordinariā iurisditionē qui ab vniuersitate eligunt in plato & superiorē & cōtumaciā tionē recipiūt. vt in auē. de defen. ci. §. interim. vnde & rector cuiuslibet vniuersitatis est ordinarius. Et q eligit ab his q sunt alicuius ꝓfessionis: negotiationis: vel artis sicut sunt pictores: cerdones: physici: canonistæ: & similes adeo ꝙ tam de publicis causis q̄m de priuatis quas habent occasione societatis socij cogunt inter se rūdere sub tali rectore nulla exceptione obstante. Actores tū non cogūtur eos cōuenire sub eo: immo ipsos conuenire pñt coram iudice sub quo domicilium habēt vt hæc oia ꝓbant. C. de iurisdi. om. iudi. l. fi. Inde est ꝑm Hosti. ꝙ scholares diuersos iudices habēt. est tū in optiōe eorū sub quo respōdeāt: vt de fo. compe. ꝙ clericis. Dicit etiam Inno. ꝙ corpa vel collegia alicuius artis: societatis vel negotiationis licita sunt & approbata a lege. vnde possunt habere in his q̄ ad negotiationem vel ad societatē pertinent arcā cōmunem & syndicū & iudicem sine tū prætudicio dñi sui. si quē habent. ar. C. de iur. om. iudi. l. ti. Et post multa subdit dici posse forte nō male non attendi in collegijs istorum pistorum: cerdonū & hmōi. ꝙ sint de vna ꝓuincia vel de diuersis: vel ꝙ oēs de vna ciuitate sint de vno collegio vel pluribus: sed tm̄ attēdit ꝙ sint tres vel plures q̄ cōueniant: vt vniuersitatem faciant pro iustitia cuiuslibet seruanda. & si in aliq̄ discordāt stādū est maiori parti nisi minor pars rōnabile qd prætendat. Hæc aūt in ciuitatibus potissime q̄ carent iudicibus ꝑm Inno. locum habent: in quibus qñ nō reperit alius est ad eum diocesani tāq̄ ad ordinariū. recurrēdū etiā in rpalib⁹: vt in auē. vt dicte. iud. §. i ciuitatibus. colf. ix. Vñ hæc iura collegiorum seu corpor⁹ vigēt in ciuitatibus præcipue Longobardiæ. q̄ etsi dñm habeāt ipsum tū dñm vt expediret reipublicæ non recognoscūt.

Rex frā cię & bohemiæ.

Sic nec rex Franciæ: vel bohemiæ: vt in. c. p venerabilē. q fi. sint legi. Quicqd aūt scribat hoc putat Hosti. iustum eē ꝙ ciuitates & alia loca q̄ habent dñm ꝑpetuum: non debent dñum aliqd⁹ vl iurisditionem aliquā in sui dñi ꝓiudiciū vsurpare. Et ideo q̄uis ꝓdicta corpa siue collegia sint approbata a iure: & iustū sit ꝙ dñs eis sua priuilegia seruet: si tamē incipiāt suos terminos excedere. & iura iurisditionis sui dñi vsurpare: de iure sunt ꝓ ipm dñm coercendi & refrenādi. ar. xj. q. iij. priuilegium. hoc em̄ expedit reipublicæ vt sit vnus dñs & non plures. Sed verum est ꝙ de facto aliq̄n simul congregati dicunt illud Sap. ij. Sit fortitudo nra lex iniustitię. vñ & dños cōculcant & hoc quātum ad laicos. Quātum aūt ad clericos ptinet: nullus etiam ex electione iurisditionem consequi⁹ nisi primo a superiore ꝓfirmet⁹ vel approbet⁹: vt patet in eo qd⁹ legit de elec. c. nosti. Exceptis quibusdam casib⁹: vt notat de appel. qa nos. Ex quo aūt approbatus vel confirmatus est canonice qs a superiori ad bñficiū cū cura: de iure cōi iurisditionē habet: vt hic. ſ. in. c. cum ecclesia. g. Is aūt qui curam nō habet ꝑ ꝓse quēs nec iurisditionem ordinariā: cū priuat⁹ sit: nisi a principe ordinari⁹ ꝓstituat. vt de resti. in integ. c. cā. Vel nisi sit officialis vel vicarij ordinarij. vt de offi. vica. c. i. vel nisi habeat ex consuetudine: vt de offi. archi. c. fi. Quæ cōsuetudo & priuato canonico in familia sua iurisditionē dat ordinariam: qd⁹ dic vt notat de fo. cōpe. c. cum ꝓtingat. Hoc tñ scias ꝙ mulier vel etiā laicus quantūcūq̄ religiosus nō pōt ecclesiasticā censurā exercere: vt ex de maio. & obe. c. dilecta ꝑm Host. Sed Inn. aliter posuit. Dicit em̄ ꝙ ad hoc ꝙ plat⁹ habeat iurisditionem ordinariā in clericos oportet ꝙ vniuersitas q̄ illum eligit sit clericorū vel religiosorum: vel als idem plat⁹ iurisditionem habeat ab ecclesiastico plato: & ꝙ elect⁹ sit clericus vel religiosus cū al's nec dare nec recipere pñt spūalē iurisditionem. ſ. excōicandi: interdicendi & similiū. Item ꝙ eligat in plat⁹. Nā si eligeret ad aliquā dignitatē in ecclesia: ad primicęriatum: archipresbyteratum: custodiam & hmōi: nō habet ordinariā: nisi cōsuetudo tribuat eis qd⁹ pōt. de excess. prela. ca. q. Princeps aūt eoipso ꝙ cōsentit tacite vel expresse non errans in iure vel in facto ꝙ aliqui faciant collegium: vt qa scribit ex certa sciētia alicui vniuersitati: vel syndicū eor⁹ amittit: videt cōcedere eis ius vniuersitatis: qa vt ordinarium facit. Tacite etiam eo ipso ꝙ dat siue cōmittit alicui aliquā ciuitatē vel castrū vel villā: vt. ff. de offi. ꝓcse. vt. l. i. Idē cū papa dat delegationē in ꝓuincia. de offi. leg. c. ij. lib. vj. vel dat archidiaconum vel aliquid simile. Et idem intelligas si ab alio cōferat vel cōmittatur: qui tñ habeat ptātem. ar. ff. de iudi. l. cum prætor. Et ꝑm Inno. lex dī dare iurisditionem ordinariam. eo ipso ꝙ aliquē ordinariū vocat. Sed & a lege habet dñs iurisditionem ordinariā in vasallos: & arbitri electi a subdito & episcopo suo in eosdē. xj. q. j. c. ſi clericus. Et consilijs præsidentes. de iudi. c. j. Et ꝑsidētes capitulis prouincialibus religiosoꝝ. de statu mo. c. in singulis. & de maio. & obe. c. cum olim.

Lex dī dare iurisditio nem.

§.II. ORDINARII PER MAXIME

dicūtur eꝑi. & hi debent punire crimina & inuocare cum expedit brachium sæculare. Vnde ex synodo Ioānis papę dicitur. Habeant eꝑi singularum vrbium in suis diocesibus liberam potestatem adulteria & scelera inquirere: vlcisci & iudicare ꝑm ꝙ canones censent absq̄ impedimēto alicuius. & cum opus fuerit publicum cōuocent auxilium non ad prejudicādum: sed potius ad ea quæ sunt deo placita prosequendum. de offi. ordi. c. j. Vbi dicit glo. sup verbo inquirere. tunc. ſ. quādo frequēs & clamosa fama est cōtra subditum quæ obtinet vices accusatoris. vt de accu. c. qualiter & quando. Super verbo iudicare. glos. vndecūq̄ sit ille. Præses em̄ prouinciæ debet purgare prouinciā malis hominibus: nec distinguit vndecūq̄ sint. ff. de offi. præsi. preses prouinciæ. & vj. q. iij. placuit. Super verbo canones dicit glos. ꝙ canones dicūt vt eꝑi causas synodales ad eꝑm deferāt. xxxv. q. vj. eꝑs in synodo. In synodo em̄ quā annuatim debet facere eꝑs cum clero diocesis suę debet cōstituere aliquos in diuersis parochijs i ciuitate & extra viros timoratos clericos: & etiam sæculares pōt constituere qui dicuntur testes synodales. Et hi debent referre eꝑo in synodo vel dietim q̄ sciunt emergere in diocesi indigentia correctiōe vel ꝓuisione. Dicit autem ibi gl. ꝙ ad eꝑos pertinet inquirere de hmōi criminib⁹ eccl'iasticis. de adulterijs. de cōsanguinitate inter virum & vxorem. vt. xxxv. q. vj. eꝑs in synodo. Item de hęresi. de hęre. c. excōicamus. De crimine vsurarum: simonia: sacrilegio: & similibus q̄ ꝓprie spectāt ad iudicem ecclesiasticū. Et ꝑ eꝑos dñt puniri & de quocūq̄ mortali peccato. vt de iudi. c. nouit. Item ex eo ꝙ dicit punire ꝑm ꝙ canones cēsent est arg. ꝙ iudex debet iudicare ꝑm allegata & ꝑm canones & leges. & non ꝑm conscientiam. Inducit ad hoc. c. summopere. xj. q. iij. & iij. q. vij. iudicet. & alia iura. Ponit circa hoc duplicem opinionem. Aliqui dicunt cum iudex habet ante se causam quam ꝑm conscientiam suam nouit iniustam: sed ꝑm allegationes & ꝓbationes sufficienter apparet iusta: non debet iudicare seu dare sentētiam: sed alteri delegare. Alij dicunt & melius ꝙ iudicare habet nō ꝑm ꝓscientiam qa hoc esset vt priuata persona: sed ꝑm allegata & probata iudicare habet vt publica persona. Si autē conscientiā deponere non potest q̄uis deberet deponere: nullo modo cōtra conscientiam debet iudicare. De hac tamen materia diffusius. ſ. ti. eo. c. ij. §. vj. glos. sup verbo ad prejudicandum. i. qa ꝑ hoc non acquirit iudex sæcularis inuocat⁹ ius aliquod in prejudicium ecclesię: vt. ſ. in posterum possit talia sua auctoritate attentare: nisi de mandato ecclesię. Inno. aūt aliter exponit illud ad prejudicandum. i. qa si non esset iudex sęcularis inique agi auxilii q̄ denegabit. xj. q. iij. qui resistit. nec est cōtra q. ſ. ē. dictum est de offi. deleg. c. pastoralis: qa ibi loquitur de subditis qui debent exequi sententias maiorum suorum etiam iniustas. hic autem loquitur de potestatibus sęcularibus quę nō sunt subditę sed pares. distin. xcvj. cum ad verum. Idem est in alijs eꝑis: vt si vnus eꝑs ferat sententiam iniustam: alius eꝑs non exequet⁹ si nouit in iustam: qa in bonis tantum debet auxilium ꝓpendere. di. x. c. penul. Et intelligit hoc Inno. quando sine judicio petit iudex ecclesiasticus regem vel alium rectorem aliquē lædi & iniuste. Nam si in iudicio cōdemnatū petat castigari ꝑ regem debet hoc facere: & esset excōicandus si hoc nō faceret. xxiij. q. v. administratores. Nec eius est inquirere an sententia eius sit iusta nec ne. Dicit etiam Innocē. ꝙ si quis clericus vel laicus non paret sententię sui iudicis quem fatetur vel notorium est esse suum iudicem: nec coram superiori appellationem vel supplicationem prosequitur ꝑm eum: nec aliquid rationabile prætendit ꝑm Host. ecclesiasticus iudex poterit censuram suam exercere contra talem. Si vero sit exemptus non valet qd⁹ fit a prælatis cōtra eū

Excōi⁹ qd⁹ dic vt de priuile. c. j. li. vj. Illud aūt certum est ꝙ etiam

cat Rex si sit rex vel etiam imperator: semper post monitionē ca-

& Impe rator.

nonicam excōicabitur ab ordinarijs pro notorijs excessibus: nisi pareat. de iudi. c. nouit. nisi sit nimis seuerus vel iniuriosus. Tunc em̄ papa vicarius summi regis cognoscet etiam de non notorijs per modū accusationis vel denūtiationis ꝑm Inno. Hostiensis allegat de iudiciibus. c. nouit. Glo. super illud publicū cōuocēt auxiliū alter alteri. i. iudex ecclesiasticus sæculari iudici: & ecōuerso. Hęc est differentia: qa iudex sęcularis pōt cogi ꝑ ecclesiasticū ad pēstandum sibi auxiliū: sed nō ecōtra. eo. ti. ad reprimendū. & melius. de iudi. c. qualiter. Nec mirū ꝑm eum cum sęcularis sit inferior eo. Est etiam scda differētia: qa sęcularis nō habet

Differt sæcularis iudex ab ecclesiastico.

examinare ꝓcessum ecclesiastici. Ecclesiasticus vero nūq̄d ad petitionē sæcularis excōicabit⁹: nisi ex causa rōnabili & seruata forma canonica: cui nec per pactū pōt renuntiari. Vñ si excōicandus aliquid voluerit obijcere audiet⁹. xj. q. j. nemo. Et faciunt hæc ad questionem Ioannis de monte Murio: de eꝑo. Qui cum excōicasset prælatū diocesis suæ: qa non recipiebat eum visitantem. Qui tamen qa pri⁹ appellauerat: dicens se exemptū: & in possessione libertatis: & nunq̄ fuisse visitatum excōicationem contenebat. Propter qd⁹ eꝑs inuocabat cōtra eum brachiū sæculare. prælatus ille dicit brachiū nō esse prębendū. Quæritur quid iuris? Multa inducit pro eꝑo & contra eꝑm. Demū soluēdo dicit ꝙ eꝑs in tali casu non potest inuocare brachiū sæculare: nec cōpellere potest ad hoc iudicem sęcularem: nec cōpulsus tenetur obedire: dicens cōtraria iura loqui qñ iudex ecclesiasticus procedit seruato iuris ordine cōtra illos qui de facto non de iure sunt rebelles: vel cum non est appellatum ex iusta causa: vel ille contra quem procedit.

Quid sacere debeat eꝑs.

§.III. ORDINARIVS QVI SCIT

nō vt iudex vel vt homo: sed vt de⁹ subditū esse criminis reū: indeterminate pōt sed nō noiatim eū arguere vel punire iudiciarie vel extrajudiciarie: hoc summatim in. c. ſi sacerdos. de offi. ordi. ꝑm Ioan. an. Qd⁹ dī indeterminate: intelligitur in genere: puta qs fecit hoc vel illud &c. Et dicunt Inno. & Host. ꝙ de iure pōt fieri excōicatio generalis. v. q. j. quidam. Generali tñ admonitione præmissa. de sen. excōi. Romana. lib. vj. non tñ debet ferri etiam generalis excōicatio nisi ex causa rōnabili. Sed incertitudo est rationabilis causa. ff. de rei ven. l. quæ de tora. In ca. cū vos. eo. ti. summatim dicitur: ꝙ si ordinatio differt ex causa vacante ecclesia: eꝑs seu alius prælatus ponet ibi oeconomū vbi Inno. dicit. Secure teneas ꝙ facta præsentatiōe de vno vel plurib⁹: licet longo tpe duretlis inter presentatos: eꝑs nō ordinabit ecclesiam lite pendente: nisi de oeconomo. In. c. ex parte tua. eo. ti. summatim dicitur: ꝙ si ordinario constat ꝙ absolutus a papa suppressit veram excommunicationis causam remittit illū ad papam. Si vero suspitio tantum de hoc est coget eum se exinde purgare. Abbas ponit exemplū: puta qa factum fuit graue: vt qa occidit sacerdotem suū parochialē: nec in literis mandatur fieri satisfactio: vt pœnitētia fieri ꝑ facto tam̄ nequā: vl' qa portauit tales literas eꝑi de qb⁹ in absolutorijs quas pñtat eꝑo nulla fit mentio & hmōi. In. c. significauit. eo. titu. ordinarius propter periculū animæ supplet defidiam vel malitiā de legati. Et dicit Inno. Hosti. Pe. & Abb. ꝙ non solum in causa matrimonij seu diuortij: de qua in. d. c. agitur. sed etiam pro quocūq̄ alio crimine pro quo aliqui fuerint excōicati per qd⁹ verrit periculū aię: & de exēpli pernicie timetur & ex quo posset scandalū suscitari: & periculū est in mora: locū habet ista suppletio facienda ꝑ ordinariū in defectū negligentię delegati: qa vbi est eadē ratio ibi & idē ius. de trāsla. prela. c. ij. Nec ꝑ hoc ꝓturbat: sed iuuatur iurisditio delegati. casum ibi plenius vide. Ordinarius supplet negligentiā abbatis nō reuocātis monachū vagabundum. Vbi Host. dicit. ꝙ licet monachus scurrilitatis & vagationis causa in curijs esse nō debeat: tñ de licētia abbatis pōt esse quotidie in obsequio alicuius principis vel eꝑi: tamē ꝓpter proprium qd⁹ acquirit & alias causas periculosum est ei. Inno. autem dicit hunc ordinem esse seruandum: qd⁹ intelligitur in monasteriis non exemptis. Si negligentes sunt diocesanus & abbas ad reuocandum monachum vagabundum: archiepus primo monebit abbatem ꝙ reuocet monachum talem cū ꝓprio quod tenet. Qd⁹ si abbas negligens fuerit monebit diocesanū archiepiscopus vt supleat negligentiā abbatis & reuocet ipse: qui si negligens sit monebit archiepus monachū ad redeundū & resignan-

Inobedum proprium in manibus abbatis sui. Quod si noluerit dicsmo obedire tūc illum suspēdet: vt hic in isto. c. dicit tamen Honachus sti. cui cōcordat Pe. & Ab. ꝙ si est notoriū ꝙ vix aliter esse suspēdi

posset sublato huius monitionis circuitu: statim potest ar tur. chiepus hoc corrigere: vt de censibus. c. Romana. lib. vj. Sed decens est vt fiat monitio in notorijs. necessarium autē in occultis vt appareat de negligentia prælatorū: quod ap pa rebit per lapsum termini assignati. Dicit etiam Inno. ꝙ in his quæ sunt regulæ magis spectat ad abbatem q̄m ad epi scopū correctio. Vñ in eis debeat magis obedire abbati q̄m eꝑo. dist. viij. quę contra. Corriget g̃ monachum delinquē tē & puniet & tādem eū expellet extra de monasterio ꝑm regulā a superiori approbatā: qa ex quo superior ipsam regulam approbauit: videtur ei cōcessisse ꝙ exequatur ea q̄ in regula cōtinentur. Et si abbas ad hoc nō sit sufficiens imploret auxilium eꝑi. xviij. q. ij. abbates. In. c. ad reprimendam. eo tit. summatim dī. ab vno eꝑo excōicatus: ab alio est vitandus. Et archiepus per querelam audiens nō absoluet: nisi primo remittat: vbi dicit Io. an. in nouel. Cognoscit ergo archiepus de iniusta excōicatione qua subditus cō queritur de eꝑo excōicāte cuius eꝑi archiepus est iudex. Cognoscens aūt si viderit ꝙ iuste remittet eum ad excōicatorem ad mandata eius seruanda. Si iniuste, sic non remittet. Idem in delegato cui committitur est ꝙ absoluat: iuncta clausula ꝙ audiat & diffiniat: & si quid residuū fuerat quę stionis. Sed quid si eꝑs petat per archiepm subditum sum distringi ad mandata sua seruanda vel puniri: quia cōtemnit excōicationem per se latam in ipsum? Respondeo. Nō habet se eꝑs de hoc intromittere: quia non est ordinarius subditi: sed debet adiri ad clericos arbitros. xj. q. j. si clericꝰ. contra cle. In. c duo simul. eo ti. summatim habetur: ꝙ patriarcha non cognoscit de causis subditorum archiepiscoporum vel eꝑorum suorum: nisi de priuilegio vel consuetudine præscripta vel appellationis remedio. In. c. ꝙ sedē. habetur in summa ꝙ archiepus impeditus consecrationem suffraganei cōmittere potest. Vbi glo. non impeditus non cōmittet: quod verum est dicit Hostien. de honestare non de necessitate. Nam cum a iure hoc habeat: hoc etiam non impeditus cōmittere potest. In. c. pastoralis. eo. ti. summatim habetur, archiepus causam ad se per appellationem delatam subdito suffraganei sui committere potest: sed ad sciendum non potest compellere. Item mortuo delegato papę qui excommunicauit reum vel actorem in possessionē induxit: si eius successor in delegatione succedit absoluere & possessionem restituere potest. Als solus papa restituet & absoluet: præterq̄ in mortis articulo. quod dicitur: quia in mortis articulo omnis etiam simplex sacerdos potest absoluere ab omni excōicatione. Ne tamē curat annalis præscriptio reus coram ordinario vel publicis personis: scilicet in dignitate cōstitutis vel tabellionibus: de stādo iuri prębeat cautionem. Vbi glossa ponit ꝙ q̄uis archiepus habeat iurisditionem archiepalem in tota prouincia: nō tamen episcopalem. Nec sequitur ꝙ si archiepus sit iudex ꝓuinciæ: ergo & cuilibet de prouincia. hoc patet in episcopo qui est ordinarius diocesis: nō tamen exēpto rum suę diocesis. Et licet etiam eꝑs in subditos habeat iurisditionem: non tamen habet in aliquē iurisditionis exercitium, vt est videre in eo qui est bonus & bene viuit: qui nec conuenit nec conuenitur: nec correctione eget. dist. xxij. de cōstantinopolitana. Si archiepus per totam prouinciam iurisditionem habet sed nō exercitiū: nisi in casibus quos ibi notat glo. de quibus habes. j. in tit. de eꝑis & ar- ti. xx. c. chiepis. Et q̄uis aliqui dicāt ꝙ si archiepus excommunicat ij. §. xj. subditū suffraganei: sententia teneat: licet ille sit puniend⁹ Inno. tamen tenet cōtrarium. vt. q. iij. scitote. Nō potest ergo soluere vel ligare subditos suffraganeorū suorū: nisi in illis casibus notatis in glo. Dicit etiā Ioan. an. hic ꝙ saluo iure speciali de iure cōi in iurisditione eꝑi & prælati sibi subiecti locus est pręuentioni: nec mirū qa & iurisditio papę prævenit⁹ per inferiorē ordinariū. de appel. c. vt debit⁹. ergo & iurisditio eꝑi per suū inferiorem ordinariū. De iu-

re speciali ideo dixi: qa fateor iferiori ꝑlato de priuilegio vel cõsuetudine posse cõpetere: ꝙ prius debeat esse causa corã ipso. Et in his tunc non posset per eꝑm prꝙueniri. hoc probatur de foro cõpe. c. cum contingat, alꝫ quꝫ primo ciauit: eꝑs vel inferior ordinarius ille procedet: ꝙ si ambo simul citarent: ita ꝙ non apparet quis primo: puto ꝙ corã eꝑo debeat esse iudiciũ. ar. in. c. fi. a lede. de præben. lib. vj. Quærit etiã glo. quid si quis est excõicatus & habet transfretare: vel est in loco obsesso: vt nõ possit pro absolutiõe accedere ad eũ ad quẽ de iure ꝓspectat ordinariũ vel papam vtrũ possit absolui a laico: cum. s. ibi nõ sit sacerdos. Et de transfretante tenet ꝙ non: immo nec a sacerdote nisi esset in ꝑiculo naufragij: & tũc sacerdos ab omni vinculo absoluit: etiam papę reseruato. Sed si euadit oportet ꝙ recurrat ad eum ad quẽ ꝓspectabat de iure absolutio. A laico absolui nõ põt: qa non habet claues nec ordines nec iurisdictionem. De obsesso vbi periculum mortis idem dicendũ: & idem de intrante bellum vel in bello existente: si tũ iustum est bellum ex parte illa. Nam alꝫ siue obediens: siue obsessus: siue bellans iniuste: absolui nõ potest: nec ab excõicatione nec a peccatis: nisi forte vulneratus ostenderet contritionem de eo proponẽs abstinere a tali bello si euadat. In nouella etiam quæritur: quid de muliere prægnãte an possit ab ordinario cum appropinquat ad partum excommunicata. Ꝙa specie quę ꝓspectat ad papã. s. absolutio eius: nec permittitur ordinario ꝓpter sexũ: nec obsterc, c. mulieres. de sentẽ. excõi. Rñ. distinguendũ de conditione mulieris: qa si habuit alios filios: & facile ꝑperit non est absoluenda: nisi aliud periculũ immineat. Si aũt alios non ꝑperit: & multum timet partũ: & forte debilis est potest absolui. Concludit tamẽ ꝙ etiã in primo casu: qa & tales moriuntur: ideo ꝓium est absoluere: qa si euadunt reincidunt nisi satisfaciant ad mandatũ papæ: vt de sentẽ. excõ. c. nos qui. lib. vj. In. c. licet. summatim dicitur: ꝙ papa ꝑ rescriptum quo monet ordinariũ suũ officiũ exequi nõ facit eũ delegatũ: & ideo tunc ab eo ad proximũ superiorẽ poterit appellari. vt dicit Io. an. in nouel. ꝙ per hoc cognoscitur ꝙ papa per rescriptũ suũ non solũ monet ordinarium suum exequi officiũ suũ: sed etiã delegatũ facit: puta si in literis dicat, autoritate nostra. Et hoc planũ est, de rescrip. c. cum aliquibus. lib. vj. Vel si dicatur. Cõmittimus. Delegamus vel simile. Item si dicatur vel apponatur aliquid vltra formã iuris. vt in literis de simplici iustitia scribaꝫ. appel. re. Vbi alꝫ de iure remota non est. Inno. & Ab. Notat etiam Inno. ꝙ si papa scribit ordinario ꝙ audiat generaliter causas aliquorum subditorũ suorum nõ ponendo aliqd de supradictis: procedit vt ordinarius nõ vt delegatus. In ca. irrefragabili. summatim dicit. prælati subditos corrigũt & reformant appellatione vel cõsuetudine non obstante: si tñ capiẽ canonicorum excessus corrigere cõsueuit: nisi ꝫ faciat infra terminũ ab eꝑo ꝓfixum: eꝑs corriget. Itẽ si canonici sine manifesta & rationabili causa maxime in cõtemptũ eꝑi cessant a diuinis: eꝑs cessationem nõ seruabit. & metropolitan⁹ de hoc vice papæ cognoscet. Et dicit Hosti. ꝙ prælatus visitans & inquirẽs si videt pœnã pecuniariam magis timeri ꝙ spiritalem bene potest illã imponere debet tñ in pias causas illam cõuertere: non imbursare ne videatur ad quæstum id facere: nisi forsan egeret. Nam & multę quas infligit iudex ſcularis ei qui venit cõtra ꝓceptum suum acquiruntur fisco: tñ illæ quæ imponuntur pro facinoribus iam commissis sunt publicis operibus de putandæ sicut in refectione viarũ: & pontium: & his similia. Dicit tñ ꝙ de facto sibi applicant has & illas. In. c. quoniam. eo. ti. summatim dicitur: ꝙ ciuitas habẽs populum diuersæ linguæ non per hoc habebit plures eꝑos: sed eꝑs ꝑm diuersitatem linguarum prouidebit viros idoneos q officient: celebrent & sacramenta ministrent. Poterit etiã statuere eꝑs illius loci sibi vicarium. pro exẽplo ponitur: vt si ibi essent Græci & Latini: vel citramontani vel vltramontani: & hmõi: vt dicit de ciuitate Tridentina. & ciuitate Litij. Nec intendit dicere ꝙ eꝑs faciat eꝑm in ipsa sua dioceſi: sed ꝙ vicariũ faciat qui sit eꝑs: alꝫ si non esset eꝑs non posset ordinare: chrismare: & alia hmõi facere. Et putat Host. ꝙ eꝑs Græcus etiam extra quatuor ꝛpa posset ordines maiores conferre: ga ritus iste adhuc non est quo ad Græcos reprobatus expresse: de quo remittit ad. c. ꝙ ꝛpa translationem. de temporibus ordinandorum.

§. IIII. DE PREDICATORIBVS ET

De ꝑdicatorib⁹ & cõfessoribus ordinandis

DE PVRGATIONE CANOnica.No.q̄ triplex est purgatio : vna est mosai ca:scd'a est vulgaris & diabolica:tertia canonica. De prima habetur Numeri.v.c. vbi vir habens suspectam vxorem de adulterio:indicebat ei purgationē per certū modū ibi declaratū.& habet ēt.ij.q.iij.cōsuluisti.§.hoc autem.Et dicit ibi Nicolaus de Lyra q̄ talis purgatio tpe veteris testamenti non erat illicita: qa ibi fiebat diuinū miraculū:qa si mulier fuisset innocens si prius erat sterilis efficiebatur fœcunda : si rea læguebat vel moriebatur.diuinū aūt miraculū nō fit ad confirmationem illicitoꝝ. Hodie aūt sicut & alia cærimonialia seruare ꝑm literam esset iudaizare:& sic mortale. Mystice autem desi gnat aliam suspectam de hæresi:vt pulchre exponit Archidia.i rosario sup dicto.§. Purgatio vulgaris fit p tactum ferri candentis:vel potū aquę benedictis:vel p fusceptionē duelli ad ꝓbandū innocētiā suā & hęc qa fabricāte diabolo inuenta est:ꝓhibita ē.ij.q.iij.cōsuluisti.&.c. Monomachiā. Est em̄ hoc contra illud præceptū. Non tentabis dominum deum tuum.Matthęi.iiij. De vitio tentandi deum habes in.ij. parte titu.iij.c.x. Tertia purgatio est canonica & licita.Et de hac nūc agit. Hæc indicitur cum deficiente accusatore reus laborat infamia als nō.vt.vj.q.v.ꝙ autē. Fama autē orta a detractoribus vel malis non inducit purgationem.xj.q.iij.In cūctis.nec etiam orta ab inimicis. extra de purga,cano,ca.penul.sed sola illa quæ exprobabili ꝓlumptione orta est,Ité cum fit inquisitio de crimine si testes p quos fit inquisitio ſemiplene ꝓbant:tūc indicitur purgatio.extra de purga.cano.inter ſolicitudinē. Sed si p dicta testiū nulla est suspitio cōtra eū non onerāt dus purgatus.ij.q.iij.presbyter. Io.in gl.Facienda est autē ista purgatio si est infamatus apud ppm:purgabit se in publico:si apud clerū etiam coram clero.etiam in vtroq̄ casu coram iudice,ij.q.iij.omnibus. Q̄d' si nō fuerit facta coram iudice:vel si fuerit vulgaris:etiā si reus fuerit absolutus tenebitur nihilominus iterū canonice se purgare.eō de purga,cano.c.ex tuarum. Cum quot autē debeat se q̄s purgare.dicit.Ray. q̄ numerus purgatorum taxabit⁹ ad arbitriū iudicis boni:q̄nq̄ em̄ maior numerus: & q̄nq̄ minor taxandus est ꝑm q̄ magis vel minus infamia vel crimen sunt grauia.ij.q.iij. presbyter.&.c. omnibus. Vnde Innocen. indixit.purgationē cuidā decano.cū.xiij. sui ordinis. extra de purga.cano. inter ſolicitudinē.& cuidam epō indixit purgationem cum duobus abbatibus tantum. extra de purgatione canonica.cum in iuuenture. Debent autem esse compurgatores eiusdem ordinis siue dignitatis si possunt haberi.vt in.d.c.inter ſolicitudinem.als puta:qa illi sunt inimici cum alijs inferioris ordinis : vel etiam cum laicis potest se quis purgare.ij.q. v.si legitimi. Debent tamen esse viri catholici & qui conuersationem eius & vitam etiam transacto tempore nouerint.vt in.d.c.inter ſolicitudinem.etiam cum mulieribus religiosis & honestis potest se quis purgare,xxviij.q.ij.in decima. Forma autem præstandi iuramenti in purgatione talis est. Ego. N. iuro q̄ non feci tale quid per me:nec mandaui : nec consilium: nec fauorem:nec autoritatem dedi.dist.l.si quis viduam, ij.q.iij.auditum. Potest etiam addi.nec ratum habui q̄ nomine meo factum fuerit.de resti.spolia.cum ad sedē. Com purgatores vero iurabunt sic. Iuramus q̄ credimus verum esse illud quod ipse iurauit. extra eod.c. quoties. Vel breuius. Infamatus iurabit se immunē a crimine de quo infamat. Et cōpurgatores iurabūt se credere verū illū iurasse. Si aūt infamatus deficiat in purgatione puniet tāc̄ conuictus.extra de accusa.c.cū.p.& extra de simo.c.de hoc. Si ꝙo purgationē rite ꝑfecerit iudex sine mora & difficultate debet suspensionē si forte facta fuerit relaxare : & eum ab infamia criminis absoluere.extra de purga.cano.c.ex tua. Casus duo. rum. Sunt aūt duo casus in quibus non debet recipi purgatio ab infamato cū eā offert. Primus est cū crimen est notoriū. Alius est q̄n est accusator & offert probationē.extra de purga,cano.c.ij. Itē purgatio illa qua datur corpus Christi ad probationem non est faciēda. Vnde illud.c.ij.q.iij. sæpe est abrogatum.vt dicit Tho.in.iiij.dist.ix,ar. vlti.q. ij.& iij.par.q.lxxx.arti.vj.in respon.ad vlti.

¶De testibus & examinatione eorum. Cap̄.XI.

QVIA IN INQVISITIONE accusatione & denūtiatiōe & purgatiōe admittunt testes io nūc de testib⁹ agēdū ē. Et prio de ipsis quātū ad numerū. Vbi sciendū ꝙ regulariter requiruntꝫ duo testes & sufficiunt. Matthe.xviij. In ore duoꝝ vel trium.iiij.q.iij.§.itē i criminali. Licet aūt cōiter nō sufficiat vnus testis: in quibusdā tn casibus statur testimonio vnius. Et in primo i his in quibus nō fit alteri præiudiciū: puta cū dubitat de aliquo an sit baptizatus: an ecclesia sit ꝓsecrata: an aligs petierit cōfessorē & hmōi. de cōse.dist.iiij.paruuli. Secūdo cū hoc est de cōsensu partiū vt vnius stetur testimonio cum & testimonio aduersarij stari possit. Itē cū quæritur: an aliquis sit emendatus de crimine stat testimonio sacerdotis. extra eo.testimoniū. Itē i correctiōe fraterna sup̄ ꝑsona charitatiua correctione.extra eo. in omni. Item licet vnus testis non faciat probationē: facit tn̄ præsumptionē. extra de suc.ab intest.c.cū dilect⁹. Itē nullius quātūcūqꝫ exercitatæ ꝑsonæ cōfessiōi fides est adhibēda. ff.in iudicio: nisi cōperētes probationes habeat. vt vj.q.ij.p totū. Nec etiā ep̄o soli creditur. vt in.c.placuit. In

Vn⁹ testis sufficit.

Quotte stes requruntur.

Quotte stes requruntur. aliquibus tn̄ requiruntur plures ꝙ duo. Nā in testamentis requiruntur septē: in legatis tamē ad pias causas duo sufficiunt. Itē in donatione causa mortis requiruntur quinqꝫ testes. C. de do.cau.mor.l.fi. Itē in codicillis quinqꝫ. C. de codicillis.l.fi. Itē requiruntꝫ quinqꝫ qñ debitor vult ꝓbare solu tū debitū qd̄ in scriptis fuit factū. C.eo.l.restituti. Itē requiruntꝫ quatuor cū dank ad reprobādū instrumēta. argu. extra de fide instru.c.cū Ioannes. Itē tres in deposita pecunia. in auc.de fide instru.§.si quis igit. Itē cōtra quasdā personas requiritur maior numerus testiū. Dicit enim.ij.q.v. presul nō dānek nisi.lxxij. testib⁹. presbyter cardinalis nisi.lxxiiij. diacon⁹ cardinalis nisi.xxvij. subdiacon⁹: acholytus: exorcista: lector & ostiarius nisi.vij. Sed hoc habet locū i ep̄is & aliis clericis Romanæ eccl̄iæ pp eius dignitatem. & hoc triplici rōne quam ponit Tho.ij.ij.q.lxx.arti.ij. ibi vide. Sed q̄rit gl.super.d.c.presul. nūquid cōtra papā testes sint duplicandi? & rndet ꝙ nō: sed duo sufficiūt. & in hoc ē deterioris cōditionis ipse. Alij quicūqꝫ etiam ep̄i duorū testimonio possunt condēnari.ij.q.v.per totum.

§.I.QVIS POSSIT ESSE TESTIS

Condiciões testium.

& principaliter quid ē requiruntꝫ in testibus cōditiōes quę in his ꝑsibus cōtinent. Cōditio: sex⁹: ætas: discretio: fama. Et fortuna: fides: in testib⁹ ista requires. Primo ergo requiritꝫ cōditio scilicet vt nō sit seru⁹: qa nō recipit ad testimoniū. C.e.l.qm̄ liberi. Nā seru⁹ metu dominātis testimoniū supprimit ꝓ vtatis. extra de ver.sig.c.for⁹. §.testes.iiij.q.iij. §.in criminali.iij.q.v. accusatores. Fallit tn̄ hoc cū de facto serui quæritur: nō tn̄ ꝓ dño cōtra dñm: vt iā dicto. §. itē i criminali. ver. itē serui. Sed o requiritꝫ sexus: qa fœmina non admittit ad testimoniū i causa criminali. xxxiij.q.v.c.mulierē: nisi cū de crimine ciuiliter agitur: tūc em̄ admittūtur etiā ꝙ clericos. extra eo.c.qm̄. &.c.tā literis. In ciuilibus aūt admittunt. xv.q.iij.§. ecōtrario. Nō admittūtur etiā in testamentis. vt in.§ti. de testa. §. testis. Tertio requiritur ætas: nā in ciuilibus nō admittit minor. xiiij. annis. iiij.q.iij.c.j. In criminalib⁹ vero nō minor. xx. annis: vt ibidē dr.§. itē in criminali. versi. itē in testimoniū. Quarto requirit discretio. qa nō admittit ad testimoniū furiosus siue mēte captus: sicut nec ad iudicādū. iij.q.vij.§. tria. qa nō est cōpos mētis. ff. qui testa. fa. pos. l. qui est testimonio. §. nec furiosus. Quinto requirit fortuna. f. an locuplex vel egenus: vt lucri causa faciat hoc: sed hoc iudici considerādū est. iiij.q.iij. §. testis. versi. testimoniū. Sexto requiritur fides: qa infidelis cōtra fidelē nō admittit. ij.q.vij. si hæreticus. xxiij.q.iiij. ipsa pietas. Septimo requirit fama: nā infames a testimonio repelluntꝫ. extra de testi.c. ꝑterea. nec ꝓdest pnia: qa licet ꝑ pniam alias saluare possim⁹: ifamia tn̄ nō possumus abolere. ij.q.iij. euphemiū. §. hinc colligit. nā & act⁹ legitimi sunt ifamib⁹ iterdicti. extra eo. licet. ex quadā gl. ibidē. & hoc itellige nisi pri⁹ fuerit integre restitut⁹. iiij.q.iij.§. itē in criminali. ver. itē. l. iulia. ij.q.iij.§. prævaricatorē. i fi. Itē adeo debet testis eē sine oī ifamia: ꝙ etsi grauata fuerit ei⁹ opinio ad testimoniū admitti nō debet. extra de exce.c.de ni ꝙ. &.ij.q.vij. testes. & ꝑcipue i criminali cā. extra eo. testimoniū. Itē debet eē sine crimine. Nā criminosus repellitur ab oi testimonio ꝙdiu in crimine ꝑseuerat. Si vo sit emendatus nō repellit in causa ciuili: sed criminali talis repellitur si de crimine prius fuerat cōuictus vl cōfessus: vel nūc per exceptionē cōuincat: vel grauata est eius opinio, ꝑ eo ꝙ aliqn̄ sic fuit repulsus: als vo ꝙ emendatus est recipitur: etiā in criminali. Hęc oia in. d.c. testimoniū. Hęc ergo sunt principalia in testibus cōsiderāda ꝙ hic statim sequuntur. In

Primū videlicet vtrū sit inimicus eius cōtra quē dat testi monioni: vel amicus eius ꝓ quo testificatur. iiij.q.iij. testes. ver. ideoqꝫ in ꝑsona. Itē obscuri & ignoti nō admittuntur: vel solū admittunt cū cōmūtis vel verberib⁹. vt in aut.c.l. sancimus. Itē executores negotiorū: vt ꝓcuratores qui in ipa cā fuerūt actores vel rūsales. extra eo.c. insuper. Immo etiā ꝓsunt ꝓcurator vel aduocat⁹ in priori iudicio: nō recipit in testem in cā appellationis. extra eo. Romana. lib. vj. Vtrū qs possit admitti ad testimoniū in causa sua? Rndeo ꝙ nō: nec principaliter nec secūdario. C.e.l.oibus. Vñ vendit or in causa rei vēditæ nō admittit pro emptore: qa causa propria vēditionis eē videt: nec debitor in causa pignoris ꝓ creditore. ff. de appel. l. ab executore. §. alio cōdēnato. Fallit hoc in legatarijs qui fuerūt testimoniū in causa testamenti cū agit de hæreditate nō de legatis & fideicōmissis: bñ tn̄ ꝑt scribi & esse testes in eodē testamento in quo eis aliqd legatū est. C. de testa. l. dictantibus. Itē fallit in collegijs & corporibus in qbus singulares eos⁹ ꝑsonæ ꝑ cā vniuersitatis ferre ꝑt testimoniū. xiij.q.ij. sup̄ prudētia. extra eo. in sup̄. &.c.cū nūtius. Et hoc ideo: qa causę vniuersitatis nō sunt singulos: etsi cōmodū cōtingat singulos. vt. xij.q.ij.c. qui manumittit. Et itellige nisi fuerint actores vel rēspōsales in ipsa causa. vt. ē. dictū est. Vtrū in causa cōmuni duoꝝ alter admitti debeat ad testimoniū? Respōdeo ꝙ nō: qa causa cōis duoꝝ vtrusq; est. argu. ff. de ritu nup. l. illud. & idē in socio criminis & ꝑticipe. iiij.q.ij.§. itē i criminali. ver. itē liberi. extra eo. qm̄. Nā illud est spāle i causa denūtiationis. Vel ibi admittunt socij criminis ad præsumptionē. extra de adul. c. significasti. Creditur etiā socijs criminis in exceptis: vt i crimine læsæ maiestatis & hmōi. Ixxix. di. si qs papa viuēte. vj.q.j. quæro ergo. §. si qs militibus. xv.q.iij. nemini. extra de ꝓfessis. c.i. Vtrū parētes vl liberi possint ꝓ vel cōtra se testimoniū ferre? Rndeo gñaliter ꝑ rectā lineā ascēdētes & descēdētes pro & cōtra se idonei testes nō sunt. iiij.q.iij.§. itē in criminali. ver. itē testes. ff. eo.l. testis. idē est de matre. Sed tamē ambo parētes in cā admittunt ꝓ filio: scilicet cū quærit de ærate vel natiuitate. extra qui fi. sint legi. transmisse. &.c.ꝓ tuas. Itē vbi agit de impedimēto matrimonij ratione consanguinitatis vel affinitatis. extra eo.qm̄. Si agit an matrimoniū sit contractū vel nō: tūc mater suspecta ē si vir sit superior. extra eo. series. quem casum habes. ē. in. j. tit. huius de matrimonio. Sunt & quædā personæ q̄ aduersus cōīctos suos testimoniū dicere nō cogunt: vt aduersus socerum: generū: vitricū: ꝓignū: sobrinū: sobrinā sobrino natā: eosq; q i priori gradu sunt. Itē aduersus patronā & liberos eius. §. itē in criminali. & aliæ etiā personæ quæ ibidē cōputātur; quę generaliter a ferēdo testimoniū sunt exemptæ. Vtrum testes produci possunt de domo actoris? Respondeo: nec i domo actoris nec accusatoris nec in causa ciuili nec criminali testes produci debēt: quia eoꝝ testimoniū suspectū est. iij.q.v. per totum. iiij.q.iij.§. item in criminali. ver. item & in iure ciuili. Oēs autē prædicti qui repellendi sunt debent admitti: si is cōtra quē producunt eorū testimonio in alio iudicio vsus fuerit: nisi inimicitias postmodum exortas docuerit: vel aliquid aliud legitimū post emergēs seu correctionē: vt in ꝑdicto. §. itē in criminali. ver. itē si qs testib⁹. &.C. eo.l. si quis testibus. Nota ꝙ sacerdos non debet esse testis in instrumentis confectis totaliter inter sæculares. xiij.q.ij.ꝗꝗ. Hoc intellige de honestate non de necessitate. Et nota ꝙ testis qui scienter se subscribit alicui negotio præiudicat se ibi: ita ꝙ cōtra id non pōt postea reclamare: quia approbasse præsumitur. Secus si subscribat se nomine alieno: quia per hoc intelligitur cōsentire. extra de his quæ fi. a præla. c. quanto. Item nota tres tn̄ productiones testiū fieri in causis ecclesiasticis vel ciuilib⁹: sed nō quarta nisi iuret ꝙ non didicerit testificata. Quinta nullo modo conceditur extra eo. in causis. Et hoc intelligas nisi alii quis testium in primis productionibus impeditus fuisset. Nam probato impedimēto sine aliquo sacramēto dabit alia dilatio etiā centesima ꝑm Innoc. Et sic intellige extra eo.c. vltra tertiam. Item nota ꝑm Gof. ꝙ quatuor sunt quę tollunt copiam probādi per testes scilicet publicario atte stationū. extra eo. de testibus. Itē renūtiatio siue cōclusio. extra eo. fraternitatis. Item quarta probatio vt iam dictū est. Item numerus testiū effrænatus. extra eo. cum causam. Et nota ꝙ nulli quātęcumqꝫ religionis fuerit creditur. f. in causis nisi iurauerit. extra eo. nup. pōt tn̄ remitti iuramētū de cōsensu partium. extra eo. tuis. nisi in cā matrimoniali quia nec confessioni coniugū statur. extra de eo qui cognōsang. vxo. c. sup̄ eo. & iurabūt tactis sacrosctis euāgelijs nisi sit ep̄s qui iurabit solū, ꝓpp̄stis euāgelijs. extra de iura. calū. c. fi. Hoc aūt iurabit testis. f. ꝙ dicet totam veritatē quam nouit de illa re. iij.q.ix. pura. Item additur de consuetudine quorundam ꝙ nulli pandet testimoniū & hoc bene. iij.q.iij.§. item in criminali. Item ꝙ dicet puram veritatem. nulla falsitate adiecta. iiij.q.iij. nullus. Cum testis de facto non est certus quomodo debeat iurare. Item quando quis teneatur ad testimoniū ferendū. Itē quando liceat ferre testimoniū de his quę in secreto sibi sunt commissa. Itē ꝙ pro hoc non licet recipere pecuniā. habes de his oībus in. ij. parte. ti. x. de iuramēto. Cum procedit per inquisitionem vel per accusationem. habes. ē. in suis capitulis.

§.II.DE DISCORDIA TESTIVM

Cōditio nes con cordan tiæ testium.

qñ infirmat testimonium & qñ non. Nota ꝑm Guil. testes debēt cōcordare in circūstātijs quæ i hoc versū continent: Res: persona: locus: gradus: hæc sunt consona tp̄s. Res: qa si vnus dicit de vna re vel de vno facto: alius de alio: testimonia sunt singularia. extra de proba. c. licet. Persona: nā si de diuersis personis loquantur: singularia sunt testimonia. extra de rescri. Rodulphus. Et dicit Host. ꝙ si ponerentur certę locutiones nō obesset error noīs. Locus etiā reddit testimoniū inefficax: vt patet in exēplo Danielis i causa Susannæ. Dañ. xiij. Gradus: qa si in quęstione matrimonij testes deponant diuersos gradus consanguinitatis vel affinitatis nō valet testimoniū. xxxv.q. vj. de parētela. Tēpus nisi vnū dictū includat in altero: vt si vnus dicat diē: alius horā eiusdē diei: vel nisi factum sit dubitabile. Sicut em̄ euāgelistæ cōcordāt: quoꝝ vnus dicit. f. Marchus christū crucifixū hora tertia. Lucas vo hora sexta. Tho. vo. ij. ij.q.lxx. dicit: ꝙ discordia testiū in aliquibus principalib⁹ circūstātijs quæ variāt substātiā facti: puta in loco: i tēpore vel in ꝑsona: de quibus agit: aufert efficaciā testimonij: sed discordia in aliquibus nō ptinētibus ad substātiā facti puta ꝙ tēpus tunc fuerit serenum vel nebulosum: vel domus picta vel nō picta & hmōi: talia nō ꝓiudicāt testimonio: qa circa talia nō cōsueuerūt hoies solicitari: vñ facile a memoria elabuntur. Quinimmo discordia in talibus facit testimoniū credibilius: vt Chryꝰ. dicit sup̄ Mat. quia si cōcordarent in omnibus etiā minimis viderent ex condicto eorūdem sermonem proferre: qd̄ tamē prudētiæ iudicis relinquit discernendū. Et vt plene pateat materia huius: quia non solū in forēsi iudicio: sed etiā i capitulis religiosoꝝ est necessaria. Sciendū ꝙ vbi testes diuersa dicāt: si vnus testis expresse contradicit sibi ꝓpsi nō valet testimonium, de proba. c. licet. Si autem in parte falsus testis inueniatur: in nullo creditur sicut sibi in sacramētis: nisi hoc faciat incontinēti corrigēdo se. extra de testi. cogen. c. ꝑterea. Idem Hosti. sed addit. viderur tamen ꝙ si in vno dicat verum in alio falsum: valet saltem quantum ad illā, partē in qua verum dicit. arg. dist. xxxvij. turbat. &.c. si quid. Si vero vnus testis contradicit pluribus non obstat eius contrarietas: quia vnus testis nec iusti ficat nec cōdēnat: nisi contradicat pluribus cū quibus ipse scriptus est in aliquo instrumento. Si aūt plures testes contradicūt pluribus testibus: siue oēs sint producti ex eadē parte: siue ex oppositis partibus: iudex si poterit cōcordabit testimoniaꝝ contrarietatē. Sicut Augu. cōcordat dicta euāgeliorū extra eo. cū tu. Si nō potest testimoniū concordare: testimonium plurium prævalebit: nisi ex altera parte sit tanta dignitas personarū ꝙ merito debeat præiudicare numero: vel nisi pauciores dicēt veriſimiliora & aptiora negotio: vl ꝙ ꝑ pauciores plura probētur cę ꝑ plures: vt si plures testes probant me possedisse rem. xl. annis pauciores probant posse dissę ꝑ. l. annos: & vltra hoc titulū possidēdi: tūc prævalet testimoniū paucoꝝ. extra eo. in nra. Sed si ad ꝓbādū dicta priorū testiū inducant secūdi testes: oportet istos secūdos plures eē & lōge melioris famæ cū sint primi: quia post publicationē attestationū magis præsumit de subornatu testiū ꝙ ante. extra de ꝓba. c. licet: Si vo testes sunt pares ex omni parte in numero & dignitate: tūc sententia fertur pro reo. extra de ꝓba. c. ex literis, nisi in matrimonio & in cā libertatis & in testamēto & ꝑ dote. extra de sen. & re iudi. c. fi. Si autē neuter possideret rē: sed vterq; eā exigit ab aliquo extraneo: & testes vt dictum est sunt pares: diuidatur res sit pōt: sicut fecit Salomon inter meretrices, extra de prę sum. c. afferte. iij. Reg. iij. Si nō potest diuidi: potest iudex gratificari & dare cui vult. arg. extra de paro. c. j. Si aūt testes contradicūt in instrumēto semper testes prævalēt: nisi in his quę melius probant per instrumentum ꝙ per testes: vt sententia lata & arbitriū & cōmissio facta iudicibus. Et nisi in inuctario publice confecto: cōtra illud enim nō admittunt testes: & nisi in instrumēto in quo mulier confitetur se recepisse pecuniam ꝑ inter cessiōe fideiussoris: tūc em̄ oīno credendum est in strumento. Oportet aūt ꝙ ad minus per quatuor testes instrumētū reprobet: qa instrumētū obtinet vicē duoꝝ testium: & tabellio eqpollet vel ē maior vno teste. Hæc sumpta sunt de summa ꝓfes. lib. ij. ti. v. q. clxxxvj. Et originaliter habētur in glo. iiij.q.iij. testes. & ꝓ tota illa causam de testib⁹ agit. Itē notādū ꝙ cū testis primo extra iudiciū dicit vnū & i iudicio dicit oppositū: ꝑm Bar. debet puniri de falso: qa stat primo dicto eius per. l. eos. C. de fal. cau. Sed Bal. hoc asserit esse falsum ꝑ glo. f. in. c. cū cām. extra de testi. ꝙ ēt tenet Ioā. an. in mercur. in regula. nō est. de re iudi. li. vj. vbi dicit ꝙ ea quę i iudicio vel extra min⁹ valide asserunt: statur vltimo dicto nō primo. l. eos. ē. alleg. per Bar. qa ibi veniebat cōtra, ꝓpriū sigillū: & sic cōtra rē authētica & approbatā. Nec ēt obstat extra de ꝑsum. c. literas. Vbi gl. dicit ꝙ stat primo dicto testis: qa hoc est verū qñ illud qd̄ dixit testis in iudicio: dixit ita ꝙ ē validū testimoniū. Nā tūc siue i iudicio siue extra iudiciū dicat postea contrariū statur primo dicto. Sed secus est cū testis primo extra iudiciū dicit aliqd: & postea i iudicio dicit cōtra. Nā primo dictū extra iudiciū nō est validū. qa nō ē solēniter dictū: & corā iudice qd̄ regrit: vt faciat fidē i iudicio. extra de testi. c. veniēs. Ad essentiā em̄ dicti testis: vt sit validū requiritur iuramentū: & coram iudice cōpetēte examinatio eius qd̄ non reperitur in eo qd̄ dixit testis extra iudicium. Vnde nō reputatur primo dictū nisi qd̄ prio dixit in iudicio: nec talis potest puniri de crimine falsi: qa nō ē, ꝓbatū hoc quod dicit nunc in iudicio esse falsum: quia potuit esse falsum illud qd̄ primo dixit extra iudiciū: de quo nō puniretur de falso: qa simplex locutio: eēt tn̄ talis suspectus de falso si duo testes deponerent contra illū in dicto casu: ꝓpposterit poni ad torturam ꝑm Io. And.

§.III. DE TESTIMONIO IN IV

Testis falsus.

dicio. Nota ꝑm Bal. de Perusio. ꝙ falsus testis punit pœna taleonis. l.j. ff. ad.l. corne. de sica. & notatur. ij.q.iiij. in glo. sum. Et est testis falsus q iuratus & examinat⁹ falsum loq; tur. xxij.q.ij. ne quis arbitret. Qui aūt nō est examinatus: li cet latitet vt nō inueniat veritas: nō est falsus: sed dolosus: & sic nō tenet pœna illa. Testis em̄ nō punit de falso ante cę testimoniū dicat: vt notat. xxxv.q.vj. notificamus. i gl.

Dolus.

Et præsumitur dolus in tacēdo: si testis ad interrogata nō vult rndere. In scripturis tn̄ ille qui verū cęlat. falsum committit. ff. de fal. l.j. Testis nō debet de impertinētibus interrogari: testis tn̄ qui loquit obscure nō habet pro falso: sed pro suspecto. vt notat. iiij.q.iij. testis. in glo. f.i. Et ideo pōt peri ꝙ declaret nisi iudex ex causis nolit hoc facere: vt notat. iiij.q.ij.§. in criminali. Et istud ꝙ possit iudex sub obscuritate trāsire nō est notabile: tn̄ causa pōt esse vel in ipo qui suspectus est: vel in ꝓducēte: qa producit testē sup̄ icerto. Itē nota ꝙ qñ testis dicit vnū ex quo aliud sequit semper verū ꝙ depositisse dicit. Vnde si testis dicit aliquem tenuisse domū ex detētiōe corporali ꝑsumit vera possessio. vt no. vij.q.j. pōtifices. Et per Inno. Itē nota ꝙ si testis negatiue dicit: nō videt mihi. nō sequit, ergo nō ē. vt notat xxxiij.q.iiij. c.ij. in glo. Itē testis qñ super diuersis factis testificat: nulla est contrarietas inter eos. Vñ singulares dici possunt sic: sed non contrariū. de pœ. di ij. periculosa. Nota tn̄ ꝙ i ciuili & criminali dari possunt iterrogatoria: sed tn̄ ꝙ i ciuili & criminali dari possunt iterrogatoria: sed ta tn̄ ꝙ i ciuili & criminali dari possunt iterrogatoria: sed iudex ea nō debet absc̄ōdere partiī: vt notatur. ij.q.j. in prę

mis in glo.testes. Item nota ꝙ in interrogatorijs debet qs cogi ad petitionem partis.ad rẽspondendum in ciuili vel crimina li post litis cõtestationẽ.Itẽ nota ꝙ testis qui non dicit totũ factũ nõ ,pbat:vñ iterũ interrogat,vt notat.xx. q.iij.præsens.Itẽ nota ꝙ publicatio testiũ nõ ligat iudicẽ ex eo ꝙ ex officio facit.vt notat.in.q.xj.§.causa. Item testẽ falsum metus non excusat.xv.q.vj.autoritate. Itẽ nota ꝙ interdum vni testi creditur:ga alij desunt:vel qñ de cõsciẽtia in articulo mortis agitur.vt.xxvj.q. vj.his qui. Itẽ qui vocantur ad testimoniũ eoipso videtur approbari per eũ qui aduocari fecit:& debẽt examinari.vt notat. xvij.q.ij. in decima. Quid si probatur ꝙ testis fuerit instructus: vt confirmet vel neget:& tũc est subordinatio:aut velit affirmare vel negare ꝙ vtatur vera & cõgrua ratione: & tunc non est subordinatio.Sed quid si testis promisit testificare? Rẽspondeo:aut promisit certũ & repellitur:aut non dicendo quid:& tunc non repellitur nisi accepisset precium: quia tunc præsumitur corruptus.

§. IIII. NOTANDVM ETIAM

Testẽ i decẽ p̃ dicamẽ tis depo nere,

ꝙ testis põt falsum deponere & verũ:& nec verũ nec falsum in oib⁹ decẽ p̃dicamẽtis notatis ab Arist̃o.in li.de p̃di camẽtis.Et in substãtia quidẽ:vt cũ testis dicit ꝙ hõ dedit dãnũ: cũ non fuerit hõ sed aliud aĩal.Itẽ si dicit ꝙ Titius percussit seruũ cũ ferro & fuerit cũ lapide:iste deponit falsum in substãtia:res em & ꝓsonæ substãtia appellant.Et si interrogat de causa illius substantiæ.i.qũo scit ꝙ esset substãtia lapidis:vl ꝙ esset homo sufficit ꝙ dicat: quia vidit. In quãtitate discreta attestatur quis:vt cum dicit ꝙ Apollo ,pmisit Titio decẽ cũ nõ promisit nisi quic̃:vel de quãtitate cõtinua:vt si dixi promisi vel vẽdidi tibi terrã vsq; ad talem arborẽ:& non promisi tantũ sed minus. Et si interrogetur testis quid est quãtitas:nõ tenetur rẽspondere: ga in teste nõ requiritur tanta peritia ꝙ sciat diffinire:præsertim ea quæ sunt ad materiã physicæ disputatiõis & dispositionẽ iuris pertinẽt. vt notatur.ff.de ver.obli.i. stipulatio.In qualitate deponit testis falsum:si dicat ꝙ frumentũ mutuatũ erat optimũ cũ esset minus bonũ. Ista est qualitas intrinseca.Vel si dicat ꝙ furtũ factũ fuerit noctis tempore:cũ nox aggrauat maleficium cum fuerit de die. Et si interrogetur testis qũo scit ꝙ fuerit de nocte. Et rñdet: ga vidit qa fuit post lucis occasum:vel qa erãt tenebrę:bona est ratio:qa sufficit ꝙ reddat rationẽ grosso modo:licet nõ loquatur cũ peritia artis.xxiij.q.ij.si habes.in glo.Et ita nõ sufficit dicere nisi ratio assignetur.xxv.q.ij.c.si. Sed nõ requiritur ꝙ tãc̃ legista vel philosophus sciat respondere ad difficiles quæstiones: immo si interrogetur de talibus potest dicere:nescio.Nec per hoc ratio reddita ꝑ eũ de visu vitiatur.Si quis autem nõ est verus testis principaliter: si tamen est testis cũ iudicis beneficio admixto seu artificio vt medicus sup cicatrice & obstetrix &c. Interrogãdus est subtiliter & talẽ qualem se asserit.Nec excusatur a testimonio falso:qa testificat̃ per verbũ,credo:qđ verbũ ẽ idifferens ad verũ & ad falsum:nam interdũ verbũ,credo:facit probationẽ ex addita rõne:qa præsumimus ꝙ non sine ratione:vt quãdo a perito profertur in arte sua:& tũc pro assertione habet̃ & punitur:qa credere nõ debuit id qđ dixit essẽ.qđ nõ sic est:nã ratione peritię artis p̃sumitur dolus in eo ꝙ aburitur peritia sua.nõ em præsumitur quis credere qđ nõ debet:& qđ hoies cõiter illius ,pfessionis & artis facere debẽt:nõ credũt nec ratione aliqua vel bona conie ctura faciliter.arg.ff.de acqui.here.l.cũ quidã.§.qđ dicit. Quartũ prædicamentũ est relatio. Est aũt relatio duorum extremorũ adinuicẽ facta cõllatio.Sub hoc prędicamento clauditur probatio fraternitatis filiorũ.Item matrimonio rũ.Itẽ sororitatis.Itẽ rerũ omniũ quæ habẽt respectum ad aliud in cõparatione literarũ.Et est notandũ in istis correlatiuis vel respectiuis vel adinuicẽ subordinatis vel comparatis adinuicẽ.Et nota ꝙ vbi testes torquentur: sufficit torqueri duos vel tres factũ scientes:ga refrenãda est tortura.Vbi,est quintum prędicamentum.deponit testis falsum si interrogatus vbi:dixit:in domo. & fuit in agro. nã domus fuit locus intentatus.Insultus dicit factus in domo quando est factus intra porticus:in ostio vero non est intus nec extra ,pprie.de pœni.dist.j.§.hoc quoq;. Et grauius est maleficiũ si quis in domo offendat q̃ in agro. Et si interrogatus qũo scit ꝙ illa esset domus. Rẽspondet ꝙ vidit:bona est ratio tribus rationibus. Primo: quia directe potest videri.Secundo:quia visus multas differentias demonstrat.j. Metaph̃. Tertio: ꝙ visus est sensus generalis vnde redditio causæ per visum est magis generalis q̃ aliqua.vt notatur.ibi. q.ix.testes.& quãdo ratio includitur in dicto testis non debet interrogari de ratione. Quãdoq; em dictũ testis incipit a ratione:quãdoq; a dicto: quandoq; si mul sunt iũcta vt dictum & ratio in eadẽ cõstructione verborũ.Quãdo est sextũ prædicamentũ:& in hoc põt facile testis incurrere periuriũ si arcter ad dic̃: nisi esset insignis dies.vt extra de accusa.c.qualiter.ꝑ Inno.Et quãdo ẽ quæstio de tẽpore debet tẽpus ,pbari.de rescrip.c.bonæ.in cle. Secus si nõ est iuris ratio cõstituta in tẽpore:qa non oportet certũ tẽpus probari. Septimũ prædicamentũ est situs. sup situ cadit testimoniũ:vt si dicat maleficiũ cõmissum ī loco sito in diocesi Florẽtina:vel ecõtrario dicatur cõmissum in diocesi Lucana.vel si cõstat maleficium cõmissum in agro Tituano.& sic cõstet de loco. Interrogamus an ille locus sit in territorio Perusino vel Eugubino. Super quo testes producti debẽt assignare causam etiã nõ interrogati:qa ,pducunt sup iurisditiõe.sicut si iudicarent ad probãdum dominium:qa testes debent reddere rõnes per causas cõsistentes in facto nõ in iure. Reddet ergo rationẽ de iurisditione:vt qa vidit cõe Perusij furcas ibi erigere:malefactorem capere:mãdatis obedire eã in faciendo q̃ nõ faciẽdo licet in faciẽdo maiór & plenior sit subiectio. Itẽ bona ratio si dicit ꝙ vidit hoies illius loci soluere collectas. Et vbi agit de iurisditione ,pbãda in genere:sufficit testimoniũ diuersoꝝ ī specie:vt qa vnus dicit ꝙ vidit ibi aliũ exocularit:alius dicit ꝙ vidit ibi aliũ suspendi.f.per iudicẽ talis territorij de quo quæritur. Secus si agitur de probatione certi actus.vt de accusa.c.qualiter & qñ. Itẽ qa cõmune Perusij cõsueuit se gerere pro dño talis loci lõgo tẽpore & hmõi. Iurisditio ergo est quoddã ius mixtũ & rerũ & ꝓsonarum & qñq; in rebus:qñq; in personis:qñq; in vtrisq; simul exercetur. Octauũ prædicamentum qđ dicitur habere seu habitus etiã per testes habet probationẽ: sed qa habere in multis consistit:diuersa etiã modo debet ratio reddi ꝑm subiectã materiã de qua loquimur. Nã si testis vult probare ꝙ aliquis habeat virtutẽ vel vitiũ. vel ꝙ sit ebrius prodigus vel furiosus:q̃ sunt passiones animi radicatæ & infixæ intrinsecus.debet assignare rõnẽ quæ inferat de necessitate. Vnde non iuret de credulitate vbi exigitur ratio inferens necessario:quia iuramentũ est industriale.de hoc per Innoc.in.c.cum causam extra de testi. Secundo dicitur quis habere magnitudinem:vnde si testis vult probare ꝙ quis habeat magnitudinem decẽ cubitorũ debet rationẽ reddere: quia vidit eum mensurari. Tertio modo dicitur quis habere vestimẽta:& hoc probatur per visum quo ad habere facti:sed quo ad habere iuris in iure nõ sufficit visus. Quarto dicitur quis habere membra & hmõi: & hoc probatur per visum:sed virtus intrinseca membri puta ad actum gñationis vt frigiditas vel nõ frigiditas nõ potest esse subiecta visui:sed debet experimẽtari.extra de frigi.c. fraternitatis.qđ sane intellige.f.per actum cõtugalẽ vt dicunt iura non per actũ fornicariũ vl' molliciei. Vnde testis bene potest per visum probare ꝙ quis non habeat oculũ: vt qa vidit effosum:sed nõ sic de facili ,pbat ꝙ habẽs oculum non videat inde. Quinto modo dr habere continens contentũ:vt veges vinũ:& hoc etiã oculus videt: manus tangit:gustus gustat:odoratus odorat: sed mensura probanda est per mensurationem. Sexto dicitur quis habere possessionẽ vel proprietatẽ vl' obligationẽ. Et nota ꝙ verbum habere proprietatẽ & affectũ habẽdi significat. Et si quæratur cũ actor facit duos articulos super quibus testes interrogẽtur: vnus de contractu vel debitor:altus de obligatione. Et testis in primo interrogatus dicit ꝙ verũ est.f. debitum vel contractũ:quia vidit vel audiuit. In secundo dicit se nil scire:quærit an probet talis testis. Et videt ꝙ nõ. Nam posito contractu vel debito necessario sequitur obligatio. Sed cõtrariũ est verum. Nã licet dicat se nil scire:de secundo verum dicit:quia licet dicat se nil scire vere dixit:quia tamẽ testis nihil scit de iure sed de facto:nã scire ius potius est iudicũ q̃ testiũ. Et intelligitur nihil scire: scilicet aliud q̃ dixerit:nã debemus interpretari vt sibi nõ contradicat. Septimo dicitur quis habere vxorem: filios: fratres & hmõi. & de istis põt interdũ reddi ratio necessaria:vt scio

ria:vt scio ꝙ est vxor: qa interfui quãdo cõtraxit ꝙ ẏba de præsenti & anuli datione:nã cũ aliquo præsuppposito & cõcesso aliquid ,pbabiliter sequit̃:tũc ratio ẽ ,pbabilis & sufficiẽs:nã dico ꝙ ẽ filij⁹; qa vidi eũ nasci in domo vt filius vicinis scientibus. Potest poni aliud exẽplũ. Dico ꝙ Berta est meretrix:qa vidi sæpe de nocte intrãtibus ianuã aperire:nã locus a cõtrario accidẽtibus est multũ probabilis in materia textus. vt probat̃.C. de ,pba.l.necꝭ. Octauo dicit quis habere infamiã vel inhabilitatẽ:sed illa est potiꝰ priuatio q̃ habitus. Simili modo dicimus. Iste habet bãnum de tali ciuitate. Hoc nõ est ,ppriehabere sed carere:sicut & dicit habere febrem vel mortẽ. Ciuitatẽ aũt habere ciues potest per instrumenta ,pbari & testes. Agere ẽt & pati seu actio & passio sunt vltima duo prædicamẽta: & hęc etiam possunt ,pbari per testes:facilius tñ ,pbatur agere q̃ pati. Facilius em cõprehẽdimus ictũ quẽ quis infert q̃ mortem quã quis inde patitur siue incurrit:nã multi videtur mortui & nõ sunt. Vnde testis deponẽs super homicidio interrogatus qũo scit: habet respondere ꝙ corpus eius carebat pulsu motu & erat frigidum,putridũ vel simile:quę solẽt mortuis accidere:nã recessus animæ a corpore videri non potest:quia aĩa incorruptibilis & inuisibilis est sicut angelus inuisibilis.Hæc omnia Bal.de Perusio.

Actio passio.

¶ De sententijs ferendis. Capitulum.XII.

DE SENTENTIA TANDEM videndũ est.Dicit Augu.ij.q.j.c.j.Nos in quẽq; sententiam ferre non possumus:nisi aut consuetum aut sponte concessum. Et de sententia qui dẽ dicit glo.summaria in principio quæstionis,ꝙ triplex est sententia.f.interlocutoria:diffinitiua & p̃cepti.Ray.exẽplificat dicẽs:ꝙ interlocutoria:sententia dicit quę nõ super principali sed sup aliꝭ quæstionibus profertur inter principiũ causæ & finẽ emergẽtibus:vt est de teste repellẽdo:vl' de dilatione dãda vel nõ & hmõi. Vel forte dicit interlocutoria:qa inter partes loquẽdo profert fine scripturę solẽnitate. Diffinitiua autẽ sententia dicitur quãdo principalis quæstio diffinitur.ff.de re iudi.l.j.Sententia præcepti est qñ maior præcipit minori. Sequitur in glo. Si sententia diffinitiua fuerit lata omisso ordine iuris:ipso iure nulla est.vt.ij. q.vj.si quando.§.diffinitiua. Hoc tamẽ scias ꝙ duplex est ordo iuris. Vnus qui est de necessaria substãtia iudiciorũ: vt.f.quis post citationem habeat inducias vt fiat litis contestatio & testes recipiantur. Si contra hunc ordinem feratur sententia:non tenet. Est alius ordo qui non est de substantia iudiciorũ:vt.f.sententia nõ feratur sub cõditione:& vt prius non pronuntiet̃ de possessorio:alꝭ possessione:q̃ de proprietate:si tamen hoc non seruetur:tenet sententia. vt ij.q.vj.anteriorũ.§.biduum. Item in sentẽtia interlocutoria siue fit excõmunicationis siue suspensionis siue missionis in possessionem requiritur ordo iuris. De ordine excõmunicatiõis habes extra de sen.excõ.c.sacro. De ordine suspensionis habes.ij.q.j.norum. Si tamen ille ordo non fuerit seruatus tenet sentẽtia.vt.xj.q.iij.si eps. Item in sententia immissionis in possessionẽ requiritur semiplena causæ cognitio.extra vt lit.nõ cõtesta.c.quoniã.& siue talis ordo fuerit seruatus siue nõ:si absens potest probare se nõ fuisse cõtumacem talis sententia retractatur.extra de sen. & re iudi.c.cum Bertoldus. Sententia præcepti est vt cũ iudex præcipit alicui sine causæ cognitione vt soluat alicui decẽ quæ petit:si ille soluat & pecunia illa indebita ẽ:ga iudex iniuste præceperat:tñ non potest repeti pecunia illa.ff.qđ metus causa.l.fin. hæc in glo.Circa sententiam præcepti nota ꝑm Ray. videnda sunt tria.f.in quibus consistit maioritas:in quibus consistit obedientia:& de necessitate præcepti. Maioritas ꝑm Raymundum attenditur in prærogatiua ordinis consecrationis:dispensationis:id est administrationis & antiquitatis.extra de electio.c.dudum. Prærogatiua ordinis presbyter est maior diacono.dist.xciij.c.legimus. Prærogatiua consecrationis eps est maior presbytero.dist.xcv.olim.&.c.eps ī ecclesia.vbi dr ꝙ ī cõcessu presbyterorũ sublimior sedeat eps:intra domũ ẏo collegã eorũ se esse cognoscat. Prærogatiua dispensationis archidiaconus ẽ maior presbytero.dist.xxv.perlectis.vbi dr ꝙ archidiacono subest archipresbyter;& eius mãdatis obedire debet Prærogatiua antiquitatis maior ẽ q prius fuit ordinat⁹: vel alꝭ p̃cedit tẽpe vel ætate,extra de maio.& obe.c.j.Obediẽtia aũt cõsistit in tribus: in reuerẽtia:in iudicio & precepto.Et reuerẽtia debẽt ei q precedit ordine vel antiquitate. inferior em debet superiori in talib⁹ reuerẽtiã:vt.f. assurgat el dãdo primũ locũ in choro:in mẽsa:in sedẽdo: ī eũdo & hmõi:nisi maior dispẽsatio sit cõmissa ī minori ordine vl' antiquitate:vt archidiacon⁹ diacono.tũc em nõ solũ presbyteri:sed archipresbyteri debẽt reuerẽtiã archidiacono. dist. xxv.c.plectis. Obedientia p̃cepti & iudicꝭ debẽt tm ei qui præest cõsecratione vel dispẽsatione. Sentẽtia em a nõ suo iudice lata nulla ẽ.extra de iudi.c.at si clerici.& idẽ in p̃cepto.vij.q.j.qa frater. Quæ aũt sint illa p q̃ plena subiectio declarat̃:habes extra de sen.& re iudi.c.cũ iter.& de offi.or. c.cõquęrẽte.ita in gl.q̃ ī tex. Duplici aũt ex causa ꝑm Tho. ij.ij.q.civij.ar.v.subditus nõ tenetur obedire superiori etiã in licitis. Vna ẽ cũ maior ptãs superior vtriusq; mãdat cõ trariũ.di.viij.quæ cõtra mores. Scd'a ẽ cum præcipit id in quo nõ ẽ ei subiectus:vt q̃ pertinẽt ad motũ animi interiorẽ & quibusdã aliꝭ:de his tñ habes plene.ẽ.in.ij. par.tit.de inani gloria. In dubijs debet obedire. Itẽ dicit glo.sup.d.c. nos in quẽq̃.ꝙ quatuor sunt modi cõuincẽdi reum: aut.f. iure vt instrumẽtis & testib⁹:aut facti euidẽtia.ei ẽ de cohacle.c.tua,aut iuris interpretatiõe:vt sæpius citatũ esse reũ. ij.q.ix.decreuimus aut violenta suspitiõe. xxxij.q.j. dixit. Nota ꝙ triplex est suspitio. Prima est temeraria. & de hac dicit canon. Nullũ iudicetis suspitionis arbitrio.ij.q.j. primo. Scd'a est ,pbabilis.& hæc purgationẽ inducit:nõ autẽ prima.vt.ij.q.iiij.presbyter. Tertia ẽ violẽta quę cõdemnationẽ inducit.& de hac intelligiẽ dictũ Hiero.f. ꝙ vxor dimitti põt ,ppter fornicationẽ:aut fornicatiõis suspitionẽ. xxxij.q.j.dixit.qđ intelligiẽ de violẽta:vt si suspect⁹ cũ suspecta:nudus cũ nuda in eodẽ lecto. Itẽ dicit glo. super.d.c. nos.ꝙ sententia ferẽda ẽ in confessum: & hoc verũ etiam si aduocatus alicuius confiteatur:nec reuocet confessionem suã.extra de cẽsi.c.olim. Et ẽ ferẽda sentẽtia in cõfessum in cã ciuili & in cã criminali:nisi aliquis metu tormẽtoꝝ ꝓfiteat dũ ẽ in carcere,tali enim cõfessioni nõ statur nisi post tormẽta in cõfessiõe pseueret. Quę aũt confessio repugnet his versibus cõtinet. Maior sponte sciẽs cõtra se vbi iussit & hostis. Nec natura negat:fauor & lis ius ve repugnet.

triplex sententia.

Maioritas.

Iurisditio.

Duplex iuris ordo.

Sententia p̃cepti.

§. I. DE SENTENTIA AVTEM

diffinitiua. Nota ꝙ debet ,pferri a iudice & nõ ab alio:alꝭ nõ valet nisi sit eps iudex:ille p̃t p aliũ recitare ad istar illius.c.j.e. & si.li.vj. Debet ẽt ferri sedẽdo. Itẽ loco publico & honesto.iij.q.iij.iducię.§.spatiũ. Itẽ debet ferri de die & non in tenebris. Itẽ nec in diebus feriatis:& maxime festiuis & solẽnibus. Itẽ nõ debet ferri per venalitatẽ.ij.q.vj. si qñ.§.diffinitiua. Hæc & multa alia requirunt̃:quoꝝ si aliquod omissum fuerit sententia nõ valet. Itẽ debet ferri ī scriptis.aliqñ tñ etiã sine scriptis valet:vt immediate.j. patebit. Casus in qb⁹ valet sñia diffinitiua sine scripto ꝑm Io. And.sunt isti. Primo qñ causæ breues sunt:& maxime vtilitãt ꝓsonarũ. Et põt dici breuis duoꝝ aureorũ.ff.de dolo.l. adest. Inspiciaĩ aut̃ qualitas ꝓsonarũ & relinquatur arbitrio iudicis.extra de offi.dele.c.de causis. vel inspiciaĩ consuetudo loci vel fori.dist.xj.consuetudinis. Scd'o valet cũ epus de causa ciuili iudicat inter clericos suos.xj.q.j.si quis cũ clerico. Tertio cũ præses deposito officio cõuenitur vt reddat administrationẽ.in auc.vt iudi.si.quo.suf.§.necessitatẽ. Quarto cũ papa per se pronũtiat. valet em licet ipam non tulerit in scriptis:ipse em solutus est legibus. Quinto valet ꝑm quosdã si sit lata in cã mrimoniali.extra de testi. Albericus. Cũ aũt sint duo iudices & ,pferũt diuersas sententias. Dicunt Ray.& Hosti.ꝙ si ex iurisditione ordinaria processerũt:tenet sententia pro reo:nõ pro actore: nisi in cã fauorabili:vt ī mrimonio & ,p dote & libertate & ,p testamẽto:si pro ipso fuerit ,pmulgata. Si vero ex ptãte delegata ẽ lata sententia:vtrãq; pẽder ex arbitrio delegantis. Si aũt ex cõpromisso:neutra debet habere vigorẽ.extra de sen.& re iudi.c.duob⁹. Effectus autẽ sñiæ ꝑm Ray.est multiplex. Primus ẽ ꝙ pro veritate accipiatur quãtum ad illos inter quos lata est. Et intelligiẽ posit̃ sententia transit in rẽ iudicatã.f.ꝙ ab ea appellari non possit qđ est post decẽ dies.ff. de re iudi.l.res iudicata. Secũdus effectus est ꝙ in actionibus personalibus mãdet̃ executioni infra quatuor mẽses. extra de offi.dele.c.q̃rẽti. & extra eo. ꝙ ad cõsultationẽ. In actibus ẏo realibus cũ res certa petita est:puta liber:agert

Senten tia diffinitiua.

Senten tiã valere sine scripto.

Effectꝰ sententiæ.

equus: domus & hmõi debet executiõi mãdari statim post decẽ dies: q̃ sunt cõcessi ad appellãdũ: & hoc si res ẽ in præsentia. insti. de offi. iudi. in prin. Et idẽ debet fieri i actionibus criminalib⁹: nec ẽ in talib⁹ est executio differenda. ij. q. vj. anteriog. Fallit tñ hoc in quatuor casib⁹. Prim⁹ cũ princeps ex vindicta fert seuerius sententiã: ga differẽ executio ad minus per. xxx. dies: vt locus possit misericordiæ esse & si res exigit poenitere. xj. q. iij. cũ apud Thessalonicã. Iterũ cũ sententia lata est in muliere prægnante: differtur eñ vsq; ad tẽpus partus. ff. de re iudi. l. prægnantis. Item si capitalis sententia est lata in seruũ: differt executio quousq; reddiderit rõcinia administrationis quam gessit. C. de bo. post. l. j. Item cũ quis est confessus de crimine & inde negat retrudat in carcerẽ: vt postea reductus apud acta audiatur: & iteret confessionem. Sunt & alij plures effectus sententiæ qui dimittũtur ob breuitatẽ. Et nota fm Ray. q̃ regulariter nec sñia nec res inter aliquos acta vel iudicata præiudicat alijs. extra de fide instru. c. iter dilectos. Fallit tñ in multis casib⁹. s. cũ causę cõnexę sunt. dis. lxxxj. tãtis. iij. q. vj. hęc quippe. & extra de accu. c. ad petitionẽ. Itẽ in cã libertatis ff. de sta. ho. l. ingenuũ. Itẽ in cã filiationis. ff. de lib. agno. l. j. Itẽ qñ q̃s p̃sens fuit & sciebat causam agi. ff. de re iudi. l. sæpe. Item in querela inofficiosi testamẽti. ff. eo. ti. q̃ Papinianus. Item fm Ray. regulariter nec sñia nec alia res inter aliquos acta alteri prodest. Fallit tñ hoc in certis casibus. Primo in querela inofficiosi testamẽti. ff. e. tit. q̃ Papinianus. Itẽ in re diuisibili. ff. si ser⁹ vendi. l. loci. §. cõperit. Itẽ in re cõi cũ pupillo. ij. q. vj. §. diffinitiua. Itẽ ꝓdest vbi res est; cõis cũ fisco. hæc habent extra e. c. fi. Subleuat aũt sñia fm Ray. quatuor modis. Primo p appellationẽ. ij. q. vj. c. Et de hac dicit in seq. c. Sed o p supplicationẽ: vt cũ lata est a principe vl̃ ab alio a quo nõ licet appellare. xxv. q. ix. Tertio p querelã falsi. vt si dicatur lata per falsos testes & alias falsas probatiões. extra de testi. c. sicut nobis. Quarto per in integrũ restitutionẽ. extra de in integ. resti. per totum. Et dicit Guil. q̃ querela falsi habet locum vsq; ad viginti annos. C. de fal. l. querela.

Subleuat sñia q̃tuor modis.

Capitulum. XIII.

¶ De litis contestatione.

E LITIS CONTESTATIO

Litis cõtestatio

Diffinitio.

Cõtestatio quõ fit.

Libell⁹ duplex.

ne dicit Grego. ix. q̃ nõ p positiões & rñsiones ad eas: sed p petitionẽ i iure ꝓpositã. i. in iudicio: & rñsionẽ secutã litis cõtestatio fit. eꝫ e. c. j. Vbi dicit gl. q̃ litis cõtestatio exordiũ videlicet litis siue causę principiũ appellat: & vbi principiũ deest nil p̃t supedificari. s. q. j. cũ Paul⁹. & cuiuslibet rei principiũ maxia pars est. Et licet litis cõtestatio sit principiũ: tñ necesse est libellũ p̃cedere sup q̃ fiat litis contestatio. vt extra de libel. ob. c. j. Est aũt litis cõtestatio negotij principalis hinc inde apud iudicẽ facta narratio & subsecuta resp̃sio: siue negãdo, siue cõcedẽdo: qđ est intelligẽdũ vt fiat aĩo ꝓcedẽdi i causa: & ea intẽtione directe. & ex ꝓposito. Vñ si aliqs proponat facta intẽtione directe. & ex ꝓposito. Vñ si aliqs proponat facta coram iudice nõ ea mẽte vt respondeat saluo iure suo & sine p̃iudicio: nõ erit ꝓpterea litis cõtestatio; facta: cũ hæc fiant nõ ad iudicis interrogationẽ: sed motu proprio. Cõtestatio aũt fieri debet interrogãte iudice. actore proponẽte suã actionẽ: & reo respondẽte ad interrogationẽ iudicis vt mos ẽ. Vbi ergo litis cõtestatio nõ p̃cedit: nil valet qđ agit. vt extra eo. c. j. Et p̃terea assignari: per positiões & resp̃siones ad eas nõ fit litis contestatio. Qui eñ ponit aliquod dictũ vel factũ: nihil petit ab aduersario: nec ostẽdit per hoc se velle agere. Et ita p hoc nõ posset fieri sententia absolutionis vel cõdẽnationis cũ nil petitũ sit per positionẽ: sed ostẽditur aliqd eẽ factũ vel dictũ vt promissum: & sententia semp formãda est fm modũ agẽdi. extra de accu. c. qualiter & qñ. ad fi. & cõdẽnatio non ẽ faciẽda nisi ad hoc actũ sit. extra de or. cog. c. cũ dilect⁹. i fi. Bern. Libelli oblatio: vtrũ sit de substãtia ordinis iudiciarij ponit Bern. i gl. extra de libel. obla. c. j. opiniones recitat. p & cõtra: & concludit tandẽ p melius videre de iure canonico q̃ sit de substãtia. Est aũt libellus scriptura in qua continet⁹ res q̃ petit & cã petẽdi & nomẽ actoris & rei. vt extra e. p totũ. Et semper offerẽdus est iste libellus iudici & p eũ reo: vt ipse reus deliberare possit. iij. q. iij. §. offerat. & in scriptis debet dari: & in principio litis. in modicis tñ causis scriptura nõ requirit. vt. xj. q. j. si quis cũ clerico. Est aũt duplex libellus. s. postulationis qui datur in ciuilibus q̃stionibus. extra eo. c. s. Et accusationis qui datur in criminalibus actionibus. vt ij. q. viij. c. per scripta. §. libellorum. Bernar.

Cap. XIIII.

¶ De appellatione.

E APPELLATIONE ALIquid breuiter videndũ ẽ de q̃ cõsuge agit. ij. q. vj. p totũ. Et ibi dicit gl. summaria i principio q̃stionis hæc q̃ sequunt. Appellatio ẽ ꝓuocatio ini quæ sñia quærelã cõtinẽs: tñ ẽ tin his q̃ extra iudiciũ agunt appellat: vt in electione. extra de appel. c. cõstitutis. Circa appellationẽ ergo primo queritur vtrũ valeat statutũ seu ordinamẽtũ alicuius municip̃ q̃ nõ possit appellari nisi ad iudicẽ illius loci? Et videt q̃ sic: ga statutũ est qdã p̃sensus & pactũ ciuiũ illius loci vbi fit: sed constat q̃ gs p̃t remittere p pactũ ius appellandi. C. de tẽpo. appel. l. fi. ergo & p statutũ: & maxime p statutũ tollit⁹ ius cõi illo municipio. ff. cõia p̃dio. l. vẽditor. Sed contrariũ ẽ rei veritas. Et rõ est: ga iurisditio collata in iudicis appellatiõe per legẽ vel p̃cipẽ: non p̃t tolli vl̃ minui p subditos. di. xxj. c. inferior. imo p̃ponit necessitate obsequẽdi. extra de p̃sti. c. ecclesia. Iam em ex hoc videret⁹ eneruari iurisditio imperij & Romanæ eccl̃ię & vires principalis negotij exhauriri. C. de præci. impe. offe. l. iij. Circa qđ nulla cõsuetudo valere p̃t. extra de cõsue. c. j. Itẽ pactũ litigatoꝝ facere p̃t q̃ appellationi gñaliter renuntiet vel remittat. extra de appel. c. ij. q̃ nec p statutũ. Itẽ tale statutũ esset diminutio iurisditionis & libertatis ecclesiæ & imperij: & iõ ipso iure nullũ: & hęc est veritas: ga in oibus semp intelligit⁹ ius superioris exceptũ. extra de iureiu. c. veniẽtes. Sed municipes non condẽdo legẽ bene p̃nt renũtiare appellationi. vt notat Inno. in d. c. venientes. Sed quid si aliquis appellat simpliciter dicẽs. Ego appello a tali vestro ꝓcepto: nec dicat ad quem? Respondet Speca. q̃ valet. Et intelligit⁹ appellare ad proximũ superiorẽ. ff. de appel. l. j. Nam in dubijs nõ est a iure recedẽdum. Hoc aũt disponit ius vt gradatim appellet⁹ vt extra eo. dilecti. Et idem si nõ dicat appellato: sed subijcio me sub protectiõe sedis apostolicæ vel alterius iudicis appellationis: habetur enim pro appellante.

Appellatio.

§. I. LICET AVTEM APPELLA

tio sit cõe remediũ: tñ in multis casib⁹ reiicitur. Prio si nõ sit interposita infra. x. dies. C. de appella. l. vlti. Sed hodie currũt a die sententiæ vt ibi notat: quia tẽpus hoc quãtũ ad sui initiũ est vtile: vñ nõ currit nisi a tpe sententiæ: & a tpe currit quo agere p̃t. Sed quãtũ ad ꝓgressum est cõtinuũ. ij. q. vj. anteriog. Vñ sp̃tanea appellationis omissio purgat sententiæ turpitudinẽ. vt notat extra de offi. deleg. c. pastoralis. ita q̃ post lapsum decem dierum: etiã si iniusta sit sententia executioni mãdatur. lapsus eñ termini renuntiationem induxit. ff. de acqui. hęre. l. q̃diu. in fi. & hoc nisi iusta causa ætatis vel alia restitutione ad appellandũ indulgeat. ff. de mino. per totũ. Nec p̃t iudex hoc tẽpus decem dierũ ad appellãdũ statutũ & tẽpus anni vel biẽnij ad ꝓsequẽdũ ipsam: & tẽpus restitutionis in integrũ concessum minuere. vt notat extra de appel. cũ sit. & idẽ fm Dy. in oi dilatione q̃ dat sine ministerio iudicãtis. vt notat extra de reg. iur. lib. vj. ga indultũ a iure beneficiũ nemini est auferẽdũ. hinc est q̃ si iudex mãdat alicui vt soluat aliquid vl̃ faciat infra. x. dies licebit ei appellare. Vñ licet sñia sit sub conditiõe data: vel etiã ad terminũ maiorẽ q̃ decẽ dierũ: debet tñ appellare infra. x. dies: licet conditio in sñia adiecta nõdũ exist at & terminus nõdũ aduenerit. ff. qñ appel. fit. l. j. Nõ eñ post. x. dies licebit appellare: vt notat extra de appel. c. ꝓterea. & ibidẽ notat Inno. Sed cũ datur ita breuis terminus in quo nõ p̃t deliberare ad plenũ: & sic inciderе potest in p̃ruptũ periculũ: vt puta triũ dierũ: vel alij minor decẽ dierũ: qui terminus modicus appellatur: tunc licebit a breuitate termini appellare. extra de dila. c. j. & hoc nisi ex causa minor daret⁹: quæ tñ causa est in dilatione ex primẽda. vt notat in. d. c. j. Sed o non appellatur a iudicio momẽtaneæ possessionis: licet fm canones appellari possit. extra de testi. c. significauit. Itẽ nõ appellatur fm leges ab interlocutoria vel ab aliquo grauamine ante sententiã. C. quoꝝ appel. non reci. l. iij. nisi in casibus ibi notatis: sed in iure canonico secus. Tertio nõ appellatur a mero executore. extra de appel. c. nouit. nisi modũ excedat vel citi⁹ exequatur: vt ibi notat. Quarto non appellatur a creatione

Casus in quibus appellari non potest.

cet cõscięntiæ dr Eccl'i. xxvij. Nisi tenueris te instãter i timore dñi cito subuerter dom⁹ tua. i. cõscientia. In ista oportet sæpe. ꝑm illud Sap̃. viij. Intrãs i domũ meã conquiescã. & pcipue in infirmitate p diligentẽ discussionẽ & sacramẽtũ confessionis. Mulier emp̃ amiserat drachmã vnã ex decem vt habeť parabolice Luc. xv. accendit lucernã euertit domũ & q̃siuit diligẽter donec inuenit: qua inuẽta gauisa est. Sic aia debet euertere. i. discutere domũ cõscięntiæ. oportet eĩ si vult i domũ vitę ęternæ igredi: vt secũ ferat decẽ drachmas. i. obseruatione decẽ ꝓceptoꝝ. Mat. xix. ait christus, Si vis ad vitã ingredi serua man. tunc vnã amittit cũ vnũ ex eis trãsgredit: reinuenit cũ p pœnitentiã satisfacit cõstitendo. & vt melius inueniat accipiat lucernã accẽsam & bene luminosam. i. cõfessorẽ in relligẽtẽ & scientẽ bene examinare & cõsulere sibi. Nõ accipiat lucernã extinctã. i. sacerdotẽ ignorantẽ. ꝑm illud Aug. Qui vult confiteri vt inueniat gr̃am: sacerdotẽ q̃rat sciẽtẽ soluere & ligare: ne cũ circa se negligens fuerit: negligat ab illo q salubriter monet vt vitet secũ, ne ambo in foꝛea cadant. de pœ. di. vj. c. ſ. Diligẽter ergo examinet cõscięntiæ domũ vt inueniat trãsgressiões suas: etiã si vna tm̃ esset: ga qui in vno offendit fact⁹ est oĩm reus. vt scribit Iac. ij. id est illud est sufficiens ad dãnãdũ si nõ pœnsteret. Et extra de pœ. & re. c. cũ ifirmitas ꝓcipit medicis corporum vt inducant infirmos ad confessionẽ faciendã. Sed quomodo se debet habere circa hoc dicetur in capitulo sequenti.

§. II. DE DOMO FAMILIE DI

De domo familiæ.

cit. ſ. Timo. iij. ꝙ oportet præficiẽdũ eccłesiæ inter cætera domui esse bene prępositũ. i. familiæ sue. Et Aug. dicit. Arrogare mihi non audeo vt domus mea. i. familia mea melior sit q̃ domus Abrae in qua. ſ. vnus ex filijs fuit bon⁹. ſ. Isaac. alius malus. ſ. Hismael. dis. xlvij. quãtũlibet. in istam etiã oportet ire disponẽdo de bonis suis p testamentũ, vñ & Ezechię regi dictum fuit a dño p Esaiã. Dispone domui tuæ. i. familiæ per testamentũ: ga morieris tu & nõ viues. Esa. xxxviij. Debet aũt primo disponere familiam admonendo bonos mores. Sic egit ille dei seruus Matathias. nam vt scribit. ſ. Macha. ij. Appropinquauerunt dies Mathiæ moriẽdi & dixit filijs suis. O filij ęmulatores estote legis & date aĩas vestras p testamẽto patrũ & mementote operũ patrũ quę fecerũt in generatiõibus suis & accipietis gloriã magnã & nomẽ æternũ. ſ. eos imitando: & ꝓposuit eis exẽpla virtutũ & constantiæ inter aduersa Abraæ. Ioseph. phinees, Iosue, & alia ordinauit de eis. Sic & Tobias senior existimãs se moriturũ admonuit filiũ suũ quo se haberet in vita sua. vt patet Tobiæ. iiij. per totũ. Sed & saluator noster ad passionẽ iturus admonuit discipulos præcipue de dilectiõe adinuicẽ habẽda. vt patet Io. xiij. & sequẽti ca. Beatus ẽt Dñicus dixit in morte filijs suis. Hæc sunt charissimi q̃ vobis possidenda relinquo. charitatẽ habete: humilitatẽ seruate: pauptatẽ volũtariam possidete. admonens ꝑcipue vt vitarẽt consortiũ seu familiaritatẽ iuuẽcularũ. Deinde leget ꝙ aĩa sua plus & minus ꝑm ꝙ põt & familiæ quã dimittit: sed bene aduertat ꝙ ea q̃ ecclesijs vel pauperibus relinquit: ita caute dimittat ꝙ impleanť. Instituẽdo videlicet tales executores qui sint diligentes ad implendũ: & hæredes cogẽdo in testamẽto ad illa faciendum pœnã adijciendo, puta ꝙ deuoluatur ad alios hæreditas si nõ impleuerint. Nã quotidiana experiẽtia ostẽdit ꝙ tarde & aliq̃n nunq̃ fiunt tales executiones qđ est in magnum grauamen

grauamẽ hæredũ & executoꝝ. Vñ dr. xiij. q. ij. g oblatiões. ꝙ tales debẽt excõicari vt necatores animarũ: quia subtrahunt eis illđ suffragiũ ex qua subtractione remanẽt in tormentis. Caueat aũt talis testator ne de male ablatis q̃ sunt obnoxia restitutioni relinquat hæredibus suis: vel fiat in dẽ capella paramẽta vł calices & hmõi. Sed si vult salubriter ꝓuidere saluti aĩę suæ dimittat restituenda certa certis ꝑsonis & incerta pauꝑibus non ędificijs. Nõ est hoc pauperibus dare qui sunt vt hæredes in incertis. inde. ſ. ædificare ecclesias: & religiosi vel alij male consulunt q pauꝑibus eroganda in alia cõuertere faciũt sine alia dispẽsatione. Honora. ⁊inquit Salomon Prouer. iij.) dñm de tua substantia. ſ. non de aliena. si vis ad honorẽ dei facere capellã vel calicem & hmõi. Sit etiam bene discretus in legando familiæ vt ita diuidat & clare testeť vt nõ habeãt oriri litigia inter hæredes, Q̃ aũt vni ex filijs vel alijs ꝙsanguineis equalr attinẽtib⁹ magis relinquat: liber est. nec peccat si iusta rõne mouet. nam & ꝓ̃archa Iacob legauit Ioseph filio oĩm optimo partẽ vnã præ cæteris. ſ. agrum cũ spelũca duplici. Gen̄. xlviij. Vt eĩ dicit lex vnusquisq; in re sua est moderator & iudex. Et alius tex. iuris dicit. nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo. extra de elec. cũ eccł'a vulterana. Iniustum aũt ẽt ꝙ testator ita legaret ecclesijs ꝙ priuaret filios fine causa rationabiliter tota hæreditate nec etiam posset: ga legitima nõ põt auferre nisi in certis casibus. vñ Aug. in ser. de vita cleri. ait. Plane moriens sic faciat qđ spes hortat⁹ sum. vñ filiũ habet putet Christũ alterũ. duos habet putet Christũ tertiũ. decẽ habet christũ xj. faciat & suscipio. Hęc Aug. xiij. q. ij. si qs. Exhortatio est non præceptũ ad hũc effectũ vt leget aliqua, p aĩa etiam de substãtia iuste acquisita. nam aliena oportet necessario restituere. Si tamen alij egerẽt tota hæreditate ga modica: contenti sit vt eis relinquat ꝙ alijs pauperibus vel ecclesijs: cum & ecclesia debeat cum potest pauperibus subuenire: ga quicquid habẽt clerici pauperũ est. ait Hiero. x vj. q. j. qm. ſ. vltra eorum indigẽtiã. Item Aug. in sermone de vita clericorum. sic ait. Quicũq; vult exhæredaro filio hæredem facere ecclesiam: quærat alterum qui suscipiat non Augustinum. immo deo ꝓpitio neminem inueniet. Q̃ laudabile factum sancti Aurelij Carthaginẽn. epi. Quidã cum filios non haberet nec sperareť: res suas oẽs retento sibi vsufructu donauit ecclesiæ. Nati sunt illi filij nec opinanti reddidit eps ea quę ille donauerat: in potestate habebat eps non reddere: sed iure fori non iure poli. Hęc Aug. xvij. q. iij. quicumq;. Sed &. b. Tho. in quadam quæstiõe de q̃dl. dicit. ꝙ si ꝓpinqui indigẽt hæreditate morientis indigentia manifesta ipse moriẽs tenẽť eis dimittere hęreditatem: nisi essent mali & hmõi bonis indigni. Et dico tenẽť ex debito honoris parẽtelæ, ga cũ præcipitur honorare patrẽ & matrẽ: ꝑcipit etiã honorare parẽtelã in his q̃ ad parẽtelã ꝑtinẽt: vt sunt subsidia tpalia. Si aũt nõ indigent manifeste: põt libere ĩ alios & pcipue pauperes distribuere & legare ꝑm illud Mat. xix. Da pauperibus & sęq̃re me, ait Christus. Cautũ etiam est vt ꝓideat sibi de testamẽto in sanitate vel in principio infirmitatis: ga consanguinei etiam in infirmitate impediunt multis modis testamenta fieri ne leget alijs: q in hoc sunt ꝑdones & scientes oĩmodã volũtatẽ volẽtis alijs legare & impedientes ne veniat notarius vel testis: tenenť ad restitutionẽ i illoꝝ bonorum q̃ volebat alijs relinquere in foro cõscięntiæ: immo deberent priuari hæreditate. Q̃ aũt rogẽt testatorẽ vt leget eis: non prohibeť dummodo non nimis importunẽt vt quasi extorqueant. Similiter ꝙ aliqs consultat testatori vt magis leget vni q̃ alteri: quia sibi videť magis rõnabile non pecc at. Secus si ex malitia faceret. sed de hoc agitur diffuse de testamentis, ſ. c. iij.

§. III, DE TERTIA DOMO DICI

vtilitas sepulturæ.

tur in Pś. xlviij. Sepulcra eoꝝ domus illorũ in æternum vsq; ad finẽ mundi. Qđ spatiũ dr æternũ: ga nobis incertum. Et Eccl'i. vlti. Ibit homo in domum æternitatis suæ quo scilicet ad cõrpus in sepulcrum. Vtilitas autem sepulturę in loco sacro videtur triplex. Primo interessio illoꝝ sanctorũ: ad quoꝝ honorem fabricata est ecclesia: propter honorem & deuotionem eligẽtis ibi sepulturam ad eos. Vnde Augu. ꝙ quisq; apud memoriã martyrũ sepelitur. hoc tantũ mihi videtur prodesse defuncto: vt cõmendans eum martyrũ patrocinio affectus pro illo supplicationis augeať. xiij. q. ij. c. non æstimemus. Secunda vtilitas est: ga vt dicit Grego. Defunctorum ꝓximi quoties ad sacra loca veniunt suorumq; sepulturam aspiciũt: recordãtur: & pro eis domino preces fundunt. xiij. q. ij. cũ grauia. Vñ & monumentum dicitur quasi monẽs mentem. vt dicit Aug. vł delicet vel ad recordandum suorum vt oret pro eis. vł ad ꝑsiderãdum: qa & ipse similiter in pulueręm reuertęť. Tertia est quia vt dicit Ambro. In sepulcris christianorum requies est defunctorum. xij. q. ij. aurum, quia scilicet ibi minus vexanr a spiritibus immundis cadauera eorum. vt dicit glo. i. inquietantur ne dęmones sumãt illa corpora. Puto autem vnicuiq; melius & vtilius esse sepeliri vbi fiunt plura suffragia missarum & orationum & a deuotioribus ministris. Et expensæ quæ fiunt per modum eleemosynę profunt defunctis. Alię vero cerimonię vt de lectis paratis fletus vestitus & banderis & huiusmodi nihil profunt animæ defuncti, Vnde Augustinus, Corpori humano quid impendatur: non prædium est salutis: sed humanitatis officium ꝑm effectum: quo nemo vnq̃ carnẽ suã odio habuit. xiij. q. ij. nõ æstimemus. nimia tñ põpa reprehensibilis est & nociua aĩæ ꝓcurantis. Item dicit Io. an. in nouella ꝙ mortui siue testati siue intestati sepeliẽdi sunt. etiã si ꝓhiberint. vñ Eccl'i. vij. dr, Mortuo non prohibeas gratiam. ſ. sepulturę: vt exponit. xiij. q. ij. c. in ecclesiastico. Et canon dicit ꝙ sepultura in vniuerso orbe Christianis cõcedẽda ẽ. xiij. q. ij. q. divina. Et dr hic in ꝓposito sepultura. ſ. Christiana: locus concaꝰus quo in ecclesiastico cæmiterio corpus catholici conquiescit: hæc vẽdi non põt: ga locus est facer vñ & simoniacũ vẽdere vel emere ipsam. Vñ & Ephron q vẽdidit agrum Abraæ in quo erat sepultura duplex: vbi fuerũt sepulti Adam & Eua, simoniam cõmisit: ga plus petijt de agro rõne illius sepulcri. Abraam aũt nõ cõmisit simoniã: ga agrũ intendebat emere sub quovis nichat & sepulchrũ. de hoc habes. ē. iij. par. ti. x. c. ſ. Valeri⁹ maximus. c. de somnijs di. ꝙ Simonides poeta ad littus applicans corpus qđ ibi vidit inustum sepeliri mãdauit: ꝓpter qđ periculum maris euasit. vt ibi & terrę. vt in tit. de miraculis. ibidẽ & subdit. Quid hac fœlicitate locupleti⁹? quam nec mare nec terra sęuiẽs extinguere valuit. Iste Simonides. ſ. cũ esset naufragaturus cũ quibusdã a casu accidit ꝙ socij sine eo a littore recesserunt: & in processu submersi sunt: & sic maris periculũ euasit. Alia vice cũ esset in cõuiuio cum quibusdam vocat⁹ a quodã ad exeundũ ad loqn dũ immediate: domo illa ruẽte mortui sunt socij: & sic ipe euasit ꝑiculum terrę & maris. Idẽ Valerius in. c. de humanitate li. v. cõmẽdat Cęsarẽ: q caput sui hostis Põpei sibi ꝓ regem ægypti destinatum honorifice sepeliri & cremari fecit: ꝙ licet paulo ante pene Romanum fuisset adeptũ culmen imperij: iacuisset inhumatũ: si humanitas Cæsaris nõ fuisset. Cõmẽdat ibi Valeri⁹ Hãnibalẽ: qui successiue tres Romanos. Paulum. Gracchum. & Marcellum hostes ipsi⁹ honorifice sepeliuit: humanitas eĩ hostilẽ sanguinẽ hostilibus lacrymis miscet. Et sicut cõcedere & operam dare sepulturę hoĩm est humanũ & piũ: ita denegare est crudele & impium: nisi ecclesia ordinauerit: vt de quibusdã decedentibus in notorio pcto. vt. j. dicẽt. Sicut etiam a deo q̃dam in detestationem scelerum eoꝝ puniti sunt priuatiõe etiã sepulturę, de quo dr Hiere. xxij, c. Sepultura asini sepelietur. Qđ alꝫ sine causa rõnabili negare sepulturam sit inhumanum: oñdit Pś. lxxviij. vbi inter cætera horribilia ꝑsequentium fideles dicit. Nõ erat q sepeliret. Et Valeri⁹ li. v. de ingratis reprehẽdit Athenienses qui Melchiadem in carcere mortuum sepelire nõ ꝑmiserunt nisi Cimo eius filius ꝙ eo carcerẽ intraret: de quo Cimone idẽ Valerius ait. Nec te Cimo sil ętio inuoluã q patri tuo sepulturã vołuntatis vinculis emere nõ dubitasti. Nam etsi maximũ tibi postea & ciui & duci euadere cõtigit: plus tñ laudis in carcere q̃ in curia assecut⁹ es. Q̃uis autem laudabile sit & humanum de sua sepultura & suoꝝ curam habere. Vnde & sancti patriarchę de sua sepultura ordinauerunt: & q domini nostri officiosissime & deuotissime sepulturæ operã dederũt satis cõmẽdanť: tñ carẽtia eĩ⁹ aĩę non nocet. Vnde poeta Luca. in. vij. Cœlo tegitur qui non habet vrnam. Et Chryś. Vbicũq; sepeliamur dñi est terra & plenitudo eĩ⁹. Mortuę Lugere aũt mortuos ex pusillanimitate, pcedit. xiij. q. ij. g os luge diuina. qđ intelligit cum excedit tristitiam. Vñ de Tobia re.

minore legit. Tob. vlti. ꝙ sepelierũt eũ cum gaudio. Sed & Valerius maximus lib. ij. c. j. cõmendat Massilienses q̃ diem funeris sine luctu finiebãt domestico sacrificio & necessariorũ conuiuio. i. consanguineorũ. Et subdit. Quid attinet: aut humano dolori idulgeri: aut diuino numini inuidiam ferre: ꝙ immortali tatẽ suã nobiscũ imparari noluerit? Ibi etiam ꝓsequit de Thracis q̃ lugebant natale hominum et exequias ridebant. De huiusmodi tamen habes diffuse parte. j. de separatione animæ a corpore. Reprehẽdendi autem sunt valde qui ex crudelitate & partialitate non permittunt corpora suorum aduersariorum sepeliri. sed dilacerãt corpus seu cadauer in partes. & aliqui etiã comedunt fœuiores omnibus feris sy luestribus & canib⁹ rabidis. De leone crudelissimo legit. iij. Reg. xiij. ꝙ cadauer ꝓphetæ quem strãgulauerat non tetigit: vt sepulturæ mãdaretur. quinimmo leones iuuerunt facere foueam sancto Antonio. Paulo eremitæ. & Zozimę pro Maria ægyptiaca. & Pãnutio pro sancto Onofrio vt legit in vitis patrũ.

¶ De pœnitentibus in extremis. Capitulum. II.

QVAMVIS SEMPER QVILIbet debeat esse paratus & in prima & in secunda & tertia vigilia. i. pueritiæ iuuentutis & senectutis: ga ille beat⁹ dr Lucæ. xij. Præcipue tñ infirmus magis se disponere debet: quia infirmitas est nũtius mortis. Et ante oia facere diligentem cõfessionem. & exinde sumere alia sacramẽta tempore congruo. vñ Theodorus sic dicit. Ab infirmis in periculo mortis positis pura inquirẽda est confessio peccatorũ: non tamen illis est quãtitas pœnitentiæ imponenda sed innotescenda & amicorum orationibus & eleemosynarum studijs pondus subleuandũ: si forte migrauerint &c. xxvj. q. vij. c. j. hæc aũt. Petrus in. iiij. exponens dicit ꝙ cum in tali statu infirmus nõ possit facere pœnitẽtiam exteriorem sed interiorem: ideo exterior pœnitentia tunc non est ei imponenda: quia non potest facere, sed innotescenda vt per hoc prouocet ad interiorem pœnitentiam. & innotescenda est ei magis ꝓ modum cõsolationis ostendendo ei benignitatem dei remittentis q̃ ꝓ modum horroris ostendendo seueritatem iustitiæ puniẽtis. Hæc Pe. & bene. Magis em̃ consuevit homo tentari tunc de desperatione q̃ de præsumptiõe ꝑm Greg. Hostiensis autem dicit ꝙ sic ei est innotescẽda pœnitẽtia. Potest em̃ dicere confessor: si esses sanus deberes facere talem pœnitentiam vsq; ad tale tempus. sed qa infirmus es non tibi iniungo: si tamen decesseris facies talem eleemosynam: vel iniungas tuis hæredibus pro te faciẽdam pro hac pœnitentia. Si autem conualueris facies pœnitentiam quæ tibi iniuncta fuerit: vel talem determinando sibi. vt dicit Guil'. Duran. & tunc absoluat ab omnibus peccatis. si al's est contritus. Et dicit prefatus Guil'. ꝙ cum talis sanatus veniat ad ꝓdictum suum confessorem pro pœnitentia recipienda nõ credit ꝙ sit necesse iterum confiteri nisi velit. Si autem confessor memor sit saltem in genere ꝓctorum quæ ille confessus est: al's ab eo iterato q̃rat quantum sufficit ad moderãdum pnĩam. Similiter si pœnitentiæ iunctę fuisset oblitus: oportet ꝙ reuertatur ꝓ⁹ ea habẽda vel alia. Item dicit Petrus de Palude in. iiij. ꝙ expedit mo-rienti: & hoc debet ei consulere sacerdos ꝙ quẽrat si est aliquis voluntarius ad faciendum ꝓ eo pœnitẽtiam vt euadat purgatorium: & si inuenit imponat: & si promittens non adimpleat: non valebit illi ad satisfactionem inpurgatorio. Dicit etiam ꝙ qui absoluit morientem: debet ei imponere omnia bona quæ per ipsum fuerunt procurata: & omnia suffragia quæ fuerunt impensa: & hortari vt hęredibus & executoribus imponat quærere quanto plura poterit. Hęc Pe. Quod etiam si fuerit absolut⁹ in tali articulo a ꝓctis retentis seu casibus reseruatis non oportet ꝙ iterũ confiteatur. Cui cõcor. Tho. in quodli. dicit ꝙ non põt qs cogi autoritate alicuius hoĩs ad confitendum iterũ ꝓctm quod semel confessus est ei qui potuit absolvere. In articulo autem necessitatis quilibet sacerdos non excõicatus vel suspensus potest absoluere a quolibet ꝓctõ & a quolibet vinculo excõicationis. Sed quo ad vinculũ oportet ꝙ si cõualescit pñtet se ei a quo regulariter debeat absolui al's reincideret in sniam. vt habes. ẽ. in. j. parte ti. j. Et dr̃ articul⁹ mortis ꝑm Pe. de Pal'. qñ est in tali articulo ꝙ que indifferenter solent vt cõiter homines mori inde

Qđli. j. v. vj. arti. j. & i iij. dist. xvij. q. iij. ar. ij. q. v. ad iiij.

sicut euadere: vt decollãdus vel bellum intraturꝰ: vel nauꝛ fragiũ patiẽs vl' acutam febrẽ. Nõ aũt ex ij q̃ qs intrat mare dr̃ periculum mortis in eo esse. Si aũt laico ꝙsitere tenetur iterum totum confiteri, ꝑpter absolutionem ꝓsequẽdã & pnĩam suscipiẽdã: quoꝝ neutrũ laicus facere potuit. Et nota ꝙ si infirmo petẽti sacerdotẽ: interim dum veniret obmutuit: vel effectus phreneticus vel amens sacerdos adueniens siue ad nutum infirmi siue ad testimonium illorũ qui audierunt eum pnĩam petentem vel sacerdotem: debet ei impendere quicqd potest humanitatis: absoluendo: recõciliando: & si sine periculo fieri potest: ei eucharistiam prębẽdo: & si superuixerit admoneatur a prædictis testibus suę petitionis fauisse factũ. & subdatur statutis pnię legibus. Probãt hęc oia. xxvj. q. vj. c. is qui in ifirmitate. et c. si quis corpore. & alijs. c. Signa autem pœnitentię q̃ sufficiunt in hoc casu dicit Hosti. esse qa forte tendebat manus ad cœlum. pectebat pectus suum: dicebat. Deus propitꝰ esto mihi: vel misere mei Beata Maria adiuua me & huiusmodi. Et multo fortius si nutum faciebat cum ꝑsbyter adueniret talib⁹ em̃ & extrema vnctio & eucharistia si põt retinere sunt ministranda. & si tales decedãt contriti: vl' cũ certis signis cõtritionis. vt dictum est. & post mortem absoluuntur ab ecclesia. i. absolutos fuisse in contritione oĩ dũtur. vt oblatio fiat pro talibus. xxvj. q. vj. si aliquis fuerit mortuus. Item nota ꝙ dicit Iulius papa. ꝙ si ꝑsbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus: reus erit animarum. Vera em̃ confessio in vltimo tempore esse potest. xxvj. q. vj. si ꝑsbyter. Et intelligitur ꝙ talis ꝑsbyter re⁹ est animarum: quantum est in se. alias si non potuit moriens habere cui cõfiteret: & non fecerit per eum per cõtritionem saluabitur. Si autem queratur vtrum posset aliquis in fine vitę vere pœnitere? Rñdet bea. Tho. in. iiij. & Pe. dist. in. xx. ꝙ sic. Nam deus qui dat omnibus abundanter nulli gratiã denegat qui quantum in se est facit vt se ad gratiam ꝑparet: Hęc autẽ ꝑparatio sit per modum liberi arbitrij in hac vita. in qua dũ non est adhuc confirmatum malum: põt se prępărare ad gratiam dolendo de peccatis: & gratiã remissionis consequetur. Vnde & Leo papa. Nemo est desperãdus dum est in hoc corpore constitutus: ga nõnunq̃ quod diffidẽtia ætatis differtur: cõsilio maturiori perficitur. de pœ. disti. vij. nemo. Exemplum de latrone cuius tarda fuit pœnitentia: sed nõ fuit sera indulgentia. Quis autem hoc sit possibile: est tamen valde difficile. Et ꝑm Pe. de Pal'. Si talis q adhuc non doluit de peccatis: subito non aduertat se mori: vel quia subito spirat vel fit amens aut phreneticus damnat⁹ est. Cypria. Qualem te inuenit dñs cum vocat: talem te iudicat. de pœ. disti. j. nunqd. Si autem aduertat se mori: sed per vnam horam ante & modicam moram. Jam. in repentinis homo operatur ꝑm habitum. vñ nõ videtur talis decedere ꝓhabituaꝰ in peccato tam repente fiat bonus. Qui vero moriuntur languore pręcedente: quia plus cum habitu sui amatiuo q̃ dei concurrit languor & dolor amati: vix tunc homo pœnitet. Si autem vere pœniteret: saluaretur. Vnde etiam qui seipsos interficiũt: quia tamen pñt in vltimo momento pœnitere: licet non sint in ecclesia sepeliendi: nec sit pro eis publice orandum: tamen occulte põt orari pro eis ab illis qui credunt ꝙ forte dũ occiderent eos querebant deum & reuerebãtur. Hęc Petrus. Augu. etiam magis explicat ea vnde dubitari merito potest de veritate talis pœnitentię. Dicitur enim de pœni. distin. vij. nullus. Nullus expectet quando iam peccare non poterit: arbitrij em̃ quẽrit libertatem vt delere possit commissa: non necessitatem. & j. Quem sero pœnitet: oportet non solum timere deum iudicem: sed etiam diligere iustum & non solum timeat pœnam: sed anxietur pro gloria. &. j. Timẽdum est de sero pœnitente. Quem em̃ morbus vrget: & pœna terret: ad veram vix veniet satisfactionem: maxime cum filij quos illicite dilexit sint ꝑsentes: vxor & mundus ad se vocent. Multos solet decipere serotina pœnitentia. Hæc Augu. Quãuis autem talis si vere pœniteat non damnet: tñ pnĩam quam hic non perficit: ga non potuit: in purgatorio sustinebit: nisi in eo esset tanta contritio ꝙ esset sufficiens ad delendum oĩm culpam & pœnam: qđ raro est. Ray. Cõclusio totius illi⁹. vñ. distin. de pnĩa est. ꝙ vsq; ad vltimum articulum vitę est tps pœnitentię: sed difficultas & raritas ostenditur ex dictis.

Sacerdos morientiũ cõfessiones audiat.

¶ De testamẽtis & executoribus testamẽtoꝝ. Capl'm. III. debet.

Moriẽs qđagat

DEBET ETIAM MORIENS seu infirmꝰ disponere de domo familiæ & substantię ꝓ testamentum suũ si nõ disposuit priꝰ & vt dicit Gratia. dr̃ testm̃ qa eo qsq; libere testat quid de ꝓprijs rebꝰ post decessum suũ fieri debet. xiij. q. ij. §. qa ergo ꝑm Greg. Non aũt referr quibꝰ verbis fiat siue dicat. Petrũ hæredem instituo. vel voluntatẽ meam eius dispositioni cõmitto: qa sic non videtur talis decedere intestatus. eꝫ eo. cum tibi nec curandum de ꝓbis testatoris: dummodo talia sint per quę cõstet de voluntate testatoris. C. eo. l. fi. Perseqens aũt testamentũ semp derogat priori: etiã si in sequenti de priori non fiat mentio: & hoc nisi in duobus casibus. vt dr̃ distin. xviij. c. quoniam quidem. in glo. Primo si sit factum testamentũ inter liberos Secundo si testator ipse legem posuit. puta si in priori testamento dixit. si aliud fecero nõ valeat nisi fecero hocvl' aliud. In his casibus faciendo sec'm oportet facere memoriam de priori. Q̃ si quis velit cassare testam̃tum primũ & non facere secundum: non põt nisi iam post conditum primum sit lapsum decennium & coram tribus testibus dixerit: nolo valere primum. C. de pac. l. pactum.

Nota.

Intestatus decedere quatuor modis: videlicet. Si nullum fecit testamentũ vel si fecit nõ iure fecit. vel si iure fecit: sed postea ruptum fuit. vel fecit nõ iure fecit. vel si iure fecit: sed hæres noluit adire hæreditatem. vt inst. de hęre. quę ab intesta. in princ. Nota etiam ꝙ successio in hæreditate non durat solũ vsq; ad quartum gradũ cõsanguinitatis: sicut quo ad impedimentum matrimonij: sed durat vsq; ad decimũ. xxxv. q. v. ges q̃ ponunt duos gradus vbi canones ponunt vnũ. Fit aũt successio ab intestato isto ordine iure cõi laico moriẽti. Primo succedunt descendentes & ascendentes. deinde collaterales ꝓximiores. vt in aut. de hęre. ab intesta. in pri. His oĩbus deficiẽtibus succedit vir vxori: & ecõuerso. vt C. qñ vir & vxor. l. j. Vltimo succedit fiscus. vt. C. de bo. va. l. j. Clerico quoq; intestato morieti succedunt cognati ꝑm ordinẽ prenotatũ in his bonis q̃ sibi ꝑsonę intuitu ob ecclesiã quasi fiscus eꝫ eo. c. j. Item in rebus acquisitis ꝓ ecclesiam. vt legatis ecclesię & huiusmodi: succedit ecclesia. & hoc intellige vbi res clerici decedẽtis sunt manifeste distincte a rebus ecclesiæ. xij. q. j. manifesta. Nam vbi fuerint confuse: si dubitet an clericus habuerit aliquid ꝓpriũ: ꝓsumit pro ecclesia & totũ sibi vẽdicat. ar. xij. q. iij. quicũ q̃. si vero certum sit ꝙ clericus habuerit: sed nescitur quid vel quantum: dicunt quidam ꝙ tunc locum habet distinctio: quæ ponitur eꝫ eo. c. iij. Sed non est verum: qa potius ibi loquit de clericis qui fuerant serui ecclesiæ: vt ibi nota tur. Sed de alijs clericis debet fieri inter ecclesiam & cõsanguineos æqua distributio in dicto casu. xij. q. iiij. c. j. ꝓsumitur tñ in tali dubio pro eo qui est in possessione rei de qua est quæstio: siue sit ecclesia siue cõsanguineus ille qui possidet & alteri incũbit probatio in ꝯrium. ar. xij. q. iij. c. j. & ij. Clerici quo q̃ indubitãter succedunt suis consanguineis. Religiosi similiter & fratres ꝑdicatores hoc habẽt ex ꝓuilegijs q̃uis sint mendicantes. Inter descendentes quo ad successionem ab intestato est talis ordo. Nam in successione mortui patrisfamilias vel filiisfamilias liberi eius si sunt oĩbus alijs ꝓferentur. Et primi quidem gradꝰ equaliter. nepotes & vlteriores in stirpes non distinguendo sed iij si sunt siue masculus siue fœmina æqualiter. nepotes autem succedunt in stirpem. i. in eam partem quã parentes eorũ si viuerẽt: erant habituri. C. de suc. & l. hæ. l. ij. Ascendentes vero ab intestato sic succedunt. defuncto filio siue liberis parentes si soli sunt succedunt: saltem ꝓgaua gradus. Et si pari gradu sunt pariter succedunt: paterni in dimidia: & materni i alia dimidia: licet disparsit numerus. Sed si cum parentibus sint fratres vel sorores vocãtur ascẽdentibus in gradu ꝓximis in virilem portionẽ. C. ad sena. cõsul. tertul'. aut. defuncta. Collaterales vero sic succedunt cessantibus ascendentibus & descendentibus. Primo vocant fratres: similiter & filij alicuiꝰ fratris prius mortui. Dico de fratre illo & eius filijs: qui quidem frater ex vtroq; parente contingit eum de cuius hæreditate agit: & veniunt in hæreditatem dicti fratres & eorum filij cum parentibus defuncti & cũ proximis gradu ascendentibus & dicti filij fratris ꝓferuntur illis fratribus defuncti: qui sunt ex vno tantum parente cõiuncti defuncto. C. de le. hę. auc. cessante. Post fratres ex vtroq; parente & eorum filijs admittunt fratres & sorores & eoꝝ filij q̃ sũt ex vno latere tm̃. Et etiam isti fratrum filij ꝓferunt patruis defuncti & alijs similibus. Post fratres & fratrum filios admittuntur quicumq; sunt gradu proximiores. Et si pares sunt pariter admittũtur. C. de le. hę. aut. post fratres. & extenditur computatio vsq; ad decimũ gradum: vt dictũ est. ẽ. Naturales aute filij succedũt ab intestato patri deficientibus legitimis filijs & legitima vxore: non in totũ: sed in sexta parte totius hęreditatis. ita tñ ꝙ si mater supereſt: virilis ei portio detur. Qui vero sunt ex dãnato coitu. s. vt ex adulterio vel incestu: ab omni prorsus beneficio excludũtur. vt. C. de natu. lib. aut. licet. Item nota ꝙ si pater habet filios legi-

§. I. QVANTVM AD INSTITVTIO

Instituere hęredem.

nem hęredis. Nota ꝙ in testamento quilibet tenet aliquẽ hæredem instituere: vel aliquod collegium & hmõi sine institutione em̃ hæredis non esset testamentum. C. eo. l. iubemus. Et siqdem testator habeat ascendentes vel descẽdentes: illos tenet hęredes instituere saltem in eorũ legitima. C. de inoffi. testa. aut. nouissima. ꝙ si nõ habet ascendẽtes vel descendentes: tunc ꝑm leges cões põt alios instituere hæredes quoscumq;. Per leges autem municipales seu statuta in quibusdam locis etiam collaterales cõsanguineos non potest certa portione priuare.

§. II. QVANTVM AD LEGITImam.

Legitima triplex.

Nota ꝙ triplex est legitima portio. Vna q̃ est debita iure naturę. & dr̃ debitũ bonorũ subsidiũ. & hæc debet filijs tm̃ qui sine causa exhæredari nõ possunt: & huiꝰ portioni nullũ grauamẽ põt imponi. ff. de inoffi. testa. l. cũ modo. & duabus sequentibus. Et hæc portio est. Si sunt quatuor filij. & ita debent habere insimul tertiam partẽ bonorum. Si sunt quinq; vel vltra debẽt habere medietatẽ eiꝰ: qđ ab eis deferebaꝫ ab intestato. C. de inoffi. testa. aut. nouissima. Et intelligi debet de tractis debitis si qua essent. Itẽ est alia portio. s. quarta falcidia quæ debeꝫ iure institutionis: vt cum aliquis est institutus hæres: & illa hæreditas ẽ exhausta per legata: tunc institutus põt detrahere sibi vsq; ad quartam partem hæreditatis detrahendo de singulis legatis nisi ad pias causas. eꝫ de testa. Raynaldus. ad fi. C. ad l. falci. ꝓ totum. Item est tertia q̃ dr̃ trebellianica: vt cũ aliquis instituꝰ hæres rogaꝫ vt alij restituat hæreditatem: nam talis institutus potest retinere quartam partem de tota hæreditate. C. ad sena. consul. trebelli. per totum. hæc derahitur de vniuersitate hæreditatis & in hac computanꝫ legata & donationes. ff. ad. l. falci. l. in quarta. al's in quãtitate. eo. titu. Notanꝫ hęc eꝫ de testa. Raynutius. & si plures hæredes instituti fuerint: diuident inter se dictas portiões. Hæc quæ dicta sunt de iure cõi. s. sunt. cæterum hoc diuersarum terrarum varia est cõsuetudo: quæ si sit rõnabilis & ꝑscripta seruari debet. eꝫ de cõsue. c. ij.

§. III. AB HEREDITATE EXCLV

In trib⁹ filiũ ex hęreda ri.

duntur hęredes: etiã si sint filij in trib⁹ casibus. Primus cũ pater vel alius est hæreticus: qa bona hæreticorum sunt ipso iure confiscanda. eꝫ de hære. ca. cum ꝑm leges. lib. vj. §. si quis. Tertius si erat patronꝰ: vel habebat aliquod ius seu feudum in ecclesia: quod debet transire ad filios: & ipse interfecit seu mutilauit rectorem vl' clericum illius ecclię: perdit omne ius & oĩm dignitatẽ quã in ea habebat & nihil peruenit ad filios. eꝫ de ꝓc. c. in qbusdã. Possunt q̃q; filij per patrem exhæredari certis ex causis q̃ habẽt in aut. & notãtur extra de iureiuran. c. quintaualis. Sed tamẽ nõ licet parentibus liberos: nec liberis parentes ab hæreditate sua repellere monachos factos: q̃uis dum laici fuerãt in causam ingratitudinis inciderunt. xix. q. vlti. c. fi. alias ve-

timos vel naturales: ꝙuis naturales tunc non possit instituere: pōt tñ eis aliquid dare vel reliquere: quia eis & matri uncia vnā & non vltra: vel soli cōcubinæ semiuncia. C. de naturalibus. l. i. l. matre. Si autē non habet legitime descendentes sed ascendētes: tunc legitima parte relicta ascendentibus: reliqua inter naturales disponere pōt. Q; si nec ascendentes nec descendentes habeat: tunc pōt insolidum naturales hæredes instituere. C. de natu. li. auē. licet. Debēt ergo naturales filij pasci arbitrio boni viri. etiam si legitimi extent & succedant. aut si coniuge viua alij sunt hæredes: & ipsi præstent idē patri si opus sit. vt in dicta. l. & hęc vera sunt de iure cōi. In diuersis tamen locis sunt alia statuta vel cōsuetudines præscripte: q̄ si non sint contra rōnem prḡiudicant iuri cōi: & illis est standum & de eis iuestigandum. Spurij autem. i. nati ex his inter quos non potuisset tunc esse matrimoniū: ꝙuis omni beneficio excludantur ꝑm leges: tamen ep̄i interest facere ꝙ vtriq; parentes eis necessaria subministrent: ꝑm ꝙ suppetūt facultates. ep̄ de eo qui dux. in ma. quā pol. per adul. & in hoc mitius agit canon q̄ lex ciuilis. Si aūt de cōsuetudine est alicuius patriç vel ciuitatis ꝙ mortuo aliquo sine filijs: dñs terræ totum accipiat. Dicit Hostien. tale cōsuetudinē obseruandā si præscripta sit. potest em dñs allegare ꝙ ab initio hoc pactum fuerit: qa terra sua erat. Leuit. xxv. Terra non venditur in perpetuum: quia mea est & vos aduenę & coloni mei estis. Hæres autem ꝑm canones & ꝑm conscientiā tenetur ad omnia debita defuncti siue fuerint ex contractu vel quasi: siue fuerint ex maleficio vel quasi siue res puenerit ad hęredem siue non: siue lis fuerit cōtestata vel non. xvj. q. vj. si episcopum. ep̄ de pig. ex præsentium. de solu. c. j. & de vsu. ca. tua nos. Et hoc intelligē si hęreditas sufficit. vltra em̄ sufficientiā hæreditatis nō tenetur etiam si non fecit inuentarium: ꝙuis secus sit ꝑm leges. Distinguendum tñ inter legata & debita: qa debita tenet̄ sine diminutiōe ꝓsoluere. De legatis vero si sint tot ꝙ non remaneat legitia portio: potest eam detrahere & iterum quartā scḋm quosdam. Idem dicit Hostien. si fuit institutus hęres.

§. V. DE EXECVTIONE TESTAMENTI

Ob; facienda. Vbi notandum circa hoc cōclusionem sum mariā quę trahit̄ ex illo. c. si hęredes. ep̄ de test. ꝑm dīm Anto. & do. Flo. hærede non implente voluntatem testatoris ep̄s eum coger ad exequendum: & per modum vt res ipsi hęredi relictę a testatore ab ep̄o ei interdicātur. Quod verum est etiā si ipse testator prohibuisset. s. ꝙ ad ep̄m nō deuolueretur talis potestas exequēdi: scḋm Innoc. Et ex hoc nota practicam scḋm dīm Anto. compellendi hæredem ad exequendū testamentū defuncti: qa. s. possunt ei interdici reddit⁹ & emolumenta: & auferri ei vt satisfaciat volūtati defuncti. Sciendū tamen ꝙ ea quæ anferunt̄ ab hærede hō implente voluntatem defuncti: non applicant̄ episcopo vt sibi imburset: sed vt dispēset & distribuat vt voluntas defuncti impleatur. Vnde non debet illa in occulto appræhendere: sed publice. ad hoc quod notat in. l. nulla. C. de epis. & cleri. Notandum etiam ꝙ hæredes debent infra annū a die admonitionis ad implere voluntatem defuncti. vt in auē. de hære. & fal. §. si quis ꝙo. vbi dicit glos. ꝙ sufficit vna monitio: qđ cōiter tenet̄. & hoc nō solū in relictis ad pias causas: sed etiā in relictis ad nō pias causas. Post lapsum aūt anni a die monitionis sibi factę sup huiusmodi: si nō impleuerint hæredes voluntatē testatoris: poterint priuari hęreditate & oīb⁹ bonis relictis: vt notāt Bar. Bal. Angelus. & Imola. & Inno. Sed quantum ad hoc vt possit hæredi auferri id qđ est relictum ad pias causas: cū omni emolimēto ipsi⁹ nō requirit̄ lapsus anni: immo sufficit el lapsus sex mensiū ab insinuatione seu publicatione testamēti: vt in auē. de eccle. ti. l. si aūt legatū. scḋm Imolā. Et plus dici poterit: ꝙ si hæres sit negligēs in adimplendo defuncti voluntatē: poterit ep̄s etiā non expectato anni elapsu ei interdicere quicqd ei fuerit relictum cū fructu & emolimēto: vt ex hoc impleat̄ volūtas defuncti. Et hoc videt̄ innuere text⁹ huius decre. & gl. scḋm vnā lec. & hoc volūt do. An. & do. Flo. Itē cū in relictis ad pias causas nō videat̄ requiri aditio hæreditatis. vt no. Barto. poterit ep̄s statim mortuo testatore monere hęredē: vel illū qui implere debet: sed ī alijs relictis. s. ad nō pias causas non poterit monere hæredē antęq̄ adeatur hæreditas. vt no. Imol'. post Pe. de Ancha. Et nota ꝙ nō solū in relictis ad pias causas spectat defensio et executio ad ep̄m: sed etiā in relictis ad nō pias causas. Ad hoc facit textus huius decre. si hęredes. indistincte loquēs. & eo. ti. indicante. Et hoc voluerunt Inno. & Host. Goff. & glo. huius. c. hoc videtur innuere. licet glo. aliud tenuerit. eo. ti. c. tua. & c. relatum. et forte non bene: cū negare nō posset̄ saltem ratione delicti contracti veniendo contra voluntatē defuncti: pertineat hoc ad ep̄m. ē. de iudi. ca. nouit. ꝑm Goff. cū quo residet Ioan. and. qui ex hoc videt̄ tenere cū hac glo. Et hanc opi. sequunt canonistę in. c. Ioannes. eo. ti. &. xj. q. j. Syluester: & ibi ꝙ Arch. ꝑm do. Flo. s. Zab. q hanc opi. segtur. licet Pe. de Ancha. aliud tenuerit. Hoc aūt practicatur cōiter in relictis ad pias causas. in relictis aūt ad nō pias causas non practicaē. Et licet hoc sit magis impeditū: tamen opinio huius glo. cōiter de iure tenet̄: pro qua facit text. ꝙ ꝓcedit quando ep̄s vellet ex officio facere per viā executionis ꝙ ꝓdicta: alias si per viam actionis vel libelli adeaē: tūc nō poterit se intromittere contra laicos in relictis nō pijs. vt no. Ioā. an. in. d. c. Ioannes. cuius opi. sequunt cōiter canonistæ. & Arch. & do. Flo. quæ opinio ꝓcedere potest scḋm canones: scḋm quos ep̄s indistincte pōt se intromittere circa executionem testamēti. vñ hæc opinio ī terris ecclesiæ seruanda est: sed nō ꝓcedit scḋm leges: cū ꝙ leges satis ꝓuisum sit cōtra negligentiā nō implentis volūtatē defuncti. vt in auē. de hære. & fal. §. si qs aūt. Vñ scḋm. l. ꝓcedit opinio Pe. de Ancha. qui tenuit ꝙ in relictis ad non pias causas ep̄s nō possit se intromittere: nisi sint relicta personis debilibus & miserabilibus. & sic hæc opi. in terris imperij seruāda erit scḋm Imo. qui tñ non se firmat hic cum ex hoc induceret̄ correctio iurīū quæ vitāda est. de elec. c. cū expediat. lib. vj. Vñ reducēdo talia iura ad cōcordiā dicit ꝙ distinctionē: qa aut ipse ep̄s data negligētia hæredis etiā in relictis ad nō pias causas vult se intromittere in subtrahendo fructus & alia emolimenta: vt voluntas defuncti impleat̄: non aūt ad priuationem hęreditatis: & hoc potest ep̄s facere. & ita ꝓcedit text. huius ca. si ep̄s. aut vult ep̄s se intromittere priuando hęreditate hęredē: & in hoc non poterit se intromittere. s. ad finē vt capiat hęreditatē & distribuat: sed monēdo vt deseraē personis de quibus in auē. hoc amplius & facere poterit. Sed ꝙuis posset ep̄s in hoc casu monere: non tñ poterit se intromittere vt sibi applicet cū nō reperiaē hoc iure cautum in relictis ad nō pias causas: & ita cōiter practicaē: vt in relictis ad nō pias causas ep̄i nō se intromittant: & si ep̄s sit negligēs in exequendo: recurrēdum est ad metropolitanum qui succedit executioni testamenti. vt in auē. de eccl. ti. §. si quis autem. scḋm Hosti. & Ioan. an. qui etiam dicunt ꝙ licitum est cuilibet hanc quæstionem mouere & sollicitare vt causę pię modis omnibus impleantur. Hoc etiam voluit Imo. post Pe. de Ancha. dicens etiam ꝙ si tertius possideat bona testatoris qui reliquit certam quātitatem pauperibus: & sic ad piam causam: poterit episcopus illum cogere ad soluēdum & dimittendum bona. vt notat Bal.

§. VI. VTRVM FILIVS VEL ALIVS

extranę⁹ instituę⁹ hęres si nō implet relicta ad pias causas priuet tota hęreditate etiā legitimaē Glos. sup. d. c. si hęredes ponit diuersas opinio. Sed Hosti. dicit ꝙ non solū exclusus: sed etiam filius vel alius attinens si non implet relicta ad pias causas priuaē tota hęreditate si sit cōtumax: & hoc in fauorem relictorū ad pias causas: vt vota defuncti adimpleantur introductum sit vt crescente eius pruncia possit priuari tota hęreditate: & etiam naturali debito. Nam & in talibus relictis cessat falcidia. C. ad. l. fal. authēntica. si tñ eum pœniteat non denegaē ei eleemosina secūdū Hosti. cū quo residet Ioan. and. hic. quā opi. sequi videtur etiā Archi. in. c. Sylueſter. xj. q. j. & Cal. in quadā disputatiōe. & Pe. de Ancha. & do. Anto. qui cōcludit ꝙ si relictū sit factū ad piā causam practica erit cōtra ipsum hæredem negligentem implere: ꝙ primo interdicāt ei reddit⁹: & ex eis fiat solutio si ex illis satisfieri possit. Si autē ex illis satisfieri non possit: & adhuc pseueret in cōtumacia: tūc exigente cōtumacia poterit tota hęreditate priuari: siue sit filius siue alius descendens siue sit extraneus. In relictis vero ad nō pias causas similiter eligenda erit hęc via. vt primo satisfaciat de reddit⁹: & postea ꝓcedat ad priuationem etiā

Cogit hęres æquī.

nem etiā ex toto: si sit extraneus hæres & in ꝓtumacia perseueret. Si vero filius & hmōi: tunc relicta sibi legitima priuabit̄ toto residuo. Sed do. Flo. tenet ꝙ filius tā in relictis ad nō pias causas q̄ etiam in relictis ad pias causas: nō priuaē legitima. ꝓpter hmōi negligentiam vel cōtumaciā cum illa no ꝓueniat sibi ex voluntate defuncti sed ex dispositiōe iuris. Sed Imol'. post Pe. de Ancha. dicit ꝙ si hæres est negligens in implendo relicta ad pias causas: tūc deuoluit hæreditas & executio relictoꝝ piorum ad ep̄m vt hic in. c. si hęredes. In alijs relictis q̄ ad pias causas: tunc deuoluit executio & emolimentum ad personas de quibus in dicta auē. ij. §. si qs non implens. nisi testator deputauerit specialem executorem: per quod appareat ꝙ ipse testator priuauit hęredē ipsum potestate exequendi. Nam tunc non implens nō priuaē hęreditate. vt notat Bart. in dicta auē. hoc amplius. & hoc quando hæres priuaē hæreditate ex dispositione iuris propter negligētiam nō implendi. Si vero priuetur ex dispositiōe defuncti: vt qa testator apposuit pœnam priuationis in casu negligentiæ vel dilectiꝰ & tunc si prouidit ad quē deuoluatur hæreditas ad illum de quo uoluitur: sed si nō prouidit cui applicet: recurrendū est ad notata ꝑ Bar. in. l. vxorem. §. leges. ff. de leg. iij.

§. VII. DE TESTAMENTO QVOD

qđ testa mētū co rā sacerdote pa rochiali & li ualidum.

fit corā sacerdote suo parochiali & duobus vel tribus idoneis testibus tñ vtrum sit validum. c. cū esses. de testa. do. Flo. summat ꝙ est validū: nec in terris ecclesiæ valet contuetudo in cōtrarium. Vbi sciendū ꝙ glos. ibi tangit quatuor opiniones circa hoc seu lecturas huius capituli. Prima est ꝙ loquaē solū in relictis ad pias causas & non alijs & hęc reprobaē. Secḋa est ꝙ loquaē generaliter & indistincte scilicet ꝙ sit validū tale testamentum vbiq; & sic deroget oībus legibus dicentibus contrarium. Et hæc fuit opinio Ala. Goff. Lau. Hosti. Bar. Brix. quam etiā dicit do. Anto. esse magis de iure: licet contrarium fiat in practica. Tertia lectura est ꝙ ī foro ecclesiastico seruetur hoc vbiq;. s. ꝙ sit validum testamentum: sed in foro sæculari vbi ꝑm leges iudicatur nō habeat locū. Quarta opinio est vt summatū est. s. ꝙ tale testamentum sit validum in terris ecclesiæ tñ. Vnde Io. an. declarando materiā dicit hoc cōiter obseruari. qa aut loquimur in relictis ad pias causas: & tunc sufficiunt duo testes idonei siue in foro ecclesiastico siue sæculari. ꝓ id quod habeē in. c. relatum. ij. aut loquimur in non relictis ad non pias causas: & tunc aut loquimur in terris subditis ecclesię: & seruāda erit decretalis. cū esses. vt. s. valeat testamentum cū presbytero parochiali cum duob⁹ testibus aut loquimur in terris imperij: & tunc dicit seruari ꝙ testm̄ non valet nisi intercedat solēnitas requisita ꝓ legem ciuilē. & hæc opi. consuetudine roborata seruanda videt̄ per illud qđ habeē. ff. de legi. l. minime. Hanc opi. sequi videtur Fede. de Senis in cōsi. Pe. de Perusio. & Pe. de Ancha. & do. Anto. & do. Flo. cōcludēs ꝙ in terris ecclesiæ testamēntū etiā quo ad dispositā nō ad pias causas: dum tñ fiat corā presbytero parochiali & duobus testib⁹ idoneis sit validum. Et ꝑm hoc recedit̄ a iure ciuili solum & in his terminis ad hoc vt euitet̄ legū correctio. In dispositis vero ad pias causas valet vltima volūtas etiā in terris imperij cū duobus testibus: etiā sine presbytero parochiali.

§. VIII. TESTAMENTVM VEL VLTIMA VOLVNTAS VALET,

Vltima volūtas ad pias causas valet factū coram duobus testibus. Hoc summatim habeē in. c. relatum. j. ꝑm Ioan. an. & Flo. vbi nota ꝙ oportet ꝙ sint hi duo testes legitimi: vñ non sufficeret si essent minoris ętatis vl' infames & hmōi: tñ si essent mulieres hi duo sufficerēt: qa in relictis ad pias causas mulieres sunt idonei & legitimi testes ꝑm Barto. & Bal. in. l. j. C. de sacrosan. ec. dicit ꝙ in relictis ad pias causas cessat oīs solennitas iuris positiui: & sufficit solennitas iuris gentium & diuini. Et hoc videt̄ esse de mente Ioā. an. dum dicit ꝙ sufficiant duo testes idonei in relictis ad pias causas in oī foro: etiā in terris imperij. Item nota ꝙ causa pia seu ecclesiastica si tractet̄ coram iudice sæculari: terminari debet ꝑm canones & non ꝑm leges: & hoc communiter tenent doc. & nō solum in terris ecclesiæ: sed etiam in terris imperij. Imo. post do. An. dicit etiā ꝙ si statuto cauet ꝙ non valeat testamentū vel vltima voluntas nisi fuerit positum in memorialib⁹ vel registratū: tale statutū non habet locū in relictis ad pias causas: qa laicus in hmōi nō potuit statuere. Silr si statutū dicat ꝙ mulier nō possit testari sine cōsensu cōsanguineoꝝ: tñ poterit testari quo ad pias causas & valebit. Itē vltima volūtas tendens ad piā cām ꝓtinet ad iudicē ecclesiasticum: & corā eo pōt tractari qđ facit vt relictum ecclesię vel pauperi etiā laico possit peti: etiā corā iudice ecclesiastico: etiā si pro tali relicto sit prius laicus conueniendus: vt voluit do. Anto. in. c. significasti. C. de offi. deleg. Et plus tenuit Bal. in. l. si quis. C. de epis. & cle. ꝙ ep̄s vt ꝓcurator pauperū vel eius ꝓcurator seu syndicus corā suo vicario possit petere se mitti ī possessionem ex ædicto si pauperes sunt instituti hæredes: & ita quotidie practicaē. & voluit Imol'. post Pe. de Ancha. Item sicut in relictis ad pias causas sufficiūt duo testes ꝑm do. Flo. ꝓ regulā de reg. iur. quod aliqui intelligūt qñ priꝰ relictum fuit etiam facto coram duobus testibus. nā si fuisset̄ ꝓ testamentū solēne in relictis ad nō pias causas: nō reuocaretur ope exceptionis nisi sit facta reuocatio coram quinq; testibus relictū seu testamētum factū ad nō pias causas. Sed si fuerunt facta relicta ad nō pias causas ꝓ solēne testamentum: & postea fit reuocatio eoꝝ: faciēdo testamentū ad pias causas ꝓ relictum scḋo factū ad pias causas. ꝑm Pe. de Ancha. & Ioan. an. in additione speculi. Itē similiter si volūtas fuit ꝓfecta rōne volūtatis sed non publica prout testator voluit: vt qa testator testamentū manu sua cōscripsit volēs postea illud redigi in publicā formam ꝓ tabellionē: sed morte vel furore præuen⁹ est anteq̄ tabellio & testes venirent valebit testamētū tale inter libe ros & quo ad pias causas dūmodo constet fuisse scriptum manu illi⁹ testatoris ꝑm Imol'. Itē regulariter non possit decedere qs partim testat⁹ & partim intestat⁹. vt. ff. de reg. iur. l. ius nostrū. tñ in relictis ad pias causas pōt qs decedere partim testatus & partim intestatus: cum de iure naturali nō sit ꝙ qs decedat vel in totum intestat⁹ vel in totum testatus. Vñ si qs disponat expresse ꝙ velit certā partem suorū bonorū deuenire ad certam piā cām: puta dimidiā partē & nō totū: talis decedit ꝓ parte testat⁹. s. ꝓ illa dimidia legata ad piā cām & valebit: & ꝓ ꝓte intestat⁹. s. ꝓ residuo ꝑm Pe. de Ancha. Item licet in institutio facta ꝓ mutum non valeat. vt. C. eo. ti. l. iubem⁹: tñ in relicto ad pias causas valet ꝑm Imol'. Item licet regulariter relicta in testamēto nō valeant nisi adeaē hæreditas. vt. l. si nemo. ff. de testa. tñ legata facta in testamēto ad pias causas valent: nec reget additionem hæreditatis ad eoꝝ cōfirmationem cum in ipsis relictis ad pias causas cesset̄ solēnitates iuris ciuilis. ꝑm Bar. & Bal. vt refert Pe. de Ancha. qđ nō transit sine dubitatione ꝑm Imol'. Committens extremam voluntatē suā dispositioni alterius non dī decedere intestat⁹ sed testat⁹. ad pias tñ causas sic summat Inno. c. cū tibi. de testamētis. Vbi nota ꝙ multæ & varię lecturę ponūt̄ a diuersis & varijs doctoribus huius decretalis quarum aliquę notant̄ in glo. alias tangunt alij. Sed omissis oībus alijs Inno. dicit ꝙ ꝓ hęc verba. s. cū qs dicit volūtatē meā cōmitto dispositioni talis: intelligitur voluisse ꝙ oīa bona sua ꝓ tali in pauperes & pias causas expendant̄: & ideo videt̄ decedere testat⁹. Si autem voluisset expendi alio modo q̄ in pias causas: & tunc decederet intestatus ꝑm Inno. prout refert Io. cū hac lectura transiens q̄ cōiter tenet̄. Hostiē. tñ dicit aliter. s. ꝙ intendēs testari cū dicit oīa bona mea committo dispositioni Petri. vel ꝓ verba similia intelligit̄ testatus. Sufficit em̄ ꝙ exprimat ad quem vel ad quos vult bona sua cōuenire. C. eo. ti. l. fi. Nam sufficit testatori dicere: hereditatis meæ dñs esto: licet nō dicat hæres esto: de verbis em̄ nō est disputandum vt ꝓcureē peritio. Nam testatores aliq̄n abusiue loquunt̄ & nesciunt dicere instituo. ff. de lega. I. iij. & remittit ipse Hostiensis ad notata in summa sua eo. tit. §. qualiter. & hæc lectura Hosti. satis videt̄ esse de mente glo. & placet do. Flo. & magis videt̄ adaptari literę huius. c. q̄ ꝓcedēs. vñ & de iure videt̄ verior ꝑm Imol'. Sed licet hęc lectura sit verior de iure: tñ cōiter approbaē opi. Innocen. dicentis ꝙ per talia verba in textu huiꝰ. c. expresse ille cuiꝰ dispositioni ꝓmittit intelligit̄ hæres institut⁹: cū hoc vt ad pias causas distribuat. ꝑm Anto. & do. Flo. vñ practica erit obseruanda: esto ꝙ nō bene probeē iure. Est em̄ fauorabilis animę: & ideo amplectāda ꝑm Imol'. Et hanc opinionem cōem videt̄ tenere Barto. in. l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. Idem etiā Bar. dicit ꝙ si testator dicat bo-

na mea & aĩam cõmitto in manib⁹ Titij: valet talis dispositio & interpretabit vt testator itelligat dixisse: facio Titium heredem ꝓ pauperib⁹ Christi. qđ etiam tenet Pe. de Ancha. Item quãdo testator instituit hæredes suos simpliciter non dato aliquo executore: veniunt noie hæredum pauperes domicilij testatoris: vt notat ꝑ gl. in. c. j. eo. ti. vj. & loco ipsoꝝ pauperũ veniet eps loci qui loco heredis habebit ad distribuendum inde pauperibus: ꝙ si sit datus executor ad eligendũ & distribuendum inter ipsos pauperes: tunc talis executor seu cõmissarius habebit loco hæredis directi. per no. in ista. c. & in specu. in ti. de istru. scd'm Pe. de Ancha. qui etiã dicit ꝙ talis põt eligere in pauperẽ consanguineum suum si sit pauper. dist. lxxxvj. nõ satis. & etiam spuriũ vsq; ad quantitatẽ sufficientẽ pro alimentis & non vltra. Si autẽ testator nõ instituat pauperes christi sed christũ hgredẽ: tunc veniet vt hæres ecclesia cathedralis domicilij testatoris ſm Imo. Item si testator dixit ꝙ volebat executioni mandari q̃ dispositum erat quadã in schedula cõmendata guardiano minorũ: si cõstet illã schedulam manu testatoris scriptam cõparatione literarum vel alio modo: executioni mandabunt in illa cõtenta vel scripta: cum valeat talis dispositio, vt notat Imola post Bar.

§. IX. DE EXECVTORIBVS TESTAMENTORVM

De executoribus non standa.

ne natione sepulturæ quõ teneantur ad eam prędicatores & minores.Not.in cle.dudũ.de sepul. vbi inter cætera sic dr̃.Cõstituimus & ordinam⁹ vt prędictoꝝ ordinũ fratres de obuẽtionib⁹ omnib⁹ tã de funeralibus ꝙ de qbuscũq; & quõcũq; relictis distincte vel indistincte ad quoscumq; certos vel determinatos vsus:de quibus etiam quarta seu canonica portio dari siue exigi nõ cõsueuit vel nõ debet de iure; necnon de datis;& qualitercũq; donatis in morte seu mortis articulo:aut in infirmitate donãtis seu dãtis:de qua decessit quõcumq; directe vel indirecte fratribus ipsis vel alijs pro eisdem quartã partẽ: quam autoritate aplica taxamus & limitamus:parochialibus sacerdotibus & eorum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur: factu ri & curaturi ne qd̃ in morte ab infirmis hmõi dandũ fra tribus ipsis existimẽt in eorũdẽ dãtiũ seu donatiũ sanitate sibi dari vel donari ꝓcurẽt:in ꝙbus ꝙ ipsos vtandis eorũ intẽdimus cõscictias onerare.& paulo post. Vltra portionẽ aũt hmõi nil valeant parochiales & rectores curati aut prælati exigere supradicti.& paulo post,Cõsuetudines cõuentiones statuta & pacta inquãtũ sunt ꝑmissis vel alicui ꝑmissorũ cõtraria penitus reuocamus. Nota ꝑm Fran. de Zab.super ista cle. Primo ꝙ ius sepulturæ non cõpetit ecclesijs nõ parochialibus:nisi specialiter ei cõcedatur : sicut hoc cõcediť fratrib⁹ ꝓdicatorib⁹ & minorib⁹.vt in ista cle mẽ.paulo.ẽ.Scd'o not.ꝙ cũ q̃rit vtrũ dicti fratres possint processionaliter cũ cruce ingredi parochiã inuito rectore ad susciꝑiẽdũ fun⁹ ei⁹ q̃ elegit apud eos sepeliri? Pe.de Ancha.tenet ꝙ sic:quia hic ꝑmittitur fratrib⁹ liberã sepulturã habere:& vno ꝑmisso ꝑmittuntur ꝓparatoria:necessaria.de offi.de l.c.Prꝛterea.Sed Fran.de Zab.dicit ꝙ contrariũ obseruat:quia nõ leuať funus nisi iubẽte sacerdote parochiali:& hoc tutius ne detur materia rixę:sed qd̃ dicit Fran.alicubi non seruatur.Nota tertio ꝙ quo ad fratres, de quibus his canonica portio limitata est ad quartam.Et ad taxationem ꝑm Lau.de Zen.non licet recedi cum sit ꝓ palis.di.xix.in memoriã.In alijs aũt casibus quanta sit hęc canonica statur consuetudini: vt in.c.certificari. de sepul. Nota quarto. ꝙ si nõ relinquat aliqd fratribus prędictis ab eo q̃ apud eos eligit sepulturam:sed frater aliquis ex eis datur executor ad certã summã distribuẽdam arbitrio suo: & ipse distribuit in fratres glo.Io.an.sup verbo oĩbusob uentionibus,refert quãdã declaratoriam emanasse a Boni facio.viij.de qua ipsa glo.mẽtionẽ facit ꝙ canonica debetur.& idem dicit glo.q̃n decedens nihil relinqt fratribus: sed mãdat executorib⁹ vt ipsis fratrib⁹ dent aliquid vel ꝓmittant ꝙ quarta debeť.qd̃ etiã teneť Frã.de Zab.& Pau. q etiã dicit locũ hr̃e hoc:nõ tãtũ de relictis ad determinatos vsus siue indeterminatos : & hoc siue sit vsus sacer. vt pro cõstruẽdo capellã:siue nõ sacer vt pro victu. Quinto no.sup ꝛbo funeralib⁹ q̃ dicãtur funeralia,& dicit gl.ibi ꝙ declarauerat Benedictus in sua decretali . inter cunctas. illa esse q̃ cũ funere ferũtur:statuens ibi de cãdelis q̃ dãtur ad manus quartã nõ deberi,Sed qa reuocata est illa cõstitutio puto etiã ex illis candelis deberi:& licet hoc sit rigorosum:hoc tñ non vult lr̃a ista & verbum oĩbus.puto etiã teneri eos de his q̃ legantur ꝓ missis dicẽdis.Fran.vero de Zab.post Pau.& Lau.dixit funeralia esse bona quæ obueniunt eccl'ię rõne funeris:siue ante corpus condiũ in terra siue post:& de his debeť canonica. Sexto q̃rit Fran. quantum durent funeralia an.ſ.dũ corpus traditur sepulturę:vſ per totã illã diẽ vel per septimã:vel.xx.vel.xxx.diẽ vl'an niuersariũ.Recitat super hoc diuersas opiniones & nõ clare soluit.In septima tñ quæstione vbi q̃rit quid de ãniuersario.xx.vel.xxx.recitat Paulum dicẽtẽ de his oĩbus debere:qd̃ asserit sibi placere.Et subdit.Consuetudo tñ nõ haber ꝙ detur canonica nisi de his q̃ cũ funere deferunť:vel q̃ offerunť dũ funus est in eccl'ia.Dicit etiã Fran.post Lau. ꝙ si cũ funere ducuntur equi cũ armis de his deberi quarta.Nota septimo ꝑm glo.ꝙ cum hæc cõstitutio sit iuris veteris correctoria:& sit restringẽda.extra de reg.iu.q̃ a iure, ad alios q̃ ad minores & ꝓdicatores nõ est extẽdenda. Refert tñ Fran.de Zab.Io,an.ĩ apostil,dicere ꝙ Ciemens. v. prorogauit eã ad eremitas.Ioan.xxij.ad cármelitas. Vnde si qs eligeret sepulturã apud sorores ordinis minorum vel prædicatoꝝ:cũ hæc cõstitutio sit restringẽda: nõ habet locũ in eis,ꝑm Frã.de Zab. Octauo no.ꝙ si testator legatum soluit in vita:nihil omin⁹ debeť quarta : qa videť soluere vt legatum ꝑm glo.Pau. &Fran. Nota nono ꝙ si defunctus perierit cũ habitu dictoꝝ fratrũ sepeliri:nihilominus quarta debebiť ꝑm glo.Pau.& Fran.Nam & si ad eorum religionẽ trãsierit in ęgritudine de qua decederet debetur quarta.Nota decimo:ꝙ si defunctus mandauit aliqua dari singulis fratribus ad eorum cõmoditatẽ : puta emptionẽ librorũ vel vestiũ:de hmõi etiã debeť quarta ꝑm glos.

notabile

notandum quare parochialibus cenmatis & bitis fit professio in capitulo minoresꝑ virtutem obedientię nimio.

Pau.& Ioan.de Lig,& Frã. ga negari nõ põt:quin illud sit relictũ monasterio cũ non possit religiosus capere.xij.q.j. non dicatis.Item si defunctus reliquit alicui ꝙ in ecclesia fratrũ faciat cõstrui capellã & emat illi ornamẽta:nihilominus etiã debetur quarta ſm Io.de Lig. qđ placet Fran. Vndecimo nota ꝙ si testator donauit in mortis articulo vel legata in vita soluit:postea ecclesiæ sepultura interdicitur:ita ꝙ ibi sepeliri nõ potest:dicit Paulus ꝙ nihilominus debebit canonica.Et idẽ dicit videri si casu alubi sepelitur:quia forte apud primos non potuit deportari:sed cõtrarium tenet Fede.in consilijs.Et idem Franciscus de Zaba.dicens ꝙ si perpetuo debet remanere,sepultus in alia ecclesia:solum de relictis illi ecclesiæ: vel de funeralibus dabitur canonica:quod probat per literã huius Clemen.vbi determinatur quartam dandam solũ ab ecclesia in qua gs sepelitur.Duodecimo nota prędictos fratres non teneri ad hanc quartam de his quæ relinquuntur eisdẽ per eos qui apud illos non sepeliuntur ſm Inn. Ab.& Arch.& glo.Et hoc est verum nisi fieret in fraudem:vt scilicet moriens ꝓ terea alubi eligeret sepeliri ad suggestionẽ fratrũ qbus legat ne teneantur ad quartã:quia tunc debetur quarta.Nota tredecimo ꝙ si eps sepeliatur in monasterio mendicantiũ:nihilominꝰ canonica debeť.& hoc cathedrali ecclesiæ q̃ est parochia epi: & ibi debet iacere:nisi aliud disponat ſm Frã.Nota decimoquarto ꝙ si scholaris in studio eligit sepulturã apud fratres & eis legauit de bonis quę habet in partibꝰ suis:ꝙ quarta dabitur prout probabiliter dici põt illi eccl'esiæ:in cuius parochia pro maiori parte anni moram traxit obseruatur tñ ꝙ detur quarta parochiali ecclesiæ in qua morabatur tempore mortis & hoc quãdo ecclesiæ sunt diuersarũ diocesium:quia si essent in eadẽ diocesi tunc fieret diuisio inter ecclesias. Nota decimoquinto ꝙ dicta quarta potest peti & a fratribus & ab hæredibus ſm glo.& Paulum:qui etiam dicit ꝙ si hæredes soluunt curatis liberati videntur a fratribus saltem ope exceptionis doli.Fran.dicit ꝙ glo.est vera antecq̃ soluãtur legata possent curati quartã vendicare:sed si antecq̃ vendicent soluta sint legata fratribus:nihil amplius potest ab hæredib9 peti:ga soluerunt vt mandauit testator:per hoc litera ista quæ nihil mandat hæredibus: sed tãtum ipsis fratribus ꝙ tantum quartam soluant qđ tenet Zen.Si tamen hæredes soluerunt quartã curatis.tunc procedit dictum Pauli.ꝙ si fratres petant integrũ legatum poterunt excludi exceptione doli.Nota sedecimo ꝙ fratres ꝓcurantes fraudes circa istam materiam:vt quia procurãt relinqui sororibus sanctæ Clarę: vel amicis,de quibus confidant qui non tenentur ad canonicã,quæ exempla ponit Paulus & hmõi.ꝙ in hoc casu tenentur ad duo,s.ad restitutionem eoꝝ in quib9 damnificati sunt curati:& quo ad rationẽ corã deo,ꝙ si fratres qui procurauerunt hanc fraudẽ non sunt absoluendi. Dicit Lau.ꝙ per ordinẽ fiat restitutio iuxta ordinẽ positũ de ꝓuiſ.clemen.religiosi.Nota decimoseptimo & vltimo ꝙ ad quartã istã soluendã nõ ꝓñt cõpelli ꝓ ordinariũ:nec ratione huius habet iurisdictionem aliquã cõtra eos: quia obstant eoꝝ exẽptiones.Per clemen.eñ istam reuocantur priuilegia quorumcũq; etiam exemptoꝝ:inquãtũ impedirent solutionẽ quartæ:sed per hoc nõ tolluntur priuilegia exemptionis:cũ obligatio ad quartam possit esse durante exemptione,Sed coertio fit per iudicẽ.s.papam vel legatũ:nisi aliud cõcederetur ordinarijs ſm glo.& Pau.licet aliqui cõtrariũ dicant.Sed nota ꝙ Io.xxij,qui promulgauit clemen.cõcessit ordini prædicatorum priuilegium ꝙ delegatis ad perpetuũ cultum factũ ecclesijs ipsius ordinis ab eligentibus ibi sepulturã:aut etiã pro fabrica pitantijs victu & vestitu:vel anniuersarijs septimo,xx.vel.xxx:aut etiam de his quæ absolute fratribus legãtur in vltimis voluntatibus;nec fratres nec executores testamentoꝝ teneantur aliquibus ecclesijs ad canonicam portionem. Qđ priuilegiũ fuit postea per Greg,xj,& per multos alios innouatũ:sed ga ipse Ioannes post cõcessionẽ priuilegij ꝓmulgationẽ fecit clemen,& in ꝓmulgatione constitutiones instituuntur,& habent vigorẽ.ideo aliqui doctores dicebãt clemen.frangere & tollere ipm priuilegiũ. Alij contra ꝙ priuilegiũ frangebat:tandẽ Martinus,v. innouãs dictum priuilegiũ declarauit.ꝙ non obstante clemen.dudũ:nõ tenemur ad canonicã portionẽ.Similr ibi declaratur ꝙ illud verbũ priuilegij salua iustitia illarum ecclesiarum de quibus mortuoꝝ corpora assumunt: nõ intelligit de his de quibus fit mẽtio in priuilegio.de quib9 nõ debem9 soluere quartam:sed de alijs puta funeralibus.Sic ergo de funeralibus debemus quartã dare:nõ aũt de legatis. Et quæ sint funeralia iam dictum est.Vnde de ipso tenore ipsius priuilegij plenius,ẽ.in.j.parte vbi plenius habetur.

§.VIII.DE SEPVLTVRE PROHI

bitione.In ecclesia vel cæmiterio siue loco sacro non dñt sepeliri in fraſcripti.Primo null9 infidelis nec iudæus nec Paganus nec Hereticus etiam si post mortem appareat de hæresi.de cõse.dist.j.eccl'iam.&.xxiiij.q.ij.sane.Sec'o ,phibẽt moriẽti in torneamẽto.Et exponit Host. etiã si gs ibi vulnus letale accepit:licet postea suꝑuixerit:q̃ cuius pœnitet & ei eucharistia nõ negeť carebit tñ ecclesiastica sepultura.extra de tornea.c.j.hoc tñ de illo intelligit:q venit cã exercẽdi se in torneamẽto.Et ſm Guil'.de armigeris eoꝝ q eis in armis seruiũt:secꝰ de astãtib9 cã curiositatis & hmõi extra de tornea.c.ij. Tertio prohibeť sepultura illis qui se occidũt.vt.xiij.q.ij.quibus,&.xxiij.q.v.placuit.qđ intelligendũ est ſm Guil'. si interfecerunt se ex desperatione vel iracundia:secus si ex fatuitate.& hmõi. Vñ sic dicit Ber.extra.e.ex parte.Si gs propter fugã pręcipitaret se in aquam. quia sic credebat inde euadere: nõ imputaťr ei & si contrariũ eueniat:& hoc cũ pro bono & licito hoc facit.ar.distĩ. xiij,nerui.&.xxiij.q.v.de occidendis.Quarto ,phibeť ei de quo est certũ & manifestũ nõ fuisse confessum:vel non cõmunicasse semel in anno:extra de pœ.& re.c.ois.Et hoc intellige nisi se sup hoc emendasset in articulo mortis confitendo & cõicãdo:vel saltẽ signa cõtritionis & hmõi emẽdationis ostẽdisset in fine:ga tunc non negabit sepultura. qđ etiã dicit Io.de lmo.Quinto ,phibeť monacho qui reperitur ,ꝓprietarius in fine extra de ſta.mo.c.sup quodam. talis debet sepeliri in ſterglinio.Sexto blasphemus dei extra de maledi.in fi.Septimo gñaliter qlibet notorius pecator decedens in ipso notorio mortali est priuãdus sepultura ecclesiastica.xiij.q.ij.qbus.&.c.nõ aestimemus.Et hoc locũ habet si nõ sint ecclię recõciliati ꝓ pniam: vel si non apparẽt saltẽ signa cõtritiõis in eis:ad qđ ,pbandũ sufficit vnꝰ testis,xxv.q.vj.q.vj.q recedũt.ga tũc sepeliẽdi essent.Sed hęredes tenenť satisfacere ꝓ eis.extra eodẽ.parochiano,excepto tñ eo q morit in torneamẽto.vt dictũ est.Itẽ ,phibeť sepultura manifestis vsurarijs.Item tꝑ interdicti illis de illo loco vbi est positũ interdictũ dũ durat. Itẽ excõicato excõicatiõe maiori etiã iniuste.xxiiij.q.ij.sane.Itẽ excõicato etiã minori qñ.s.hoc est notoriũ ſm Guil'. De his plura habes ptinẽtia ad declarationẽ.j. De sepultura aũt talium nota ꝙ si aliqs ꝓdictorũ qbus de iure ,phibeť sepultura ecclesiastica sepultus fuerit in sacro loco:si corpus eiꝰ discerni possit ab ossibus alijs: exhumandus est & proijciendus est extra locũ sacrũ.als nõ extra.e.sacris.& ecclesia siue cæmiterium recõciliandũ.extra de cõse.eccle.consuluisti.occulti tñ pctõres sunt sepeliendi:ga manifestari nõ debet pctũ alterius occultũ ꝓ viã istã.latẽtia eñ pctã vindictã nõ habent dicit Aug.puta cõfiteť aliquis parochiali de aliq̃ crimine occulto qđ non ,pponit dimittere ,ppter qđ nec absoluitur:si talis petat alia sacra:parochialis non ꝓt denegare:nec tandẽ ecclesiasticã sepulturam.Sepelientes aũt tales scienter pęccãt mortaliter:ga cõtra decreta & ordinatiões ecclesiæ faciunt.argu,xxv.q.j.violatores.Sepelientes aũt scienter publice excõicatos vel noiatim interdictos vel manifestos vsurarios vltra pctũ etiã incurrunt maiorẽ excõicationẽ:cuius materię declarationẽ habes diffuse in ti. de excõicatione. Ipsis etiam sepultis nocet si hoc procuratores:quia de sua ꝓsumptione grauiꝰ in inferno puniuntur. vñ Grego.Quos pctã grauiora deprimũt:si se in sacris locis sepeliri faciunt:restat vt de sua pręsumptione iudicent. xiij.q.ij.ca cum grauia.

In loco sepeliri nõ dñt hi.

ti.xxiiij cap.v.

§.IX. DE QVIBVSDAM DE QVI

bus possit esse dubium: vtrũ debeãt sepeliri in loco sacro vel sepulti dimittit:Nota ergo primo ꝙ si aliqs parochianus sit mortuus qui nõ sit cõfessus infra annum suo sacerdoti:nec accepit eucharistiã:cuius videat ꝙ sacerdos possit ei interdicere sepulturam per ca.omnis vtriusq;.de pœ. & re.Io.tñ de Imola credit contrarium.Ratio:ga in dubio debet ꝓsumi ꝙ nõ deliquerit:& ꝙ nõ fuit immemor salutis ęterne.

Dubiũ.

tis ęterne.j.q.vij.sancimus.Potuit eñ alijs legitime cõfiteri:ga mẽdicantib9 fratrib9:vt patet ex cle.dudũ.& de eius cõsilio absti nere ab eucharistia.& nõ debet ꝓsumi ꝙ non fecerit.Idẽ si delictũ tale esset occultũ:& ꝙ hoc nõ debet publicari.ergo &c.Raptori rerũ ꝓ violentiã si habet vñ possit reddere ablatum:nisi restituat vel securitate pleniã de reddẽdo faciat:denegabunť ei sacra & sepultura. Si vero cũ haberet vñ redderet:distulit vsq; ad mortẽ pœnitere:& tũc est impotẽs ad restituendũ:si als est contritus & disposit9 ad restituendũ si posset:dabunť ei scra:sed priuabiť sepultura ecclesiastica ad terrorẽ aliorꝝ:nisi parẽtes vl amici eiꝰ vellent restituere pro eo:ga tũc nõ priuabiť sepultura. Et multo magis priuabiť sepultura:immo &sacramẽtis:si est impœnitẽs.extra de rap.c.ex literis.&.c.sup eo. Et intelligi tur iste rigor de raptoribꝰ manifestis nõ occultis.ſm Inn. ar.in dicto.c.sup eo.Suspẽsus vel alio mõ iustitiat9 ,pter scelera sua:si moriať impœnitẽs denegantur ei sacra & sepultura.Sed si sunt ꝓtriti:sicut nec pnia nec viaticũ:ita nec sepultura negãda est.xiij.q.ij.c.fi.Verũ ad deponendũ eos de paribus regritur licẽtia iudicis ꝑcularis q debet faciliter eã cõcedere.Mulier prẽgnãs si ipa mortua certũ est & plem quã habet in vtero mortuã esse sepeliẽda est cũ ea. sed si dubitať de vita ,plis scindẽda est & seꝑarãdus fœtus & si mortuꝰ inueniret:tunc extra locũ sacrũ fœtus recõdeť ſm Hosti.De cadauere aũt iam sepulto vel etiã sepeliẽdo: ga si dubitať vtrũ sit christiani vel infidelis vel excõicati in meliorẽ partẽ interpretandũ est nisi aliqua ,pbabilitas esset de oppositõ.xiij.q.ij.non ęstimemus.

TITVLVS.XI.DE STATV HOSPI

talarioꝝ & de iurisdictionib9 & cæteris ad ea ptinentibus.

¶De conditione hospitalariorum. Cap.I.

EGO AVTEM MENDICVS sum & pauper dñs solicitus est mei. Pã.xxxix. Clarum est ꝙ ſm corticẽ literæ illud nõ põt intelligi de ipso Dauid loquente cum non fuerit pauper:sed diues & rex Israel.Spãliter aũt.i.de pauperta te internali ipse & qlibet iustus dicere põt:quia mendicus sum in gratuitis bonis nil de me habẽs:& pauper in naturalibus parũ scilicet habens vigoris in cognoscẽdo verũ & appetendo bonũ.Sed dñs solicitus est ad ,puidendũ homini de vtroq; per legẽ:& etiã sacramenta.Quantũ aũt ad literã loquendo in ꝑsona Christi: certũ est ꝙ Christꝰ fuit pauper & mendicus quo ad vsum tẽporalium. Vt eñ ait apls ad Ephæ.iij.Deus q est diues in mia propter nos egenus factus est:vt nos sua paupertate ditaret. Et cũ etiã ſm humanitatẽ oĩm rerũ dñiũ haberet ,pter qđ Io.in Apoca ypsi vidit ipm dei filium habere scriptũ in femore suo.i. in humanitate.Rex regũ & dñs dñantium.Vnde & Pilato dixit.tu dicis:ga rex sum ego.Io.xviij.tñ vt pauper & mẽdicus viuere voluit vt nobis exemplũ prẽberet:scilicet cõtemptus mundanoꝝ ſm illud Aug.Omnia terrena contẽpsit homo Christus:vt cõtemnenda esse demõstraret. Pauper ergo fuit:quia vt ipse ait.Filius hoĩs non habet vbi caput suum reclinet.Mendicus:quia ex eleemosynis quę sibi & discipulis dabantur sustentabatur:illa habens in cõmuni cũ apls.vñ Aug.Habebat dominus loculos oblata a fidelibus cõseruans:vt suis & aliorꝝ necessitatibus ,puideret xxiij,q.iij,duo ista.Pauper natus est quẽ mater pãnis vilibus inuoluit & reclinauit in pręsepio.Sed dñs solicitꝰ fuit de eo mittendo reges Magos qui eum honorarent:& auro contra inopiam subleuarent.Sed mater sanctissima sciẽs filium amplecti paupertatem:cito ſm Bern. Dispersit dedit pauperibus.Ita vt in die purificationis nõ agnum sed par turturum vel pullos columbarum: qđ erat sacrificiũ pauperum:offerret.Luce,ij.Conuersaturus in mundo pauperem scholam discipulorũ elegit ipse pauper: sed mulieres sanctæ quę eum sequebantur in doctrina audienda ministrabant ei de facultatibus suis : vt dr Lu.viij.Et nudus in cruce mortuus præ paupertate & mendicitate: sepultus est in alieno sepulcro & expensis alienis.Sicut ergo dñs solicitus fuit de eis in conuersando inspirando mulieres : & alios ad subueniendum suæ necessitati : ita & in morte ad prouidendum de sepultura.Pauperes ait ipse semper habetis vobiscum.Mat.xxvi. Et alij quidem paupertatẽ ferunt inuite:alij patienter sufferunt:alij spõte assumunt: vt veri religiosi dicentes cũ Hiero. habens victũ & vestitum his cõtentus ero:& nudam crucẽ:nudus sequar.xij.q.j, clericꝰ. q̃uis eñ in ea nõ cõsistat perfectio aię:sed in charitate ſm apl'm ad Col'.iij.sup oĩa charitatem habete qđ est vinculũ perfectionis qđ diffuse declarat btus Tho.ij.ij.q.clxxxiij. ar.s.& Io.Cassianus in coll'.j.Moysi.est tñ instrm tendẽdi ad pfectionẽ. Oĩbus tñ pauperibus inuitis vel volũtarijs dñs solicitus est ,puidendo eis.Et pauper quidem dr quasi parũ habẽs in pera.Sed mendicus quasi manu dicens: qđ plus est.s.petens eleemosynam:& ,pterea inspirauit mentes hoĩm ad fouendũ hospitalia in qbus ,puideať pauperibus & mendicis siue sanis:siue infirmis:siue paruulis derelictis.vñ & qlibet eoꝝ dicere põt cũ suo capite Christo. Ego mendicus sum & pauper:dñs solicitus est mei. Potest etiã dici ꝙ ideo post mẽdicitatẽ addit & pauptatẽ tãq; qđ plus:ga mendicus petens aliq̃n multa recipit.& sic nõ erit pauper sed q̃n etiã petendo parũ inuenit:tunc est mẽdicus & pauper.vt Lazarus vlcerosus mendicus petens a diuite epulone:sedit pauper & nemo illi dabat de micis q̃ cadebant de mensa diuitis.Lu.xvj. Solicitus est autem dominꝰ horum pauperũ tripliciter:nec enim eos deserit, ¶Plures hoies ad hospitalia pro eis facienda dotanda: & ꝑ legata & eleemosynas zugenda inspirando.

Matth. viij.

Lucę.ij. Mat.ij.

Pãs.cxj.

j.ti.vj.

Paupes a dño non de reling.

¶Ad hospitalia ipsa regenda:pauperibus seruiendo & ꝓuidendo alios instigando.

¶Ad ipsa conseruanda & diligenter exercendam hospitalitatem prelatos ad hæc inquirenda mandando.

§.I.QVANTVM AD HOSPITALA

rios & seruitores pauperũ.Sciendũ ꝙ oportet eos esse munitos magna patientia & benignitate: nec attẽdãt ad qualitatẽ eoꝝ qui aliq̃n ingrati & discoli sunt: sed ad personã quã representãt in sua necessitate,s. dñm Iesum christum, qui ait Mat,xxv.Qđ vni exminimis meis fecistis : mihi fecistis.Et ad præmiũ qđ inde habent expectare.f.regnũ cęlorũ.Dicetur eñ eis a Christo:vt ipe testatur.Venite benedicti patris mei ꝓcipite regnũ vobis paratum. & quasi causam concessionis regni assignans subdit.Esuriui eñ & dedistis mihi mãducare&c.hospes erã & collegistis me.s. in peregrino vos hospitalarij.infirm9 fui.s.in paupere infirmo & visitastis me vos seruitores seruitoꝝ. Et certum est ꝙ quilibet bon9 filius patri suo.seruus dño.amicꝰ amico cũ magno affectu & diligentia debet seruire in necessitatibus:sed multo magis fieri debet Christo patri domino amico nostro in pauperibus.caueat tñ sibi a peregrinis ne assortent bona hospitalis. Vt eñ dicit Gratianus de pœ. dist.j,&.xiij,q.j,c.j.ante fi.Mus in pera : ignis in sinu : serpens in gremio:male remunerant hospites suos.Cum charitate aũt & benignitate recipiat:non cũ murmuratiõe ſm illud apl'i.j.pe,iiij.Hospitales sine murmuratiõe. Circa infirmos aũt debet hospitalarius tria obseruare. Primo vt prouideat eis de sacramentis . & valde laudabilis mos est vt in principio qñ hospitale intrat infirmus si põt confiteatur vel postea:vel q̃n aggrauatur infirmitas.& de confessione:cõmuni one & extrema vnctione prouideat tẽpore suo ꝑ se vel ꝑ aliũ sufficientem : & si nõ habet mittat ꝑ aliquo idoneo:& de bonis suis ꝓmittat infirmũ dispone re ad placitũ.põt tñ ei recõmẽdare hospitale. qđ etiã ex se ille libere debet facere.Secundo debet de necessarijs eis ꝓuidere:non solũ ad victũ:sed etiã medicũ & medicinas si est hospitale pro infirmis deputatũ.hoc tñ ſm facultatem hospitalis.Et medici etiam si non reciperent salarium : vt quia hospitale esset tenue:gratis debent ,puidere. Mortem enim languentibus probatur inferre qui hanc cum potest non excludit. inquit Symmachus papa distin.lxxxiij.Si aũt est opulentũ cõgruũ est ei ,puidere de congruo salario quia nemo cogitur de suo facere beneficiũ. Tertio debet eũ per se vel per alios hortari ad patientiam bonis verbis & sanctoꝝ exemplis qui patienter sustinuerunt graues & diuturnas infirmitates & necessitates. vt Iob : Thobias: Gregorius papa: Bernardus: Egidius : & alij & stimulum carnis datũ Paulo apl'o.ij.Coꝝ.xij. Augustinus& quidam alij intelligũt fuisse aliquã infirmitatẽ corporalẽ siue iliacã passionẽ:siue dolorem capitis: qui tñ dicebat. Libenter gloriabor in infirmitatib9 meis:vt inhabitet in me virtꝰ Christi.ij.Coꝝ.xij. Et Amb.de pœ.di.j. qđ nocet corpori iuuat spiritũ ; & ægritudo carnis pctũ repellit. Et si infir-

mus conquerit debet tñ seruiens ei cõpati & cõsolari non increpare dure. Diabolus em̃ aliq̃ stimulat infirmũ ira & seruientẽ tedio & impatientia: vt ab vtriq; auferat me

De sctõ eulogio,

ritũ suũ. Vnde legitur de quodã in Vitis patrũ dicto Eulogio: qui suscepit quẽdam pauperẽ leprosum in domum suam ad seruiendũ in obsequiũ dei: & post plures annos quibus Eulogius cũ omni diligẽtia seruierat: demũ cœpit leprosus instigante diabolo turbari & de oibus q̃ sibi Eulogius faciebat in seruiendo cõqueri: etiã eũ contumelian do & petẽdo q; reponeret eũ in locũ pristinũ. vnde sumpse rat: ꝓpter ejus perseuerantes querelas quasi incitabatur eũ dimittere: sed saniori ductus concilio, persuasit infirmo vt ambo accederẽt pro consilio in hac re ad sanctũ Antoniũ quibus aduenientibus auditis: beat⁹ Antonius leprosum reprehendit de sua ingratitudine erga seruientem: & Eulogium de sua impatientia & tædio erga infirmum irascentem: declarans hoc procedere ex inuidia diaboli qui ꝓcurabat per hoc eos perdere meritum acquisitum suos; labo rũ: exhortans eos ad cõstantiã: qa in breui esset remuneratio eorum: qui consulati reuertentes ad sua in bona patiẽtia: inde ad modicum migrarunt ad dñm lęto fine.

§.II. QVANTVM AVTEM AD

Epos circa hospitalia debent habere diligentiam ꝙ hospitalitas ibi seruetur ſm ſpitalia ſolicitos eſſe,

episcopos spectat prælatos & patronos. circa hospitalia illud ad qd̃ sunt ordinata & rpalia bene dispẽsent. vñ dicitur extra de relig. do. c. iij. De xenodochijs & alijs similibus p̃ solicitudinẽ eporũ in quoꝝ dioceſi existũt: ad easdẽ vtilitates qbus cõstituta sunt ordinẽtur. & super hac decretali eximius doctor Lapus de Castella. fecit tractatũ cũ quæstionibus centum vel circa: quę. j. ponunt breuiter ad declarationem huius materiæ hospitalium. & in. c. ad hęc. dicit Vrbanus. ꝙ si locus ad hospitalitatis vsum & pauperum ꝓuisionẽ fuerit sicut moris est autoritate pontificis constitutus: cum sit religiosus non debet humanis vsibus deputari: sicut de vestibus & ligneis vasis & alijs vtensilibus ad cultum religionis per pontificem deputatis. &. x. q. j. dr̃. Quæcumq; res ecclesiasticæ sunt cõuenit cũ omni diligentia & bona fide quæ deo debeꝝ: quia omnia ꝓuidet & cuncta iudicat: gubernari & dispensari cum iudicio epi & potestate: cui totius plæbis animę sunt cõmissæ, ex cõcilio Antiocheno, quod intelligitur q̃ hospitale nõ habet patronũ vel non est exẽptũ. Nã si habet patronũ: ad eum patronũ ptinet ꝓuidere de rectore: vt. j. declarabit. & ad eꝝ visitare, vt. j. patebit. In clemen. ga contingit. de, religio. do. quia hospitalium rectores locorum ipsorum cura postposita: bona res & iura ipsorum interdũ ab occupatorum & vsurpatorum manibus excutere negligunt: quinimmo ea collabi & depdi domos ædificia ruinis deformari permittunt: & nõ attento ꝙ loca ipsa ad hoc fundata & fidelium erogationibꝰ dotata fuerint vt pauperes recipe rent inibi: & ex prouẽtibus sustentarent eoꝝ: id renuũt inhumaniter facere: ꝓuentus ipsos in vsus suos damnabiliter conuertendo &c. Sancimus vt hi ad quos pertinet loca ipsa studeãt in prędictis omnibus salubriter reformare: ac occupata & deperdita & alienata in statum debitũ reduci faciant ad ipsarum miserabilium personaꝝ receptionẽ & sustẽtationẽ debitã iuxta facultates eoꝝ rectores ipsos cõpellere nõ omittant: in quo si cõmiserint negligentiã vel defectũ: ordinarijs locoꝝ iniũgimus: vt etiã si pia loca prędicta exẽptionis priuilegio munita cõsistant: per seipsos vel alios impleant omnia prędicta & singula & rectores eosdem vtiq; nõ exẽptos propria: exẽptos vero & als priuilegiatos apostolica ad id autoritate compellant: cõtradictores cuiuscũq; statꝰ aut conditionis existant ac prehẽtes eisdem contra præmissa consiliũ: auxilium vel fauorẽ per censuram ecclesiasticam & alijs iuris remedijs cõpescẽdo &c. Ex ista clementina declarantur multę ex quęstionibus infra positis: vnde frequenter allegatur.

¶ De his quę pertinent ad hospitalarios & hospitalia. Cap. II.

NOTANDVM PRIMO QVOD hospitalia diuersis noibꝰ nũcupãt. vt em̃ dicit glos. f. xxiij. q. vij. sancim⁹. dicunt em̃ aliquãdo xenodochia, & est xenodochium locus venerabilis vbi pauperes & peregrini recipiũtur. Dicit etiã pothotrochiũ locus. s. vbi paupes & ꝓpter senectutẽ soli infirmi curãtur. Orphanotrochiũ est locus vbi pueri parentibus orbati pascuntur. Orphotrochiũ est locus in quo infantes aluntur. Dicuntur & alijs noibus magis vsitatis: vt domus dei: domus mię: domus fraternitatis: domus pietatis: domus sancti Lazari & hmõi. Et dicit Lapus de Castella. ibi. ꝙ primꝰ hospitalarius fuit Ioticus noię. vt. C. de epi. & cle. l. j. Sed quo ad recipiendũ peregrinos in domo propria legitur de Abraã Gen. xviij. quẽ imitatus est Loth nepos eius. Gen. xix. In nouo aũt testamẽto fuit Martha: quæ recæpit frequẽter Christum in domo sua in Bethania. Luc. x. vñ dr̃ hospita dñi. Quęritur aũt secꝺo vtrũ possit institui aliqua religio ad hospitalitatem? Et rñdet Lapus allegando Thom. ij. q. clxxxviij. arti. iij. ꝙ sic Et ratio est: qa cum status religionis sit quasi quoddã exercitium perducendi ad perfectionẽ charitatis. Charitatis aũt diuersa sunt opera: quia quædã pertinentia ad vitã contẽplatiuã qua vacatur deo. quędã ad actiuam qua intenditur charitati ꝓximi. Inter opa vitę actiuæ qbus exercet charitas ad proximũ est hospitalitas sumẽdo large. Sciendum est tñ ꝙ aliud est religionem esse fundatã ad hospitalitatẽ: vt religio cruciferoꝝ & sancti Antonij de Viẽna, & sancti Galli de Florentia & hmõi. Aliud est religiosos hr̃e hospitalia: vt sancti Ioannis Hierosolymitani: & sanctę Mariæ Theutonicoꝝ & Calatrensiũ & hmõi. Et primo modo illud est exercitiũ cui principaliter insistere debẽt: & principale instrumẽtum per qd̃ venire debent ad perfectionem charitatis. Secũdo modo hñt pro principali aliud exercitium & instrumentũ quo tẽdũt ad pfectionẽ tñ & hospitalitatẽ seruant ad quã gñaliter tenẽtur oẽs clerici: vt patet dist. xlij. ꝑ totũ. & multo magis religiosi, extra de prẽben. c. de monachis. Vñ Hiero. ait in quadã epla. Oẽs ad nos venientes læta frõte susc̃ipimus & eis pedes abluimus ꝓter hęreticos. Et Bñ dictus hoc etiam mandat in regula. immo etiam & quadã pia coactiõe inuitãdi sunt. exẽplo illoꝝ euntiũ in æmaus: qui Christũ existimantes peregrinum coegerunt eũ ad manendũ. Lu. vlti. c. Et multo magis facere tenentur habẽtes ad hoc hospitalia ordinata, de quibus dictum est. Quæritur tertio vtrum religiosus possit pręfici hospitali? Rñdet Lapus ꝙ glo. de relig. do. in cle. tenet ꝙ non. Et ratio est: quia ꝙ monachus extra monasteriũ intituletur: hoc est propter curã animarũ, de regula. c. fup eo. Vbi ergo hospitalis regimen cura careat cessat ratio ista: ergo non potest ibi pręfici. Idem tenet Fede, de Senis in consilio. xxviij. Et Paulus de Lea. in cle. cũ cõtingit. de relig. do. addens nisi esset hospitale alicuius religionis. Lapus aũt dicit distinguendũ. ꝙ si religiosus ille qui pręficitur sit religionis quę principaliter est fundata & dedita hospitalitati: vt sancti Antonij, & sancti Galli de Florentia & hmõi, non video quare nõ possit pręfici hospitali. Sed si religiosus nõ est talis religionis. s. principaliꝝ institutæ ad hospitalitatẽ: tũc subdistinguit: ga aut hospitale est annexũ ecclesię curarę & tunc pręfici potest hospitali ꝓpter curã: aut etiã ipm hospitale habet collegiũ religiosoꝝ a quibus eligit hospitalari⁹. vt in sancto Gallo de Florentia. & tunc etiã poterit pręfici religiosus ibi: qa curã habet & iurisditionẽ in collegium. vt de elec. in. c. dudũ. ij. aut etiã hospitale est de mẽsa &, ꝓprie tate talis religionis: ita ꝙ spectat ad dictã religionem regimen dicti hospitalis: nõ tñ instituitur ibi certus & intitulatus rector. Et tunc idẽ sicut possunt mitti ad alia opa & loca ꝓmouẽda & custodiẽda: & sic mittuntur ad litigandũ & allegandum & aduocandũ: multo fortius ad curandum pauperes. Si aũt hospitale est sine cura animarũ qd̃ requirit certũ rectorem per se: tũc dico ꝙ licet sit certæ religionis ad quã spectat illud cõferre: nõ credo religioso posse cõferri qa nõ cessat ꝓhibitio: nec credo valere ꝓtestudinẽ in ß: sicut nec valeret in hoc ꝙ religiosus præficeretur beneficio simplici. Sed quid de conuersis religionum quæ non sunt principaliter institutę ad hospitalitatem: nũquid pũt pręfici hospitali eo casu quo non potest pręfici monach⁹? Rñdet Lapus. ꝙ si est laicus & illiteratus pũt ei committi. nam cõmittitur ei cultura agroꝝ & ędificare & alia mechanica: fortius officium curandi pauperes. Cessat enim in eo causa ꝓhibitionis. Nã hæc cura non facit in eo cessare contẽplationẽ vel ꝑdicationẽ: qa hæc nõ exercet in monasterio. Sed si cõuersus esset clericus & literatus: qa tenetur ad officium vt monachi: nõ posset talis pręfici hospitali. Sed nunquid

nunquid potest cõmitti regimẽ hospitalis mulieri? Rñdet Lapus. ꝙ potest si est hospitale sine cura animarum. Et ratio: qa nõ est dare in iure regulas hoc ꝓhibentes: & qd̃ nõ est prohibitũ intelligitur esse concessum. xiij. q. j. c. j. sed & mulieribus cõmittitur cura & regimẽ monasteriorũ q̃ habẽt annexa hospitalia: & sic regunt vtrũq; : ergo forti⁹ hospitale tantum: & hoc puto verũ si esset hospitale deputatum ad receptionẽ mulierũ: quo casu esset honestissimum. Credo tñ ꝙ cõsuetũ regi per masculos non posset cõmitti mulieribus: qa mutaꝝ per hoc status beneficij. Et si obijceretur clemẽ. ga contingit, de rel. do. quæ dicit ꝙ cõmittantur prouidis viris &c. ergo non mulieribus. Potest respõderi ꝙ ibi masculinũ concipit fœminũ: sicut & de elec. ca. generali. lib. vj. &. xvij. q. iij. si quis suadẽte.

§.I. NVNQVID POTEST REGI

Hospitalis regimen põt duobus cõmitti.

men hospitalis cõmitti duobꝰ? Rñdet Lapus ꝙ sic. Nã tales equiparantur tutoribus: & in star tutoꝝ debent facere inuẽtarii⁹. & assignare rationẽ singulis annis: vt in cle. qa contingit, de relig. do. Sed constat ꝙ plures tutores pñt dari vni pupillo: & qlibet eoꝝ administrare i solidũ: nisi certus modus & forma alia a testatore quõ se habeant in administrando imponat. Vñ & tales rectores hospitaliũ dicuntur potius habere beneficium ꝙ officiũ, qd̃ puto verũ in hospitalibus q̃ nõ cõferunt in beneficiũ eccl̃iasticũ: sed ad curã & gubernationẽ ſm clemen. qa contingit. Et põt cõmitti cura insolidũ vel etiã ꝙ vnus sine alio non administret qd̃ cõgruentius esset. Sed quæ cõferuntur in beneficium vendicãt sibi locũ ſm regulam beneficioꝝ ecclẽasticoꝝ. i. vt tantũ vni cõferant. puto etiã ꝙ si consueuit gubernari ꝓnũ nõ põt cõmitti duobꝰ. Sed cũ cõmittit duobus nũquid põt cõmitti ita ꝙ vnꝰ sit masculus alⁱ? fœmina? Rñdet Lapus. ꝙ si est verũ qd̃. ē. firmatũ est. s. ꝙ fœmię possit committi: & hoc maxime q̃ hospitalia sunt distincta. vt illud qd̃ est ꝓ mulieribꝰ gubernet ꝓ hospitalissam: & qd̃ est ꝓ viris ꝓ hospitalariũ. Nec esset hoc absonũ ꝙ hoc exprimeret in cõmissione. Et sic marit⁹ & vxor possent ꝑfici vni hospitali: ita ꝙ maritus esset hospitalarius pro viris: & vxor hospitalissa pro mulieribus: & maxime in his hospitalibus quę habent habitationes diuisas virorum & mulierũ q̃ ibi recipiuntur ad hospitiũ. Sed quęritur vtrum ceuersa. vtrũ vnus possit pręfici in duobus hospitalibus? & q̃uis prima facie videat ꝙ nõ ga videntur incõpassibilia cũ vtrũq; regrat ꝑsonalẽ residentiã. & sic in vtroq; deseruire nõ possit: vt dr̃a sili de bñficijs. in. c. de multa. de ꝑben. Contrariũ tñ dicit Lapus qd̃ videt verũ. Et ratio est: quia dici nõ põt ꝙ de iure cõi hospitale requirat ꝑsonalẽ residentiã de necessitate: & maxime cõtinuã. Nã posset deseruire p aliũ & sic æqualiter in vtroq; se collocare: ꝓuidere & assistere & consulere in occurrentibus. & ad hoc facit qd̃ notat Ioan. Cal. in. c. fup inordinata. de ꝑben. vbi dicit ꝙ põt qs hr̃e eccl̃iam nõ curatã. in. xiij. anno ætatis: quia & si in tali ætate nõ posset ipse dicere missã p se ad qd̃ ordinatur eccl̃ia: põt tñ dicere p aliũ: nec ius arctat rectorẽ ecclesiæ vt per se hoc faciat: & sic posset qs hr̃e plura bñficia simplicia. qd̃ cõiter seruat̃: & deseruire per aliũ in vno eorũ cum non posset per se: & multo fortius hoc in hospitalibus ad similitudinẽ tutoꝝ: qui possunt simul plures tutelas gerere: & prouroq; cauere & vtriq; ꝑ se diligenter & als vacare & maxime cũ hospitalia sunt in vna dioceſi: & fortius in vna parochia. & multo magis in vno fundo: vt vna via vicina. Et qd̃ dicit Io. an. de cõcessi. ꝑben. in rub. ꝙ habens beneficiũ curatũ recipiens sec̃m: qd̃ de statuto vel als requirit residentiã: non ex hoc vacat primum: sed est prius in hoc casu necessaria admonitio. Eidem tenet Inno. & hoc idem intelligẽdum de hospitalibus quæ cõferũtur in beneficiũ: & ea ratione si non sunt curata: vel habẽtia collegiũ ga tunc idem est iudiciũ habẽdũ. vt de ꝑben. c. de multa. Et ꝙ vnus possit hr̃e plura hospitalia simul tenet Guil. de monte Lau. in cle. per literas. de ꝑben. Fateor tñ: concludit Lapus hoc non esse vtile nec honestũ. Et posset eꝑs cogere rectorem ad dimittendum alterũ. maxime si minus diligenter prouideret vtriq;. qd̃ in beneficijs simplicibus dici solet. Sed nunquid potest quis hr̃e beneficiũ curatũ & hospitale? Rñ. Lapus ꝙ sic eadem ratiõe. Et multo fortius hospitale & simplex beneficium, oĩa enim ista habent rationẽ: ga non est cautũ in iure hospitalarios ad personalẽ residentiã arctari. Sed quæritur nunquid potest quilibet erigere hospitale pro libito voluntatis? Respondet Lapus: quilibet põt domũ suã factã vel faciendam deputare ad hospitalitatem & ad ꝑs hospitari pauperes: fiat & alia opera eleemosynarũ facere. Sed talis locus non erit religiosus: nec gaudebit immunitate ecclesiastica: nec inter loca ecclesiastica cõputabit: nec erit sub iurisditione epi & poterit ad humanos vsus redire: & etiã vendi: donari: & emi. Ita notat Hostien. in summa de ecclesijs ędificandis. Pe. & Inno. & ea iura quæ dicunt ꝙ talia fieri non posſunt sine autoritate epi, intellige vt sint ecclesiastica, als vt sint profana bene fieri pñt. & hoc dicit glo. in clemẽ. ga contingit. de relig. do. & Io. an. post Vincen. & Tancre. dicit ꝙ põt quis hr̃e oratorium & hospitale in ꝑpria domo: nõ tñ põt ibi celebrari facere sine autoritate epi. de conse. dist. j. vnicuiq;. Dicit tñ Host. ꝙ põt interuenire consensus epi & post factũ: postq; aũt autoritate epi est factũ nõ põt ad alios vsus deputari. vt eodẽ. ti. ad hmõi. Sed nunquid tale hospitale vel oratoriũ factũ autoritate epi gaudebit immunitate ecclesiastica & eius rector? Host. notat ꝙ oratorium tale nõ gaudeat immunitate ecclesiastica: qa nõ intelligitur dedicat⁹ deo. nec locus sacer. Idem tenet Guil. & Zab. ga em̃ qd̃ hodie est oratoriũ: cras poterit fieri camera. Goff. sentit cõtrariũ. nõ em̃ aliter determinat Lapus nisi. ꝙ hospitali competit bñficiũ restitutionis in integrũ. De rectoribus aũt talium hospitalium vtrũ gaudeant immunitate ecclesiastica. dicit Guil. in spe. ꝙ sic si fecit hoc autoritate epi. etiã si sint vxorati. als nõ. hoc idẽ tenet Host. in summa de hospitali & rectore eius: & ꝙ gaudeant immunitate ecclesiastica vterq;. Dicit Guil. in spec. quinimo privilegiũ canonis. si qs suadẽte. xvij. q. iij. als nõ. vt dictum est: qa secꝺm̃ absurdũ: posset em̃ per hoc quilibet rusticus assumere sibi habitũ religiosum & constituere sibi, regulã quam vellet & fraudare dños suos tali ex & alijs debitis seruitijs. Sed nunquid habet hospitale beneficiũ in integrũ restitutionis si lædi cõtingat. vt habetur etiã de restꝰ. in integ. c. ſ. Respondet Lapus. hæc q̃stio tangitur per Io. an. in nouel. c. ij. de in integ. restꝰ. vbi dicit ꝙ nõie eccl̃ię includũtur nõ solũ monasteriũ: sed & omnis pius locus. oĩa ista q; parantur. de testa. c. req̃sisti. Et cũ hospitalia fuerint inuenta vt pauperes infectiq; lepra in eis recipiantur: & ex eorũ prouentu sustententur: q̃ritur vtrum omnia hospitalia teneantur pascere pauperes: vestire & hospitari eos? Respõdet Lapus ꝙ hæc hospitalia differunt re & nomine, nam sicut diuersis nominibus nuncupãtur vt dictũ est. ē. ita & ad diuersa officia deputantur. Et ſm hoc tenentur aliqua ad vestes dandas: aliqua ad suscipiendum expositos: aliq; ad educandum vel suscipiendum infirmos: & sic que dicũtur in clemen. quia contingit, referantur singula singulis. Si enim est hospitale ad recipiendũ peregrinos: non tenet ad infirmos nisi in casu necessitatis: quando p alia subueniri non posset & illud posset.

Addiuersos curã hoꝝ spectare

§.II. AD QVEM SPECTAT DI-

ctorũ locoꝝ receptoꝝ in eis cura seu correctio seu reformatio & emendatio? Rñdet Lapus: põt hoc spectare ad diuersos & diuersis modis: põt spectare ex statuto appositio in fundatione: potest spectare ex cõsuetudine vel priuilegio sedis apostolicæ. vt in dicta clemẽ. ga contingit. his cessantibus ad loci ordinarium spectat de iure. vt extra eo. de xenodochijs. &. xvj. q. vij. oẽs basilicæ. Et addit Zab. etiã ad prõnos põt spectare & eoꝝ liberos. vt. xvj. q. vij. filijs. Sed quid spectat ad officiũ talium? Respondet Lapus in hoc debent curare ne rectores illoꝝ locoꝝ inhumaniter recipiãt dictos pauperes: ne prouentus in suos vsus conuertant: & ipsa loca in prædictis salubriter reformare atq; occupata deperdita & alienata indebite in statum reduci debitum facere: & ad ipsarum miserabilium personarũ receptionẽ & sustentationẽ debitã iuxta facultatem locoꝝ cõpellere rectores. vt in dicta clem en. ga cõtingit. & vbi prędicti negligant prædicta facere: puta patroni hospitalium vel alij ad quos hoc spectat: tunc ſm Lap. iniungitur ordinarijs locorum: ꝙ etiã si pia loca prædicta sint priuilegio exẽptionis munita per seipsos vel alios impleant oĩa & singula p̃ missa: & rectores eosdem vtiq; non exẽptos, ꝓpria: exemptos aũt priuilegiatos aplica ad id compellere debent autoritate. Contradictores cuiuscumq; status vel conditio-

nis existant atq; præbentes cõtra premissa consiliũ: auxiliũ vel fauorẽ: per censurã ecclesiasticã: & alia iuris remedia cõpescendo: attamẽ nullum ex hoc priuilegijs seu exemptionibus eorum prętudiciũ generãdo. Et dicit Io. an. in glo. super cle. ga contingit, in eo casu esse hoc præceptũ ordinarijs vt faciant q.ꝑ dicitur. Et si tales ad quos spectat prouidere defectibus hospitalium negligunt: & non sint sub iurisdictione ordinarij: compellet tamẽ eos autoritate dictæ cle. ga contingit. ipse ordinarius: sed vbi non sit negligentia in hmõi exemptis: nõ habet se intromittere ordinarius. Sed vbi is g habet prouidere hospitali sit laicus & rector hospitalis sit clericus: quõ poterit laicus cõpellere clericũ, cõtra illud, xcvj. di. bene quidem. Respondet Lapus, pòt dici ſm Zaba. ꝙ prædictã cõpulsionẽ non faciat per se laicus sed per aliũ, puta epm ad instantiã eius. Vnde in illa clemẽ. ga cõtingit, exponit verbũ cõpelli. i. cõpelli facere. Et si quęrat quo patebit de negligentia prędictorũ in quo casu tenetur ordinarius prędicta facere? Respondet glo. in cle. ga contingit, ex perfecto notorio, vt de censi. c. Romana. lib. vj. vel per assignationẽ termini ad hoc ꝓfixi & elapsi. & idẽ Zab. & multi alij. An dicta loca possint cõferri in beneficiũ. i. in titulũ beneficij clericis ſecularibus? Rñdet Lapus nõ: ga hoc ꝓhiber dicta Clemẽ. quia contingit, nec valer contraria cõsuetudo obseruata nisi in duob⁹ casibus: videlicet qñ in fundatione dictor⁹ hospitaliũ sec⁹ cõstitutũ fuerit: seu per electionem fit de hmõi rectore prouidendũ. Cuius autẽ conditionis debeant esse per quos reguntur & gubernãtur hospitalia: ponitur in dicta cle, quia contingit de reli. do. Dicit eñ ibi ꝙ debet cõmitti eor⁹ gubernatio viris, pudis & idoneis & boni testimonij: q sciãt & velint & valeãt loca ipsa & bona eor⁹ ac iura vtiliter requirere: & eor⁹ reddit⁹ & ꝓuentus in vsum miserabilẽ per ſonarũ fideliter dispẽsare. & ꝙ in vsus alios cõuertere prędicta ꝓsumptio verisimilis nõ existat: super quo onerant cõscientię eor⁹ ad quos ipsor⁹ locor⁹ cõmissio ꝓtinet. hæc ibi. Et dicit ibi glo. ordinaria ꝙ signãter dicit committere nõ cõferre: ga collatio sit in perpetuũ: sed cõmissio ad tẽs: & ideo beneficia dicuntur cõferri: ga dant in ꝑpetuũ. i. durante vita illius cui cõferuntur: & tutorib⁹ ga sunt tales dicuntur cõmitti administrationes. Et ſm hoc rectores hospitaliũ essent tales. Sed vt dicit glo, consuetudo non admittit hanc lec, immo in stituuntur perpetui rectores in talibus locis. Recuperus aũt in quodã suo concilio dicit ꝙ de mente clemẽ. est ꝙ nõ sint perpetui. Et licet glo, dicat ꝙ cõsuetudo hoc nõ patiat: tñ vbi nulla est cõsuetudo optime posset ad tẽs cõmitti talis administratio. Paulus autẽ dicit in dicta cle, ꝙ cõferre & cõmittere aliqñ sumuntur vt diuersa, aliqñ vt idẽ. & sic sumuntur in lra. ſ. ꝓ eodẽ & qđ ãtũ, ꝓhibet si fiat. i. si detur in beneficiũ. Assignat autem Paulus vt refert Lapus rationẽ quare ꝓhibetur hospitale dari in beneficiũ: videlicet ga ad beneficiũ habẽdũ oportet esse clericũ. eꝫ de trãsac. c, ex literis. Et talis, ſ. clericꝰ bñficiatus facit fructus suos: & tenet ad horas & ad alia ad q̃ alij clerici, sed si gubernatio simplr cõmittitur hospitalis cessant ista. Item beneficiũ debet conferri infra certum tẽpus: & in eo est necessaria institutio, non sic aũt in commissione hospitalis, & a beneficio repellereꝰ q ꝓpter bigamiã vel alios defectus: nõ aũt a gubernatione hospitalis. Item beneficium qñq; datur in sustentationẽ eius cui confertur: vt in. c. ij. de cle, pu, in duello, Sed non hospitale: ga in hoc attenditur pauperũ, puisio non hospitalarij sustentatio. Posito aũt casu ꝙ laicus ædificet hospitale de licentia epi cũ oratorio vel sine eo ꝓpter qđ⁹ ille dr religiosus & ædificator: efficit patronus, vt de iure pa. c, nobis. ad quẽ spectabit prouisio rectoris illius hospitalis ad patronũ vel ad epm? Respõdet Lapus ꝙ solus patronus ponit ibi rectorem. Et ratio est: quia in talibus vt dictum est. ẽ. non est necessaria canonica institutio, nec habet tempus limitatũ ad cõmittendum talem gubernationem, vnde nõ est necesse ꝙ ꝓpter hoc recurratur ad epm. Nec obstat ꝙ de iure patronatus solum patronis acquiritur ius præsentandi, quia illud habet locũ in ecclesijs & alijs locis vbi requirit institutio canonica vel cõfirmatio. sed in hmõi hospitalibus non requiritur hoc. Hoc etiam sentire videtur Zab. in dicta clemẽ, quia contingit, dicit enim ꝙ patrono acquiritur ius ſm naturam rei cuius est patronus. Nam in ecclesia collegiata nõ acquiritur ius præsentandi sed conſentiendi: electioni factæ in capella acquiritur ius præsentandi, vt de iure pa. c, nobis. Sed in hospitali acquiritur patrono ius cõmittendi gubernationẽ hospitalis. Et ſm hoc non indiget talis rector cõfirmatione episcopali si in ipso hospitali non requiritur institutio canonica. hoc autẽ dicitur: ga si hospitale haberet curã animarũ. cura indigeret confirmatione epali: nisi esset exẽptũ vel aliter priuilegiatũ. dicit tñ idem Lapus, ꝙ vbi in aliquo loco emanauit aliqua cõsuetudo gñalis vel specialis circa hoc illa est seruanda. Sed in casu quo ad patronũ hospitalis spectaret præsentatio, & ad epm confirmatio de consuetudine vel aliquo iure speciali: nunquid ante confirmationẽ est præmittenda dicta generale vel speciale ſm formã. c. fi. de elect. Respondet Lapus ꝙ in illis hospitalibus quæ non conferuntur in beneficium nõ oportet seruare illud. ſ. de præmittendo dicta. Et hoc quia hic non fit electio vel collatio: sed cõmissio. tum etiam quia non cõmittitur cura animarum. Vnde & iam consului ꝙ ad capellam seu altare erectũ in ecclesia de licentia episcopi põt deputari sacerdos admissas celebrandas sine confirmatione vel ædicto: nisi alia cõsuetudo obstaret. Idem sentire videtur Zaba. ac Guil. qui Guil. dicit ꝙ si hospitale non sit principaliter ędificatum ad missam celebrandã vel aliqđ ecclesiasticũ sacramentũ exhibendũ: necsit ibi constitutus perpetuus vicarius seu dos assignata pro eo: licet ibi sit altare & de licentia epi celebret ibi ędificatũ pro oratorio, nihil ibi põt epus vẽdicare nisi inquãtum posset de alijs pijs locis legatis pro anima fundatoris relictis. ꝓbant hæc de cõse. di. ſ. j. vniuersi. & de testa. c. heredes. Et cõcludit Lapus. Nõ intelligas ista de hospitalibus quæ conferuntur in beneficiũ seu quę reguntur per religiosos: seu quę habẽt ecclesiam: sed de illis solum quæ laicis gubernanda cõmittuntur. Sed nunquid talia hospitalia possunt committi clericis gubernãda? Respondet Lapus, vtiq; dũmodo nõ in beneficiũ. Dicit enim clemẽ. ga cõtingit. ꝙ cõmittantur prouidis viris: nec dicit laicis. Ex quo ergo cle, non distinguit: nec nos debem⁹ distinguere. xxxj. q. j. si quis. Idem sentit Zab. & Pau.

§. III. DE HOSPITALIBVS EX

empris vel religiosoꝝ exemptoꝝ. Et primo q̃ritur cũ hospitale sit exemptum & immediate subiectũ Romano pontifici nullũ habens superiorẽ vel aliũ ad quẽ correctio vel reformatio ꝓtineat illius & cuius rector negligit illa facere ad q̃ tenetur: nũquid ordinarius poterit supplere & corrigere? Respondet Lapus ꝙ nõ. Nã clemen. ga contingit. quæ cõcedit ordinarijs autoritate apostolica in exemptis in defectũ eorum ad quos spectat talis correctio. & in casu nostro proponitur nullum esse ad quẽ spectat correctio: ergo nullius defectus vł negligẽtia suppleri potest. Nec obstat ꝙ habet superiorẽ papã: immo facit pro: quia nũq; papa dr negligentiã cõmittere: & si illã cõmittat: nullus illã supplere põt vel debet. Ipse eñ suppler negligẽtiam aliorum nemo suã. de elec. c. licet. &. ix. q. iij, alioꝝ. In non exẽptis aũt puto quãtũcumq; nõ habeãt aliquos ad quos spectet correctio vel reformatio: ad epm spectat. vt de reli. do. c. de exenodochijs. Quid si hospitale aliquoꝝ religiosorũ immediate subiectorum sedi apostolicæ non habens aliquẽ suꝑiorẽ aliũ seu ad quẽ de iure spectaret correctio &c. vt. ẽ. Cuius rector deficit in exercendis his ad quę tenetur ſm formã cle, quia cõtingit. Nunquid poterit cogi per ordinarium loci? Respondet Lapus ꝙ in talibus hospitalibꝰ epus nullã suã vel apostolicam habeat autoritatẽ: moueor quia dicta exemptio fuit libera. Vnde si prouisio postea facta de illis corrigendis per superiores suos nõ vendicat sibi locum in illis: non tñ cessat dispositio dictæ emptionis: ga potuit alia esse ratio, Et licet superiores fuerint causa impulsiua: tũ illa cessante non cessat dispositio ar. eorũ quæ notantur in ca. inter corporalia. extra de transla. prælа. & pluribus etiam alijs capitulis: non poterunt tales religiosi per epm reformari. Vnde ga ex quo sunt exẽpti: & eorũ suꝑior nõ est in culpa vel defectu: nõ est locus cõcessionis factę ordinario: ga fit sub certo modo. Illo ergo deficiente deficit cõmissio. Item ga papa est superior. q de se nõ intellexit. Item quia eius negligentiã nemo suppleꝛ. Et hoc puto verũ: & sic seruari feci in curia archiepali Florẽtina: quæ per dictam clemẽ. procedebat contra hospitalarium sancti Galli immediate subiectum sedi apostolicæ. & est reli-

& est religiosorum qui profitenꝰ regulam. b. Aug.

§. IIII. DE RECTORIBVS HOSPI

talium quo ad satisfactionẽ & iuramẽtũ, cum cõmittitur eis gubernatio & diuina & sacramẽta. Dicit Lapus. ꝙ tales ad instar tutoꝝ & curatoꝝ debẽt iuramẽtũ ꝓstare: ac de locorum ipsoꝝ bonis inuẽtaria facere: & ordinarijs seu alijs q bus dicta loca subsunt: vel deputandis ab eis annis singulis de administratione sua reddet rationem. vt in dicta cle. ga contingit. Sed nunqd satisdabunt ad quod tenẽt tutores & curatores? Rñdet Lapus: glo. ordinaria dicẽs cle. tenet ꝙ nõ: nisi essent suspecti ꝓpter vxorẽ & filios. Sed vt dicit ibi glo. talibus suspectis non debet committi gubernatio talium hospitaliũ. ergo a talibus nõ exigit satisdatio. Sed nunquid iurabũt ad instar tutorũ? scilicet vt talia facere ipsis hospitalibus ad q̃ deputanꝰ: & inutilia prætermittere: ꝑsonas & res ad cõmodũ & vtilitatẽ eoꝝ bona fide custodire: & in vsum miserabilium ꝑsonarũ cõuertere: & inuẽtariũ de bonis ipsius facere & alia facere ad q̃ tenentꝰ maxime ſm formam clemẽ. Dicit Iapus. ꝙ si cõmittanꝰ talia hospitalia alijs factis q̃ in dicta cle. dicanꝰ seu cõseranꝰ in bñficium clericis ſecularibus: videꝫ esse irrita ipso iure talis commissio. & ita videꝫ sentire glo. in dicta cle. Q̃. si tales nõ fecerint inuẽtariũ nec iurauerint: vel rõnem reddere noluerint tpe cõgruo: q̃uis ſm gl. dictã videaꝫ probabilis intellectus dictæ clemẽ. ꝙ ex hoc sit irrita talis ꝓmissio: tñ cõiter non sic intelligitur: sed tñ illis cessantibus prędicta facere poterũt cogi & compelli remedijs opportunis. etiam ꝓ remotionem illarum ꝑsonarũ a dictis locis tãq; suspecti. & sicut adinstar tutoꝝ ꝓficiunt: sic ad instar tutoꝝ remoueant. Sed nunquid tales rectores tenenꝰ singulis annis reddere rõnem per se etiã non requisiti. Rñdet Lapus ꝙ sufficit ꝙ requisiti hoc faciant. & ita tenet glo. & sic seruatur. Sed quis celebrabit diuina officia & ministrabit ecclesiastica sacramenta rectori familiæ pauperibus & infirmis talium hospitalium? Rñdet Lapus. si talia hospitalia habeant altaria seu cæmiteria ab antiquo: & plures celebrãtes et ecclesiastica sacramẽta rectori & familię & pauperibus hospitalium administrãtes: seu parochiales recto-
Nota vim cõsuetudinis bõe
res consueuerunt illis exercere præmissa: est seruanda antiqua consuetudo quo ad exercẽda & administranda ſpũalia. vt in. d. clemẽ. ga cõtigit. in fi. De iure ergo cõi fundat matrix ecclesia in hospitalibus sitis in parochia sua intentionẽ suam. quo ad ista ſpũalia: tñ pñt ꝓscribere: vt hæc ꝓ suum ꝓpriũ sacerdotẽ faciant. vt no. ibi glo.

§. V. NVNQVID POSSIT ERIGI

Hospitale an possit erigi in parochia matricis ecclesię illa irrequisita vel inuita? Rñdet Lapus de hospitalibus nõ religiosis. i. non factis autoritate epi: nõ est dubiũ. nam quilibet põt deputare domum suam ad hospitalitatẽ inuito epo & multo fortius inuito rectore matricis ecclię. Quod intellige qñ vt priuatas domos sic deputant. Sed si sub effigie vel signo vel denominatione loci ecclesiastici: non esset licitum: immo posset epus loca illa destruere: ga contra iuris prohibitionẽ factũ est facit qđ no. Inno. de reli. do. ca. ad hæc. & tenet Cardina. Floren. hoc. Sed si loquimur de facto cum capella vel de hospitali perpetuo. ſ. cum autoritate epi: ita ꝙ sit locus ecclesiasticus: de hoc cõsueuit dubitari. Nam licet sit regulare ꝙ vna ecclesia in præiudicium alterius cõstituẽda non sit. xvj. q. j. c. ecclesię. &. c. quicũq;. qđ⁹ si fiat destruẽda est maxime si operis noui nuntiatio rite facta non ꝓcesserit: tñ illa iura loquunꝰ de ecclesia non de hospitali siue
Exẽplaforniaꝙ nemo cũ factura alterius ꝓficiat.
eccl'ia vel capella. Et illa est ratione aliquid iuris ãtiquioris ecclesiæ nouę acquiratꝰ: vt in. d. c. ecclesiæ. &. c. quicũq;. quæ ratio cessat in hospitalibus prædictis. Cõtrarium tñ est verum scilicet ꝙ nullus locus ecclesiasticus põt erigi in aliqua parochia ea inuita scilicet antiquioris ecclesia. Et isto casu noũe ecclesiæ veniunt hospitalia ex quo fauor ecclesiarum respicitur: quod etiã tenet Lapus nec cessat ratio præiudicij: ga hospitale debet habere dotẽ de qua decima non soluit. Item si habet capellam vel oratorium accedũt oblationes. & sic videt minui dignitas & vtilitas rectoris antiquę ecclesiæ. Vñ & de facto vidi quæstionem ꝙ quædam imago beatæ Mariæ picta in pariete domus cuiusdã
Nota diligẽter.
laici fecit miraculum: propter qđ maximus cursus oblationum fuit: sup[illegible] quibus mota est quęstio & sententiatũ fuit pro parochia. Et est similis quęstio q̃ notaꝝ de cele. missa. sup rubrica. Sed quid si erigat hospitale in limite ecclesię veteris? Rñdet Lapus ꝙ acquirit ius patronatus ex hoc ipi ecclesię. vt. xij. q. ij. apostolicos &. xvij. q. iij. & no. Hostiẽ. in sum. Sed quęritur vtrum hospitali debeat certa dos assignari? Rñdet Lapus ꝙ non. Ioan. an. post Hosti. ꝙ hospitali sicut & ecclesiæ in cõstitutione eius debet certa dos assignari, vñ ſm eum ꝓcedet libellus talis: peto hospitale cui ꝙ cum pertinentijs suis & intelligitur tunc de dote tm: quæ tã dẽat de iure ad hospitale pertinet. Et si quęratur de quantitate dotis: scilicet quãta debeat esse? Rñdet Lapus, recurrẽ ad ar. a simili de cõsecra. eccle. cum sicut, & quod ibi nota, in glo. ordinaria: ga alia dos requirit in ecclesia: alia in monasterio vt ibi, sicut alia in hospitali. Tanta eñ debet esse dos in ecclesia ꝙ sufficiat ad luminaria & ad vitam mini norẽ ca
Nota te
strorũ. xvj. q. vij. pię mẽtis. existimatio est epi scopi. In hac nomine scilicet hospitalis dote habebitur respectus aliorũ hospitalium, arg. in auẽ. de ecclesiasticis titu. §. si quis. debent autẽ eo suo prouideri vt habeant affirmas. i. prouisiones rerum necessariarũ. Et in hoc cõsiderabitur spes hospitalis. Nam si sit Affirdepũtatum ad hospitandum pauperes tunc principalis cura erit in lectis. Alia sunt deputata ad curãdum infirmos. res ne & tũc principalis cura erit in bonis & deuotis ministris & cessarię. expertis in opere medicinę: & sic de singulis. & ſm hoc erit prouidendum de dote eius.

§. VI. DE CONCESSIONE PER LI

teras apostolicas vel legatoꝝ sedis apl'icæ sup[illegible] prouisione quorumcũq; clericoꝝ cõcessa directas, Nunquid per has poterit eis prouideri de hospitali? Rñdet Iapus ꝙ non ꝑ cle. per literas. de prębẽ. etiam si hospitalia illa habeãt ecclesias vel capellas vel alia iura ſpũalia annexa nisi de eis ſpãliter caueaꝫ. vt in dicta cle, per literas. & hoc verum est si literæ sint gratioſę siue in forma pauperũ. vt dicit Pau. Sed qđ de literis apostolicis sup[illegible] reseruatione fructuum beneficiorum? Rñdet Lapus. hãc qstionem tangit glo. sup[illegible] dicta cle. per literas. & dicit ꝙ talia nõ includunt nisi exprimãt. Et est ratio ſm glo. ga ex quo sunt depurata ad certũ vsum sine expressa licẽtia papę ad alium vsum quẽri nõ debẽt. vt in dicta cle. ga contingit. Sed nunquid talia beneficia vacantia per morrẽ officialis papę: seu per obitũ decedentium in curia: habent locũ in eis decretales prima & secũda de prębẽ. lib. vj. Rñdet Lapus ꝙ non de iure cõi: ga illa. c. allegata loquuntur solum de beneficijs & dignitatibꝰ, ergo non habent locum in hospitalibus ratione iam dicta. Si aũt sup[illegible] talibus beneficijs emanarent extrauagãtes: put emanauerunt reseruationes circa beneficia: eaꝝ tenor esset inspiciendus. eꝫ de priuile. c, porro. & nisi fieret expressa mentio in illis non includerenꝰ. Nec mirũ: ga predicta iura loquentia de beneficijs vacantibus in curia includunt beneficia spectantia ad patronos laicos vt videꝫ innuere glo. super decretali. & de prębẽ. lib. vj. Et ſm hoc de hospitalibus habentibus patronos laicos non esset dubiũ. Sed nunquid in illis duobus casibus possint cõferri clericis in beneficium. de quibus in dicta cle. ga contingit, includũt in literis super prouisione facienda impetrantibus clericis? Rñdet Lapus, glo. in dicta cle. ꝑ literas. tenet ꝙ nõ. Sed nũquid est gñaliter verum ꝙ in literis ad beneficia impetratis non includantꝰ hospitalia? Rñdeo: distinguendum est ſm Lapum vt distinguit glo. in cle. ꝑ lras. ga aut hospitale est principale cui accedit ecclesia vel capella: & tunc ꝑ dictas lras non debeꝫ. Si vero ecclesia sit principalis habens annexum hospitale. tunc debeꝫ per tales lras & venit rõne accessorij qđ⁹ principaliter non veniret, facit eo. titu. sup[illegible] eo. lib. vj. in dubio vero: ga extat ecclesia & hospitale nec constat qđ⁹ sit principale: & qđ⁹ accessorium: dicit ꝑdicta glo. ꝙ si apparet possessio & denominatio &c. de ꝑbẽ. c. cum de beneficio. lib. vj. Si non apparet: repelletur impetrans. Constat enim principale hospitale: nec constat illud accessorium ecclesię. & certum est ꝙ si hospitale & ecclesia essent annexa. ita ꝙ neutrum est principale haberet locũ dicta cle. per literas. ſm glossam prędictam. Sed nunquid legati de latere possunt conferre dicta hospitalia? Rñdet Lapus. si sunt hospitalia in quibus laici obtinent ius patronatus: non est dubium ꝙ sicut non conferunt ecclesias collegiatas: eadem ratione nec hospitalia collegiata. Sed in hospitalibus spectantibus ad ecclesias collegiatorum

vel ad clericoꝝ dispoſitionē videt dubiū: qa ſicut poſſunt
ꝓferre talia bñficia: ita & hoſpitalia. Gloſ. in ordinaria ſu
Nota qd de facto quid de iure fiat p dicta cle. per literas. videt ſentire cōtrarium. Et hoc idē notat Paulus ibi. Vidi tamē ꝛium de facto ſæpe: & lega ti de latere talia hoſpitalia conferunt. Sed licet talia hoſpi talia nō includantur in literis apoſtolicis vel legatorum eius ad beneficia imperatis nunquid in literis eꝑorum includent? Rñdet Lapus ſm Zab. in dicta clemē, non: niſi prout hodie cauet. in dicta cle. de religio. domi. Sed Guill. de monte laud. dicit. q ordinarij ea poſſunt conferre cleri cis & eis aſſignare pro titulis perpetuis: dum tamen cōſue tum ſit per plures de antiquo regi tamq habentia curam animarū vel altaria: vel hoc cōſtitutum fuit a fundatōe: vel quis p electionem creetur in ipſis locis.

§. VII. DE QVIBVSDAM AD QVE

nō tenent hoſpitalarij ſeu hoſpitalia: de quibus poſſet du bitari. Et primo ſciendum ſm Lapum. q hoſpitalarij qui bus committuntur hoſpitalia gubernanda: in quantū ho ſpitalarij non tenentur ad diuinum officiū ſeu horas. Nā & laici etiam vxorati poſſunt eſſe hoſpitalarij qui ad offi cium non tenent. Et ratio eſt: qa nō eſt iure cautū q teneā tur. Sed clerici quibus collata ſunt hoſpitalia in beneficiū tenent: quia beneficium datur ꝓpter officium. Et ſimiliter ſi hoſpitalarij eſſet in ſacris conſtitutus: quis illud nō ha beret in beneficium. Non etiam tenēt talia hoſpitalia ad cathedraticum. ſm Paulum in cle. qa cōtingit. Et ratio: qa bona talium locoꝝ tenent ad ſuſtentationem pauperum tm: ergo non ad aliud vnde non ad cathedraticū: qa nō eſt hoc iure expreſſum: nec dos ꝑ hoc a principio fuit inſtitu ta. Item non tenentur ad procurationem cū eps viſitat ſm Nota li bertatē hoſpita lium. Paulum in dicta cle. qa cōtingit. Ex hoc probat q eps nō poſſit viſitare talia hoſpitalia: quando. l. procuratio debe tur ꝓpter viſitationē: ſed ad procurationem non tenentur hoſpitalia. Si ergo vult corrigere vel emēdare aliquid eps ad quod tenetur ſm formam dictæ clemen. inquirat & nō viſitet. Sed de viſitando alij doctores tenent contrarium. Nam Fede. de Senis in conſilio. cv. tenet q eps viſitando vel non viſitando curam debet habere in hoſpitalibus q fiāt ibi ea ad q̄ ſunt inſtituta. & dicit hoc ꝓbari in. c. roma na. de cēſi. lib. vj. §. pia. Item Ioan. an. & Archi. Et iſtud eſt verius: nec obſtat ratio Pauli. Nam eps debet viſitare ec cleſiam pauperum non obſtante paupertate: & non debet exigere in dicto caſu. vt. d. c. romana. ita & hoſpitalia viſi tet & nil exiget cum pauper intelligat: cum omnia paupe ribus erogari debent. Item non tenentur ad decimas papa les hoſpitalia. Dicit em̄ glo. ſuper cle. ſi beneficiorū. de de cimis. q hoc hodie eſt expeditum p declarationē clemen. Honorij & Bonifacij. viij. vbi dr̄. De redditib⁹ prouenti bus leproſorum domorum dei & hoſpitalium quę in vſus pauperum & infirmorum conuertunt decimę nō ſoluūt. Sed quid ſi conſtat hoſpitale ędificatum ſed non cōſtat de autoritate eꝑ? nunquid cenſebitur locus eccleſiaſticus cū alias: vt dictum eſt: non dicat locus eccleſiaſticus hoſpita le: niſi ſit factū autoritate eꝑ? Reſpō det Lap⁹. q Fede. de Senis in conſilio. cvj. dicit q ex quo non apparet contra rium in dubio preſumitur: ex quo vocatur hoſpitale & ha bet faciem loci eccleſiaſtici: vt colligitur de priuilegijs pa tentibus. vnde & notat Archi. de conſe. diſ. j. ne Moyſi. du bium eſt an in conſtitutione eccleſię interuenerit autoritas eꝑ nec ne: debemus preſumere q interuenerit ex quo ha bet ſigna loci eccleſiaſtici: & maxime ſi talis locus denomi natur a nomine alicuius ſancti: puta dicitur hoſpitale ſan cti Petri & Canciani: immo & plus dicit Fede. q etſi nō ſit conſtructum hoſpitale autoritate epiſcopi: ad epiſcopum tamen ſpectat curare vt ſeruentur in eo ea ad quæ deputa tum eſt: cum perſonæ degētes ibi ſint miſerabiles & ſuper protectiōe eccleſię eſſe dicātur. Sed quæritur an in talibus hoſpitalibus habeat locum clemen. diſpendioſam. de iu di. vt ſcilicet in eis ꝓcedat ſimpliciter & de plano & ſum marie ſine ſtrepitu & figura iudicij? Reſpōdet Lap⁹ q hāc queſtionē tangit glo. ordinaria & tenet q ſic per verbum officijs quod eſt in dicta clemen. quare non eſt dubium q rectores talium locorum dicuntur habere. Sed nunquid in iſtis fiet miſſio in poſſeſſionem cauſa cuſtodię: cum in be neficijs non fiat. eꝑ de eo qui mittitur in poſ. c. j. lib. vj. Rñ det Lapus: hanc quæſtionem determinauit dñs meus La pus abbas. & concludit q nō fiat miſſio in poſſeſſionem: qa ex quo poteſt proceda in tali cauſa lite non ꝓteſtata. vo. dictum eſt. cum ſit dare viam ordinariam non recurrit ad extraordinariam. Quid ergo de clemē. ad cōpeſcendas. de ſequeſtri. nunquid habebit locum in iſtis hoſpitalib⁹? Reſpondet Lapus. Credo q ſic per identitatem ratiōis: & per ea quæ notat dominus meus Lapus abbas in dicta q̄ ſtione: vbi dicit q nomine officij & beneficij eccleſiaſtici venit locus: cum ſit locus religioſus & eccleſiaſticus: & iu re eccleſiaſticorum beneficiorum cēſeri debet. nec obſtat clemen. per literas. de prēben. cum ſimilibus. quia loqui tur in ambitioſis & odioſis in quibus fit ſtricta interpreta tio. Sed nunquid clemen. cupientes. de elec. habeat locum in hoſpitalibus? Reſpondet Lapus. q Ioan. and. & Bart. & Guil'. dicunt q non. & idem ſentit Archi. & Ioan. mo. quia aliud eſt hoſpitale aliud eccleſia. Eodem modo pōt quæri vtrum. c. j. de elec. lib. vj. habeat locum in hoſpitali? Rñ det Lapus. abbas videtur ſentire q ſic: quod etiā mihi pla cet non obſtante q. ca. cupientes. locum non habeat: nam illa loquitur de cathedralibus & regularibus eccleſijs: ſub quorum vocabulo hoſpitalia non comprehenduntur. Sed decretalis ſtatuimus. loquitur de electione: poſtulationi bus: prouiſionibus: ſed non poteſt negari: quia hoſpitali prouideat de rectore: de hoſpitalib⁹ ergo intelligatur. Idē ſentire videtur Paulus de legatis factis pro hoſpitali tenē do: vel poſt ipſum factum eidem ſub diuerſis conditioni bus. Et primo queritur quid ſi teſtator relinquit quādam domum ſuam priuatam: vel cum mandauit ibi teneri lec tos ad hoſpitalitatem ſeruandam & vnum famulum ad recipiendum pauperes & ſeruiendum: nunqd poterit hęres compelli per epiſcopum ad ſeruandum hoc? Reſpōdet Lapus non eſt dubium q poteſt: ſicut & in alijs legatis. de teſta. c. ſi hæredes. cum ſi. immo ſm quoſdam omne lega tum eſt pium: & de oibus poteſt ſe intromittere eps vt de teſta. c. Ioānes. & no. Archi. xj. q. j. Syluester. imo nō poſſet hęres vel alius dictam domum ad aliū vſum deputare: nō ex hoc qa locus ſit religioſus: ex quo nō eſt autoritate epi fact⁹: ſed qa legata ad pias cauſas facta nō poſſunt ad aliū vſum conuerti q̄ diſpoſitum ſit a teſtatore vt in dicta cle. qa contingit. de reli. do. & ita aſtringet hęredem ad hoc fa ciendum: & ſuccedet ipſe ſi non faciet iſta: cogere debet vt cōſeruet vt ad eum ſtatum ad quem deputatum eſt per te ſtatorem vt pauperes recipiātur & bene tractētur ibidem: & hoc non ſolum quia perſonę miſerabiles ſunt ſub prote ctiōe epiſcopi: ſed qa etiam executio priorum legatorum ad eum ſpectat: & ipſe eſt iudex. Idem ſentit Federic⁹ de Se nis. Sed quid ſi tali domui relictę pro manutenenda hoſpi talitate ibidem reliquerit certas poſſeſſiones: nunquid il lę poſſeſſiones tenebunt ad taleas & onera laicorum? Rñ det Lapus ſic. ex quo locus nō eſt religioſus: tamen illa ſol uit hæres qui eſt obligatus ad hāc domum & poſſeſſionē ad hunc vſum ſeruare. Illæ enim poſſeſſiones ſunt partes hæreditatis & ad ipſum hæredē ſpectant & pro ipſis obli gantur. Sed nunquid poteſt erigi hoſpitale & in ſui funda tione ordinari q oīa bona ſibi relicta vel quecunq obue nientia debeat alienare & eorum præcium erogare paupe ribus? Reſpondet Lapus q non. qa hoſpitale eſt locus ec cleſiaſticus & religioſus: ergo debet ſubijci regulis quę ha bent q bona immobilia ſine cauſa & cum ſolennitate nō alienentur. vt. x. q. ij. §. hoc ius. immo non videtur valere conſuetudo contraria. de reb⁹ eccle. nō alie. c. ſi quis ꝑſby terorum. Sed contrarium puto verum. Non enim hoſpi talia hoc caſu incedunt pari paſſu cum eccleſijs propter di uerſam rationem. Nam bona eccleſiarum a principio con ſtituuntur pro ſeruientibus & oneribus epiſcopalibus & papalib⁹ & legatorum clericorum ſine quo ordo eccleſia ſticus confunderetur: ſed bona hoſpitalia deputantur pro pauperibus ſuſtentandis: vnde fructus non faciunt ſuos vt prælati rectores hoſpitalium. Præterea videm⁹ hoc in religioſis mendicantibus q bona immobilia capiunt vt vendant & ſibi de precio prouideant cum illa retinere nō poſſunt. ſm ea quę notātur de proba. c. in præſentia. & de cāt. relig. do. c. j. lib. vj. in glo. hinc eſt q pōt præſcribere hoſpi tale q capiat omnia legata relicta pauperibus in vna ciui tate: vt refert Ioan. an. & ſpecu. Et huius occaſione quærit Ioan. and. an valeat ſtatutum factum in ciuitate q legata talia ſoluāt alteri hoſpitali vel religioſo collegio in ꝑiu dicīū dicti

Nota de mēd

dicium dicti hoſpitalis, allegat pro & cōtra. ſoluēdo tenet q non per plura iura. &. c. veſtra. de loc. Itaq; per dicta tutum nullum præiudicium poteſt generari prędicto ho ſpitali. Sed quæritur (quod poteſt frequenter contingere) teſtator iuſſit ędificari hoſpitale vl' eccleſiam vl' monaſte rium in certo loco: nunquid poterit fieri in alio: vel nun quid poterit tale legatum cōuerti in aliud ꝓium opus: vel ex Nota hū vim vltimæ volun tatis. prædicio exponendo in ipſa ædificatione reparare ſeu au gmētare aliud hoſpitale? Ad hanc queſtionem que eſt tri membris: reſpondet Lapus ad primam partem q ſine cau ſa non licet: qa vltima voluntas teſtatoris pro lege ſeruā da eſt. xiij. q. j. c. vlti. & gloſ. j. & ea quę ad certum vſum lar gitione ſunt deputata fidelium: ad illum debent & nō ad alium ſalua ſedis apoſtolice autoritate conuerti. de relig. do. quia contingit. in clemē. Et ſicut hoc nō licet in facto: ita nec in modo nec in loco. de reſti. ſpol'. c. piſanis. Ex cau ſa vero licet: puta quia non poteſt in illo loco fieri hoc. eꝑ de teſta. c. nos quidem Et per epiſcopum vel alium inferio rem a papa. Ad ſecūdam partem idem dicit q non poteſt per alium q̄ per papam ſine cauſa. Ex cauſa tamen etiam per alium inferiorem: vt dictum eſt de primo caſu. Et ſup hoc vide quod ſcribit Lapus abbas in clemen. quia cōtin git. & Bar. de Saxoferrato in libello minoricarum. Ad par tem tertiam dicas idem per omnia. Et facit hoc ad queſtio nem quam notauit ſpeculator de inſtru. ædi. §. nunc vero. ver. quid ſi teſtator. Et Ioan. and. de illo qui relicto hære de & tribus commiſſarijs iuſſit ędificari & dotari eccl'iam: quo mortuo duo commiſſarij illud legatum cōuertere vo luerunt in tranſferendum vnum monaſterium male ſitua tum ad locum alium. tertius commiſſarius & hæres diſſen tiuit. Et hoc tenet q nedum duo ex tribus ſed nec omnes tres contra voluntatem: hæredis: quia in eccleſia nouiter conſtructa ius deber acquiri patronatus: & per id memo ria defuncti conſeruatur & remittit Ioan. an. ad ea quę no. in. c. Nos quidem. de teſta. Verum in prædictis excluditur autoritas apoſtolicę ſedis. quia vt dicit Guil'. de Mōte lau. ipſe poteſt in legatis ad pias cauſas quicquid vult facere. Sed vtrum legati apoſtolicę ſedis poſſint iſta legata ſine cauſa conuertere ad alios vſus? Et. tenet glo. ordinaria ſup clemen. quia contingit. q non. Et Idem Lapus abbas. Sed quid ſi teſtator legauit vnum hoſpitale fieri in fundo ſuo per executores ipſumq; dotari ad vſum pauperum. Execu tores autem autoritate prælati volunt facere vnam eccle ſiam religioſorum: nunquid poſſunt hoc facere? Reſpon Nota. det Lapus q abbas tenet q non. Refert Ioan. an. cum qui busdam iuriſtis conſuluiſſe contrarium. aſſignans pro ra tione: quia qui magis & melius facit non aliud ſed idem facit: ſed plus eſt eccleſiam religioſorum facere vel ędifica re q̄ hoſpitale.

§. VIII. DE RECTORE HOSPITA

lis quo ad modū hoſpitalitatis. Et primo queritur vtrum hoſpitando vel eleemoſynas largiendo poſſit præferre cō iunctos extraneis? Reſpōdet Lapus. hæc quæſtio tangitur de cohabi. cle. c. j. Et deciditur q vtiq; preferendi ſunt pro pinqui extraneis. quod eſt intelligendū ſi egeant: non au tem ſi ſunt diuites vel vt diuites faciat. Ad quod etiam fa cit. diſt. lxxxvj. non ſatis. circa finem. contra tamen facere videt diſt. xlij. ſi quis. vbi dicitur q in hoſpitali nō debet eſſe delectus perſonarum. i. diſcretio. quod poteſt tamē in telligi vt ſcilicet non attendatur ad qualitatem perſonæ: puta quia amicus vel conſanguineus: ſed ad indigentiam magis. Sed nunquid hoſpitalarius poſſet eligere ad hoſpi tandum & reficiendum & alios actus ad quos deputatus eſt exercendum certos pauperes perpetuos: ita q illis viuē tibus alius non admittatur? Reſpondet Lapus ſi hoſpitale eſt deputatum ad hoſpitandum & pauperes reficiendum: Nota de rōna bili obſequio vel ad alium actum charitatis exercendum: non puto illici te prędictam electionem facere: quia nō videtur talis fuiſ ſe mens conſtituētis: nec tantum debet dari vni: vnde alij ſcrupuloſo corde moueātur. In diſtributione enim debēt plura concurrere & conſiderari diuerſa in indigentibus: vt patet diſtin. lxxxvj. c. non ſatis. Et de hac materia mul ta habes in ſecunda parte titu. j. ca. xxiij. de inhumanitate. & in. iiij. parte. titu. v. c. de miſericordia. non ergo illa quæ debent obſeruari in huiuſmodi: qui totum hoſpitalitatis officium ad certas perſonas conuerteret cæteris excluſis. nam alijs iniuria fieri videretur. Et poſſet hoc per epiſco pum corrigi tamq; indiſcrete factum: vt quia vſum debi tæ hoſpitalitatis & mentem diſponentis peruertit ſeu re ſtringit: vt in clemen. quia contingit. Non tamen nego quin poſſit fundari hoſpitale a principio cum iſto ordine videlicet q rector teneatur eligere decem vl' plures certos pauperes perpetuos pro facultatibus hoſpitalis: & illos ſo los reficere vel hoſpitari: & vno eorum decedente alter ſubſtituatur. hoc enim appoſitum in principio non eſt ili licitum. In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. Et cuilī bet eſt licitum in re ſua ponere conditionem honeſtam & maxime autoritate epiſcopi etiam quæ alias de iure com muni non procederet. vt de relig. do. conſtitutus. Vnde & patronus in eccleſia poteſt ſibi reſeruare vocem conſentiē te epiſcopo: iuxta ea quæ notantur in. c. nobis. de iure pa tro. Idem ſępe fit in domibus deputatis pro ſtudentibus prout diſpoſuit do. Cardi. Sabinen. Bonon. & magnus Se Boni caſus. neſcallus regni Sicilię prope Florentiam in monaſterio quod fecit Carthuſienſium. hoc etiam fieri conſueuit in le proſarijs. vt certi leproſi vſq; ad certum numerum certi eli guntur vt in hoſpitali ſancti Euſebij iuxta Florentiam. Quærit exinde an reſeruatio generalis facta de beneficijs Ioannis. xij. comprehendit hoſpitalia collegiata in quib⁹ ſunt conuerſi laici eligentes ſibi rectorem quandoq; cleri cum: quandoq; laicum? Reſpondet Lapus, hanc queſtionē mouet Fede. de Senis in opere ſuo. & tenet q non. mouet eum: quia nomine eccleſiarum monaſteriorum vel prio ratum non comprehenduntur hoſpitalia ſiue in materia fauorabili ſiue in materia odioſa. Et ſemper illa tria vide licet monaſteria eccleſię & pia loca ponuntur vt diuerſa & ſub diuerſis vocabulis nūcupantur: & ſic non ſunt idē: quia etſi reformatio talium locorum pertineret ad papā propter diutinam vacationem fraudaret hoſpitalitas con tra mentem iuris. de relig. do. in clemen. ij. ſm eum. Sed nū quid poſſunt rectores hoſpitalium adminiſtrare vel age re ante præſtitum iuramentum & ante cōfectum inuenta rium ad quæ tenentur in clemen. quia contingit? Reſpon det Lapus q hanc quæſtionem mouet Paulus in dicta cle men. & dicit q non: ſicut nec tutor nec curator. Et omnia opponi poſſunt contra iſtos ſicut quę contra tutores & cu ratores opponi poſſunt reſpectu iuramēti non prędicti vl' inuentarij non confecti cum inſtar eorum ad hęc duo te neantur. Sed nunquid valet conſuetudo quę habet q om nia bona hoſpitali relicta etiam immobilia alienet & in vſum pauperum deputet? Reſpondet Lapus valet vtiq. Sed nunquid in alienatione talium bonorum immobi lium hoſpitalis requiritur illa ſolēnitas iuris quæ requiri tur in alienatione rerum eccleſię? Reſpondet Lapus q Pe. de Bella. prout refert Pau. in cle. quia cōtingit. tenet q de cretum eſt neceſſarium in immobilibus. In his autem quę ſeruando ſeruari non poſſunt: non requiritur. alleg. C. de admi. tu. lex quæ tutores. Et iſta faciunt ad id quod obſer uat hoſpitale ſanctæ Mariæ nouæ de Florentia: cuius re ctor conſueuit de triennio in triennium impetrare licētiā a domino archiepiſcopo Florentino vendendi & alienan di quæ obuenire contingit vel continget ipſi hoſpitali & vigore dictæ licentiæ prima vendit. Quæritur nunquid iſtud de iure fieri poſſit? Reſpondet Lapus. non eſt dubiū q in bonis eccleſiarum nō ſufficeret dicta licentia vbi re quiritur materia: ſcilicet iuſta cauſa & forma. ſ. tractatus in ferioris & autoritas ſuperioris: ſed talis licentia diffuſa va ga & incerta nō poteſt prędicta includere. Sed in hoſpita libus puto idem ſi loqueremur de dote primaria quæ con ſtituta fuit et ſine qua epiſcopus nō debet pati hoſpitale de nouo erigi. vt ſupra dictum eſt. Sed de bonis obuenien tibus ex relictis vel ex eleemoſynis fidelium: iſta facilius poſſunt vēdi: quia cauſa ſemper eſt vniuerſalis perpetua & iuſta. ſ. vt diſtribuātur in vſus pauperum: & ideo dicta licentia generalis poteſt ſe legitime ad dictam perpetuam referre. Et ſi valet hęc conſuetudo per ſe: multo fortius cū licentia epiſcopi. & ſic dicta obſeruantia dicti hoſpitalis videtur poſſe ſuſtineri. Sed nunquid hoſpitale poſſit præ ſcribere decimas? Reſpondet Lapus q ſic: ex quo eſt locus religioſus: vt puta quia erectus autoritate epiſcopi: vnde talia iura poſſunt ſibi accidere. vt de præbē. c. per literas. lib. vj. Et probatur per clemen. quia contingit. vbi poſſit præſcribere ſepulturam pauperum & habere ibi preſby te

ium celebrantē diuina & administrantem ecclesiastica sacramenta. Sed nunquid rectores hospitaliū faciunt fructꝰ suos? Respondet Lapus. ꝙ glos. super cle. ga contingit. tenet ꝙ non. etiam separatos a solo. idem Zen. ibidem. Sed Nota le quæritur quot pauperes & infirmos teneatur hospitale regem ho cipere? Respōdet Lapus. quod potest ex fructibus & faculspitaliū tatibus commode sustentare. Ita dicimus de monialibꝰ recipiendis. vt de testa. re. c. j. lib. vj. ita & in clericis instituē dis. extra de insti. c. j. Ita & in procuratione habenda est rō facultatis. de cēsi. c. sopite. Ita etiam notat Zab. Et per hoc patet ꝙ plus abundans ad plures recipiēdos tenetur. hoc tamen ſm Paulum non habet locum in leprosarijs: quia ibi sunt continui & anno sterili non possunt nutriri: ab initio vero debuerunt tot recipi quot potuerunt commode sustentari sicut in alijs ecclesijs. vt de vita & honesta. clericorum. c. quoniam. Sed nunquid poterit personam aliā habilem vel haberi vel præscribi hospitale in proprietatem? Respondet Lapus ꝙ sic: quia etiam ecclesia sic potest. præscribi: vt lite non cōtesta. c. ij. & eo. ti. c. eum qui. lib. vj. Vnde fortius hoc in hospitali: & tunc regitur per custodē vel famulos ecclesiæ vel loci qui tale hospitale ꝓscripserit. Idē puto de mensa. & ea ratione: quia si ecclesia pōt esse. de mēsa alterius: & per illum regi sine proprio rectore: vt de excess. præla. ca. frequens. in clemē. Et idem puto ꝙ posset competere ponere hospitalarium & remouere ad nutum alicuius prælati eadem rōne.

§.IX. DE HOSPITALIBVS QVO

ad sepulturas. Quid si aliquis eligit sepulturam apud ecclesiam hospitalis: nunqd ecclesia parochialis deber habere canonicam de relictis eis? Respondet Lapus ſm Hostiē & Ioan. And. ecclesia parochialis de omnibus relictis eis pro anima debet habere canonicam. de sepul. ca. In nostra. Et hoc siue relinquatur ecclesiæ: vel ecclesiæ & fratribꝰ ibi morantibus: siue in genere siue in specie. siue dicatur. relin. quo hoc hospitali: immo ſm quosdam ex quo elegit apd hospitalarios sepeliri etiam de relicto hospitali: etiam si expresse dicat non pro anima & sepultura: vt de sepultu. ris. c. de his. Sed quid si ibi non elegit sepulturam: sed tātum de iure ibi sepeliendus est: vel quia ei dederit se & sua. vel quia factus est frater. vt extra de priuileg. c. vt priuilegia. vel quia ibi erant sepulcra parentum. eo. ti. c. j. Respōdet Lapus ſm Hostiē. & Ioan. And. in. c. in nostra. debet parochialis de omnibus habere canonicam ex quo in eorum ecclesia sepelitur de iure sine electione. Quid si ibi sepeliri non potuit per casum fortuitum: puta quia tempore mortis testatoris locus ille erat occupatus ab hostibꝰ vel alia iusta causa: vt quia in bello mortuus: nec potuit discerni corpus? Respondet Lapus: ꝙ ſm Hostiensem & Ioannem And. in dicto cap. in nostra. habebit ecclesia parochialis de omnibus canonicam. secus si dixisset: reliquo hoc ecclesiæ in qua sepeliar & illud hospitali. tūc enim de relicto ecclesiæ vbi eligit sepulturam deducetur canonica portio & non de relicto hospitali: quia hospitalarij sunt exempti. & de his quæ legantur locis exemptis: nisi ibi eligatur sepultura: ecclesia parochialis nil habebit. allegat de testamentis. cap. officij. & de sepulturis. Ea enim quę sic diuisim sunt hospitali relicta non videntur relicta hospitali pro sepultura: sed alias pro anima. Sed quid si nec de iure debuit sepeliri apud hospitalarios: nec ibi elegit sepeliri. sed de facto ibi alias sepultus est? Respondet Iapus: ꝙ ſm Innocentium & Ioannem andreæ in cap. in nostra. ꝙ de relictis nec in totum nec in partem reddet parochiali ecclesiæ: sed corpus tantum & oblationes & alia quæ ad ipsos ratione sepulturæ deuenerunt: vt de sepulturis. cap. ex parte. Quid si hospitale habet parochiam: id est habet ecclesiam quæ est hospitale? Respondeo secundum Innocentium ꝙ in isto casu nisi ecclesia sit exempta diuideretur legatum factum ecclesię. de quo percipieturcanonica alegato facto hospitali: de quo nil percipiet cum sit exemptum: vt de testamentis. capitu. officii. sed illa capitula secundum ali quos probāt contrarium. Quid si testator dicat: relinquo hoc vel illud hospitali: non pro sepultura: sed alia iusta causa? Respondet Lapus: de tali casu nil percipiet ecclesia parochialis: nisi relinquens se transtulisset ad hospitalarios. de sepulturis. capitu. de his. vel nisi ecclesia hospitali sit vnita: ita ꝙ quicquid dicitur de vno necesse sit vt intelligatur de alio: puta quia hospitale cum ecclesia sua exēptum est: nec in spiritualibus: nec in temporalibus est ali quid in eis diuisum specialiter & seorsum. Itē cum huiusmodi loca ad pios vsus deputata diuersis nominibus nuncupentur: & aliqua habeant altaria in quibus diuina celebrantur: aliqua habent simpliciter domos in quibꝰ obseruatur hospitalitas. Item eorum aliqua sunt deputata ad pios vsus per laicos sine autoritate episcopi: & multa talibus locis relinquuntur in vltimis voluntatibus pro remedio animarum sub diuersis modis & verbis. Quæritur an Vtrum ęps posepiscopus de his possit petere quartam? Respondet Lapus sit accisecundū dominum Fräciscum Clusinum in quodam suo pere ꝙrtam. opusculo: ꝙ cum omnia prædicta loca sint pia: & omnia pia loca ad quartam teneantur: vt de testamentis. capi. offi. cij. concludit omnia prædicta loca ad quartam teneri. Et dicit Hostiensem hanc opinionem probare in summa de sepulturis. Et concludit ꝙ de omnibus relictis pro anima debetur quarta. Et declarat quæ dicantur pro anima relicta: illa videlicet quæ relinquuntur ecclesiæ vel pio loco: etsi de anima nulla fit mentio in legato. Item quicquid ab extraneo relinquitur prælato: etiam si nomen prælati sit expressum in legato. Item dicit deberi quarta de relictis hospitali iure institutionis. Item de relictis pauperibus alicuius hospitalis: quia legare pauperibus alicuius hospitalis vel loci est legare hospitali vel loco: quod expresse notat Ioannes Andreæ de conuer. coniu. in cap. dudum. quantuncumq; de relicto simpliciter pauperibus gabella nulla solui debeat. Item non solum de mobilibus: sed etiam de immobilibus quę relinquit in vltima voluntate testator: vt molendinis & huiusmodi alijs. Queritur si detur pecunia pro hospitali habendo: vtrum committatur simonia? Respondet Lapus. glossa. prima quæstione septima. videtur sentire ꝙ sic: immo etiam si detur pro administratione pauperum. & videtur probari hoc. j. qōne. iij. saluator. vbi dare pecuniam pro officio castaldi aduocati vel iudicis ecclesiæ committitur simonia. Et glos. ibi tangit istam quæstionem: & ponit opiniones contrarias. Hugo dicit ꝙ in omni administratione ecclesiasticæ rei committitur simonia si detur pro huiusmodi pecunia. & est simonia ſm eum: quia prohibita. Alij dicunt ꝙ simonia est si ei est administratio talis quæ habeat aliqd spiritua Impedi litatis annexum. facit quod notatur extra de simo. cap. consulere. & hoc videtur verum. Sed nūquid beneficium pos menta hospitest permutari cum hospitali? Respondeo ſm Federicum. talij. de Senis ꝙ sic. si hospitale conferatur in beneficium clericis. secus si hospitale sit concessum laicis. Sed si clerico sit commissum vt bono iure nō in beneficium: putat ꝙ possit fieri permutatio: quia non est titulus toraliter profanus: sed ecclesiasticus nec potest vendi sine vitio simonię. Si quęratur quid posset opponi contra rectores bonorum hospitalium? Respondet Lapus ꝙ potest opponi ꝙ non fecit inuentarium solenniter & ꝙ sit minor. xxv. annis. C. de epis. & cleri. Orphanotrophos. Item ꝙ est turpis persona & suspectæ vitę: vel ꝙ est ei interdicta administratio. iij. q. ij. c. quia. Sed infra quantum tempus debet compleri hospitale? Respondet Lapus Hostien. dicit in summa. ꝙ infra annum: si fiat oratorium infra quinquenniū. in auē. de ecclesiasti. titu. §. si quis autem. Item quæritur vltimo. vtrum diocesanus posset visitare hospitalia infectorū suę diocesis habentia altaria: oratoria: & campanilia? Respondet Lapus ꝙ Federi. de Senis in opere suo tenet ꝙ sine extestamento siue a principio inter viuos ordinatum fuit ꝙ locus talis esset deputatus ad vsum hospitalitatis: siue interuenerit autoritas episcopi siue non: potest per episcopum visitari: vt visitando inquirat an ibi illud fiat propter quod constitutum est: & propter quod ibi fiunt elee mosinę a fidelibus: & maxime cum habeat signa: formā: & statum loci pī & ecclesiastici. vel etiam sic denominek. ad hoc de sentent. excommunica. capitulo si iudex. libro sexto & quod notat Archidiaco. de præben. capit. cum de beneficio. libro. vj.

TITVLVS. XII. DE ECCLESIIS

& patronis earum.

¶Ecclesia tribus modis sumitur. Cap. I.

In eccleſi

IN ECCLESIIS BENEDICI te deo dño de fontibus Israel. Pſ. lxvij. Vos scilicet fideles qui estis de fontibus baptismalibꝰ Israel. i. christianitatis quæ deum videt per fidem. Sic enim interpretatur Israel scilicet videns deum. De fontibus dico leuati siue renati benedicite deo. Benedicit autem quis deum corde colēdo & recte de eo sentiēdo. Pſ. cij. & ciij. Bñdic aīa mea dño. & Iob. j. Benedicant deo in cordibus suis. ore ipſm laudando & prędicando. Iacobi iij. Ex ipso ore benedicimus deum & patrē. opera virtuosa ppter deum operando. Tob. iiij. Omni tpe benedic deum scilicet bene operando. Benedicite inquit deo in ecclesijs. Vbi nota ꝙ ecclesia tripliciter accipitur.

¶Pro collectione fidelium generali.

¶Pro congregatione iustorum speciali: alꝭ spirituali.

¶Pro ædificatione lapidum materiali.

§.I. DE PRIMA DICITVR. I. TI

moth. iij. Scias quomodo in domo dei oporteat te conuersari quæ est ecclesia dei viui. i. congregatio fidelium. Hæc designantur parabolice Matth. xiij. c. cum dicitur. Simile est regnum cœlorum. i. præsens ecclesia: sagenæ missæ in mari: & ex omni genere piscium congreganti. Mare præsens sæculū: pisces homines: sagena immissa doctrina euā
ſignis canō ex gelica: quę ex autoritatibus connexis constat. hæc capit pi
Gregō. ces bonos & malos: qa sub hac doctrina fidei concludunt multi boni & mali: sed in fine discernuntur. Vnde Greg. xxij. q. iiij. hæc vita. ait. Hęc vita quę inter cœlum & infernum sita est sicut in medio subsistit: ita vtrarumq; partiū ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia & in discrete. id est indistincte suscipit: & postea in egressione discernet. Si ergo boni estis q̄diu in hac vita subsistitis equanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tolerat: ipse per impatiētiam sibi testis est: quia bonus non est. Hæc ille. Ista mixtura multipliciter figurata est: & oppressio & persecutio bonorum a malis per opera & mala exempla: vt per Cain & Abel quorum ex vno patre & matre & vna domo Cain interfecit Abel. Sic in arca Noe ex filꝰ vnus reprobus inuentus est scilicet Cham. In domo vna Abraæ Hismael qui persequebatur Isaac fratrem eiꝰ. In domo Isaac vterini Iacob dilectus & Esau odio habitꝰ persequens fratrem suum Iacob. In domo Iacob filij persequentes & vexantes fratrem suum Ioseph. Hinc & Hieronymus. Qui ſm carnem natus est persequebatur spiritualem: nunc autē spiritualis carnalem persequitur: sed ignoscit ei quasi rusticano fratri. Scit enim posse proficere per tempus. xxiij. q. iij. c. qui ſm. Ista autem tolerantia malorum referenda est: vel quo ad socios in quibus quis non habet autoritatem coercendi: vel quo ad ea quę iudiciali ter puniri non possunt: quia nec & probari: si ad prelatos extendatur. Nam mali christiani qui alīs nocent diuersis modis coerceri a suis insolentijs debēt cum possunt per rectores. quod docet Augustinus dicens. xxiij. q. iiij. quid faAttēde ciet. Quid faciet ecclesiæ medicina: salutem omnium maplate & terna charitate conquirens tamq; inter phreneticos & lepredica thargicos ſtuans: nunquid cōtemnere: nunquid desistere tor. vel debet vel potest scilicet a correctione vtriusq; si necesse est vt sit molesta: quæ neutri est inimica? Nam & phrenetici nolunt ligari: & lethargici nolunt excitari. Sed perseuerat diligentia charitatis: phreneticum ligare: lethargicum excitare: ambo offenduntur & ambo diliguntur: ambo molestari q̄diu egri sunt indignantur: sed ambo sanati grarul antur. Hęc ille. Et potest phreneticus dici qui alīs nocet: lethargicus qui cessat a bono ad quod tenetur. Ille debet refrenari. & iste ad bonum debitum stimulari. Et dicitur hic ecclesia prelatus ecclesię. Nam vsitatum est vt a toto denominetur pars principalior.

§.II. SECVNDO MODO SVMI

tur ecclesia pro congregatione bonoꝝ fidelium qui sunt per charitatem Christo incorporati. de quo potest intelligi illud Pſ. xxxiij. Cōfitebor tibi in ecclesia magna. ſ. virtute & pro id est in populo graui. ſ. moribus virtuosis laudabo te. De hac Hieron. de pœni. dis. j. ecclesia christi. Ecclesia Christi est non habens maculam mortalis culpę: nec rugam scilicet erroris. Vnde qui est aliqua sorde peccati pollutus: de ecclesia dici non potest nec Christo subiectus hęc ille. Ad idē facit qd̄ notat Amb. xxiij. q. j. q̄ dignior. Quę dignior domus apostolicæ prædicationis ingressu & sancta ecclesia: aut quis præferendus magis oibus videAure⁹ tur q̄ Christus qui pedes suis consuetus lauare hospitibꝰ: canon & quoscumq; sua suscęperit domo scilicet ecclesiæ pollluAmbro tis nō patiatur habitare vestigijs: sed maculosos si in ea re- sij. ceperit: licet vitę prioris: in reliquum tamen dignatur reformare processus. hic est solus quem nemo debet deserere: nemo mutare: ad quem dicitur. Domine ad quem ibimus: verba vitæ ęternę habes. hęc ille. Hæc est ecclesia quę Ioā. vj. regitur a spiritu sancto: corpus Christi mysticum quod vegetatur spiritu eius: pro qua Christus orauit ne fides defiLuc. xx. ceret. Vnde semper firma manebit quousq; trāsferatur tota in triūphantem. de qua & Hieron. ad. xxiiij. q. j. omnibus consideratis. Omnibus consideratis puto me non temere dicere aliquos ita esse in domo dei: vt et ipsi sint eadem domus dei. ſ. ecclesia: vt dicit glo. quæ dicitur ædificaMatth. ri supra firmam petram. ſ. Christum: quæ vnica columba xvj. appellatur: quæ spōsa pulchra sine macula & ruga. & horCāt. vj. tus conclusus: fons signatus: puteus aquæ viuæ: paradiCāt. iiij. sus cum pomorum fructu. De hac domo dicitur. Qui habitare facit vnanimes in domo scilicet ecclesiæ. Hęc ille. Et cuius deceat ministros ecclesiæ. scilicet clericos in virtute laicos excedere: ga vt dicit Hierony. valde ecclesiam dei destruit laicos meliores esse cōclericos. viij. q. j. qualis tamen si sint mali & quantuncumq; mali: dummodo tolerati conseruēt veritatem & virtutem sacramentorum: & acceptantur a deo orationes & officia publica eorum: quia respicit deus ad ecclesiam cuius illi sunt ministri: non ad eos qui sunt: Diuersi in hoc vt instrumenta mota a deo ad iustificandum creamodedē gs eē turā. Vnde Aug. Spiritus sanctus in sancta ecclesia ita ope- ō vł in ratur vt reprobos fugiat: & tamen per eorum ministeriū tra eccle probos colligat. j. q. j. ita fit. Sed nec per iniustam exclusiam. sionem ab ecclesia quæ sit a prælatis: efficitur quis extra hanc cōionem: nec per indebitā admissionem seu collationem sacramentorum efficitur quis intra eam. Vnde Aug. Sicut is quem sacerdos in ecclesia tolerat: est tamen extra ecclesiam & extra corpꝰ cuius caput est christus: si ei ostiarius. ſ. christus non aperit: ita non ideo extra ecclesiam est: & non est de corpore si quis pastoris prætudicio compellitur foris esse. j. q. j. vt euidenter. Vt euidenter ostenderet dñs a spūsancto quem donauit suis fidelibus dimitti pctā non meritis hoim quodam loco ficait. Accipite spiritum sanctum. & cōtinuo subiecit. Si cui dimiseritis pctā remit tuntur ei: hoc est spūssanctus dimittit non vos. Proinde si cut is quem sacerdos in ecclesia tolerat: est tamen extra ecclesiam & extra corpus cuius caput est christus: si ei ostiarius nō aperit: ita nō ideo extra ecclesiam est: & non est de corpore si quis pastoris prejudicio compellitur foris esse.

§.III, TERTIO MODO SVMITVR

ecclesia pro ædificio materiali. de qua. j. Timo. iij. Volo in eccl'ia orationes fieri. De hac dē de ꝓse. dis. j. nemo. j. Nemo ecclesiam ædificet anteq; ciuitatis epūs veniat & ibi dē crucē figat: publice atriū designet. Et. j. q. j. placuit. ſ. Placuit vt de ordinatione clericorum nulla epi munera suscipiāt. Sed sicut scriptum est: quod gratis donante deo accipiunt: Attēdi gratis dent: nō aliquo precio dei gratia & impositio manuum venundet: ga antiqua diffinitio patrū ita de eccle- te epi & siasticis ordinatiōibus statuit dicens. anathema sit dāti & pūbytes accipienti. Propterea ga aliquāti multis sceleribus obruti ri facto sancto altario indigne ministrantes: non hoc testimonio bonoꝝ operū: sed pro effusione munerū obtinent oportet mīstra- non p gratiā munerū: sed p diligentē prius discussionem: tores. deinde p multorum testimoniū clericos ordinare. Ex hac autoritate beati Ambrosij & Gregorij patet ꝙ simoniaci sicut & alij hęretici a fide exorbitant. & ideo coiter de illis intelligitur quod etiam de alijs decernit. Itē opponitur ꝙ prophetia donū spiritussancti est. hoc aūt in veteri testamento a sanctis ꝓphetis vendi consueuerat. vnde Saul ad Samuel ē pro vaticinio expetendo non nisi cū munere ire præsumpsit. Vxor etiā Hieroboam ad hoiem dei non nisi cū munere accessit. Itē christus a Iuda venditus auriculam serui sanauit. Exemplo itaq; Saulis & vxoris Hieroboam patet ꝙ donum spiritussancti emere vel vendere non est peccatū. Exemplo Christi liquet ꝙ spūssanctus etsi iniuste

a simoniacis venalis pureꝫ: virtutis tñ suę non obliuiscit nec desinit effectū suæ gratiæ etiā vēditus præstare. Sed de prophetia btūs Hieronymus in Michea cōpetenter soluit malos tm accepisse & nō bonos denuntians. Et. j. q. ij. placuit. dr. Vnusquisq; eoꝝ meminerit vt nō prius dedicet ecclesiā: nisi ante dotē basilicæ & obsequiū ipsi⁹ d donationē chartulę cōfirmatū accipiat. Nā nō leuis est ista temeritas vt sine luminaribꝰ vel sine substātiali sustētatione eoꝝ qui ibi seruituri sunt tāꝯ domus priuata cōsecret ecclesia. Et hic de partibus ædificationis qd significent. s. status ecclesiæ militātis q̄ ponit Rich. vt habes in lib. &c. In istis ergo ecclesijs ab oibus benedicit deus. Sed ꝓ nunc de materialibus loquendo a pluribus benedicitur.

¶Benedicite ergo vos patroni deo in ecclesijs ædificādis: dotandis & defensandis.

¶Benedicite & vos omnes Christiani deo in ecclesijs venerandis & mentibus ad deum applicandis.

¶Benedicite & vos epi & clerici deo in ecclesijs consecrādis: officiandis & ordinandis.

§.IIII. PRIMO ERGO BENEDI

Taxāt inuasores bonoꝝ ecclesiæ.

cunt deū patroni in ecclesijs dum eas construunt & dotant & iura & bona conseruant: vt in eis benedicat deus. Sed hodie videt de facto mutatū in lege vt verius possint dici latrones cū patroni: vt merito eis conueniat illud Esa. j. Principes tui qui fuerunt primi ad ędificandum: socii furū diripientes bona ecclesiarū: oēs diligūt munera quę dant eis a rectoribus ecclesiarum: vt defendant eos in malis: sequuntur retributiones: cum. s. præsentāt: nō attēdūt ad merita ꝓsonarum: sed vnde plus valeant habere emolumentū tpale. Sed sacrilegiū magnū est: vnde dr. xvj. q. vij. si qs iiij. Si quis principum vel aliorum laicoꝝ dispositionem vel dominationē rerū vel possessionē ecclesiarū sibi vendicauerit: vt sacrilegus iudicet. Item Grego. vij. dicit in cōcilio generali. Si quis imperatorum: regum: ducū: vel qui libet sæcularium potestatum vel ꝓsonarum inuestituram epatus vel ecclesiasticę dignitatis alicuius dare præsumpserit: sciat sibi introitum ecclesiæ interdictum. xvj. q. vij. si quis deinceps. & in. c. seq. dr. Decernimus vt nullus clericoꝝ inuestituras epatus vel abbatiæ vel ecclesiæ de manu imperatoris vel regis vel alicuius laicæ ꝓsonę viri vl fœminæ suscipiat. qd si præsumpserit, recognoscat inuestituꝛā illam aplica autoritate irritā esse & se excōicationi subiacere. Itē ea. q. nullus. ij. dr. Nullus laicoꝝ ecclias vl ecclesiarum bona occupet vel disponat: qui secus egerit ab ecclesiæ liminibus arceatur. Itē. q. ea. oēs. ij. dr. Omnes basilicæ id est ecclesię quæ per diuersa loca cōstructę sunt vl quotidie construuntur in episcopi potestate consistant in cuius territorio posite sunt. Et dicit ibi glo. nisi aliquo priuilegio a iurisditione eius exemptæ sint. Ad episcopum ergo spectat ordinarie instituere rectorem in ecclesia curata vel simplici. non habet patronos. Sed & habet confirmare ꝓsentatum a patronis infra tempus eis datum: vel ad capitulum vacante sede: vel ad plebanos quo ad ecclesias subditas suę plębi: vbi sit cōsuetudo, præscripta vt seruaꝛ Florentiæ: licet indecens videatur.

§.V. VARIETAS AVTEM EORVM

qui sunt in ecclesia: designaꝛ p ea ex quibus ꝓstituit ecclia materialis & ex eius consignatione. Vnde Rich. de sancto Victore. Singuli lapides. s. ecclesiæ materialis sunt significatiui singulos fideles q sunt quadri stabilitate fidei & firmi virtute patiendi. Cœmentū est charitas q̄ singulos coaptat arcꝫ viuificat: atcꝫ ne per aliquā discordiā inuicē discrepent vniformiter cquat. Fundamentū sunt apostoli et ꝓphetæ. Parietes sunt contemplatiui fundamento vicini terrena deserētes: & cœlestib⁹ adhærētes. Tectū hoc respectu qa deorsum pēdet: sunt actiui terrenis actib⁹ proximi ꝓpter imꝑfectionem suam minus cœlestibus intendentes ac necessitati pximorū terrena administrātes in alto sunt qa in officijs supra alios. Longitudo ecclesiæ cōsideraꝛ fm diuturnitatem temporum. (tempore legis naturalis: mosaicæ & gratię. Latitudo dū multos populos numerositas per diuersas mūdi partes dilatatur. Altitudo fm differentiam meritoꝝ & officioꝝ. In altitudine em igitur dum super laicos est ordo sacerdotalis: super sacerdotalē episcopalis: & super oēs tandē papa collocatur. Sacrarium ecclesia significat virginum ordinem. Chorus ordinem cōtinētium. Nauis ordinem cōiugatoꝝ. strictius & sacratius est sacrariū q̄ chorus & chorus q̄ nauis. sic pauciores sed digniores virgines q̄ cōtinentes: & cōtinentes q̄ coniugati. Atrium ecclesiæ sunt falsi Christiani: qui etsi sanctificati sunt baptismo: vt cæmiteriū benedictione: tamen pleni cadauerib⁹. i. corruptione vitiorū. Turris ideſt campanile est nomen domini iuxta Salomonem. Campanæ sunt ꝓdicatores verbi dei. Fenestræ vitreę sunt viri spirituales per quos cognitio dei nobis lucescit. Interior dealbatura significat munditiam cordium. Exterior munditiam corporum. Altare Christus. De ecclesia igitur materiali pro nunc tractando. pueri⁹ xvij.

¶Primo videndum est de eius ędificatione.

¶Secundo de eius immunitate.

¶Tertio de eiꝰ cōsecratione: violatiōe: & recōciliatione.

¶Quarto de eius ornatu.

¶Quinto de officiatione.

¶De pertinentibus ad ędificium materiale ecclesiarum. Capitulum. II.

SCIENDVM IGITVR PRI

Electio loci ad honorē dei.

baptismū. Notādum primo in baptizando ſm Pe. de pa. post Tho. & Pe. Aut habet vsum rationis actu: aut habuit: sed mō nō habet. aut nōdū habuit. Et in primo casu est necessaria intentio recipiendi baptismū al's nihil reciperent. Sed nō requirit⁹ rectitudo intentionis ad hoc. Vnde & qui recipit baptismū propter quæstum sicut Iudæi sæpe faciūt Pratua intētio ad effi cit. verum baptismū habent. Sed peruersitas intentionis aufert sibi rem baptismi. i. gratiā. Similiter etiam non requiritur volūtas seu intentio spontanea. Nam & volūtas etiā coacta coactione tñ cōditionali recipit sacrm baptismi: & qui sic recipit puta timore mortis eligens potius baptizari q̄ mori: recipit characterē sed nō gratiam. Vñ cogendus est seruare fidem. Qui aūt ad baptismū cogeret⁹ coactione violenta seu absolute: nil reciperet nec etiam sacramentū. extra de bap. ca. Maiores. In secundo casu scilicet quādo iam habuit vsum rōnis: sed tūc nō habet qñ baptizat⁹ propter furiā vel amentiā vel phrenesim vel dormitionē: tūc si talis antēq̄ intraret amentiā vel phrenesim superueniēs tem vel poneret se ad dormiendū: vel dū habet lucida intervalla: habet propositū baptismi & intentionē: si baptizatur recipit sacramentū & rē sacramenti: & tunc habet intentionē habitu: etsi nō actu: & vbi sit periculū mortis: talis debet omnino baptizari etiam si renueret amentia ductus. Et ligari pōt: si expedit vt baptizetur: & nō obstante etiā irreuerētia quā cōmittere vellet ad sacramētum puta in mingendo in aquā: & hoc totū propter necessitatē eius. Sed si nō sit periculū mortis: tales nō sunt baptizandi: sed expectandū est qp reuertant ad propriū sensum: vel euigilent quo ad dormiētes. Si vero tales ante amentiam phrenesim vel dormitionē cōtradixerūt: nō recipiūt sacrm nec rem sacramenti si baptizant: qa nō habuerūt intentionem actu: vnde nec tunc vel habitu habere possunt: & ideo nō sunt baptizandi. In tertio casu vt sunt paruuli ab infantia furiosi: non in fua: sed parentum vel offerentiū vel baptizantis si illi duo soli essent: intētione baptizantur. Et nota ſm beatū Tho. in. iiij. sent. dist. iij. q. ij. arti. ij. Et. iij. parte q. lxvij. arti. ix. qp paruuli fidelium q̄citissime sunt baptizandi: nec est expectādū ſm Tho. & hoc qa ppter imbecillitatem naturæ de facili mori possunt & dānari. Sed⁹ propter reprimēdas infestationes dęmonū qui nō habēt tantā potestatem sup eos baptizatos & prius spūaliter & corporaliter nocendo. Tertio qa a pueritia ad aliqua inducitur & firmius inhæret. Fides in baptizando si est sine vsu rōnis nō requirit⁹: sed nec in adulto ad hoc qp recipiat sacramētū: sed bene ad hoc qp recipiat gratiam: al's esset fictus. Paruuli autē infideliū ante pubertatē cum sint in potestate parentum: contra eorū volūtatem nō sunt baptizandi ſm Tho. & Pe. de pa. tñ si baptizentur inuitis parētibus sunt vere baptizati: & cogendi ad fidē seruandam ſm Tho. Sed Pe. de pa. videtur dicere qp tales non sunt baptizati. Opinio Tho. magis placet: qa posita causa sufficienti necessario sequitur effectus. Hic aūt concurrūt oia q̄ requrunt ad baptismū: ergo ibi est baptismus. Et si dicatur qp cā sufficiēs nō est sola materia & forma debita. sed etiā intētio seu volūtas baptizandi vera vt in adultis: vel saltē interpretatiua in paruulis quæ. s. est volūtas parentū. Sed hic deest volūtas vera. i. propria cū nō habeāt vsum rationis: & interpretatiua: qa cōtra volūtatem parentū. Sed respondeī volūtas interpretatiua paruulorū in baptismo intelligit⁹ nō solū parentū carnaliū: sed etiā spūaliū. i. offerētiū: sicut olim saluabant⁹ in fide parentū. i. ecclesiæ: quæ tñ nō erat parentū carnaliū solū: sed ēt spūalium. Et pro ista opinione. s. qp recipiant verū baptismā faciūt. c. xxviij. q. j. Iudæor⁹, vt ex de Iudæis. c. sicut Iudei. vbi dicit qp debent tales cogi ad ea quæ sunt fidei quod non fieret si nō essent vere baptizati. Ad qd⁹ tñ rñdent illi de alia opinione: qp intelligit. c. qñ de volūtate parentū sunt baptizati: sed ista glo. ibi nō reperitur. Item de cōse. di. iiij. Paruulis. dicitur qp paruulis sufficit fides offerentiū nulla facta mentione de fide parentū. Ad qd etiā rñdent alij qp intelligit qñ offerentes gerūt vicem parētū christianorū aut ecclesię vt accidit in paruulis christianorū: sed. c. istud nō facit ista distinctionē. Pe. autē de pa. dicit cōclusiue qp sicut parentes non possunt cogi ad ea quę sunt pure fidei: & si coacti nō consentiētes recipiāt nil est actū: licet ad ea quæ sunt legis naturæ possint cogi. Sic filij ipsorū in infidelitū contra eos volūtatē in his q̄ sunt legis naturæ possunt coerceri: vt. s. eis nō subtrahantur. Sed in his quæ sunt pure iuris diuini & voluntatē verā requirūt vel interpretatiua nō debet fieri nec factum valet. Sed quicūq; parentū etiā si tm̄ mater cōuertat: tunc de voluntate eius cōtradicente patre pōt baptizari & recipit baptismū: primū vt dixi magis placet. Quantū. s. ad baptismum: paruuli vtrum. s. possint baptizari paruuli infideliū Iudęorū ante pubertatem inuitis parentibus. vide sctm Tho. ij. ij. q. x. ar. xij. qui rñdet qp nō triplici rōne quā assignat in corpore. q. ibi vide. Idem sentit Car. flo. de Iudæis. in. c. Sicut Iudei. & Abb. de ti. & Gaspar. de cald. in consi. & glo. super. c. Iudęorum. xxviij. q. j. Archidiaconus autē super. c. Qui syncera: distin. xl v. contrariū ibi firmat. s. qp filij Iudęorum paruuli inuitis parētibus possunt baptizari per illos qui sunt dñi eorum. Pro rōne assignat: quia tales sunt serui principū & dominorū temporaliū. Vnde sicut possunt eos vendere & donare alijs: ita & filios eorū paruulos tamq̄ mācipia. sua vendere vel dare in seruitutē inuitis parentibus: & ita etiā eis auferre ad baptizandū: in hoc etiā merenē tales principes dūmodo hoc nō faciāt propter compellendos hoc modo parētes ad fidē: sed ppter saluādos paruulos ad fidei sacramēta. Quā opi. sequitur Anto. de but. & hoc etiam dicit Dñicus de sancto Gemi. Sed dñs floren. euacuat motiuum istud Archi. dicens in dicto. c. Sicut Iudei. qp non est verum qp Iudæi sint serui taliter qp vēdi possint: & quicquid sit de iure: tñ de cōsuetudine seruaī qp habeant pro seruis. Vñ qd dī extra de Iudæis. c. etsi Iudæos: qp propria culpa eos subiecit seruituti. & xxiij. q. viij. Dispar. large ibi sumitur seruitus quo ad quædā non simpl'r quo ad oia. Vñ prohibet eis auferri sua vel alias molestias inferri: & qd⁹ dr. dist. xl v. De Iudæis. qp nō debent inuiti ad fidem trahi: secus videt si volētes ipsi & petentes etiā inuitis parētibus accedant. Iudæi nō sunt trahēdi inuiti. Rñdet idē Cardi. florē. qp cū pueri ignorent quid faciāt nō pprie possunt dici velle: sed volūtas eor⁹ ē in volūtate parentū. Sed in his oibus videt valde cōsiderānda & ponderāda rñsio bti Tho. in. d. q. quāuis em simpl'r quærat vtrū pueri Iudęor⁹ inuitis parētibus sunt baptizādi: nō tñ simpliciter rñdet: sed cū distinctiōe saltē implicite. Nā in corpore. q. & in rñsione ad arg. dicit qp nō habētes vsum rōnis pueri nō sunt inuitis parētibus baptizādi. Ergo p arg. a cōtrario pueri habētes vsum rōnis videt qp possint inuitis parētibus baptizari: qui tūc quātū ad ea quę cōcernūt propriā saluteī videnē sui iuris eē: & sicut p liberū arbitrium: si iam vsum eius hñt: pōt de se dare diabolo per pctm̄: multo magis deo p fidē & sacra. Tota g̃ difficultas huiꝰ materiæ videt in hoc cōsistere. V trū in pueritia existēs Iudęus vel Iudęa habeat vsum rōnis vt sic possit: vl nō habeat vt sic nō possit inuitis parētibus baptizari. Et cū pueritia dicat durare p septēniū post infantiā: qp qs in principio pueritię dicat habere vsum rōnis sicut in medio vel circa finē nō videt rōnabiliter dictū. Vñ qd dicit gl. sup. c. Pueris. de delictis puerorū: qp habēt vsum rōnis & peccare possunt cū sint doli capaces. s. post septēniū infantiæ: experiētia docet vt in plurib⁹ hoc verū nō eē. Et qd dicit. c. Pueris. qp etsi petā carnalia nō possint perpetrare pueri: possunt tñ alia cōmittere vt mēdacia: periuria & hmōi. Aduertēdū qp tex. c. Pueris. dicit grandiusculis, grādiusculi autē pueri dicēdi sunt nō a principio pueritiæ: sed a medio vel circa finē: qd sentire videt Petrus de ancha. qp. s. circa medium pueritię: vel vltra incipiat habere vsum rōnis. & btūs Tho. in. iiij. dist. ix. q. vlt. ar. vlt. ad. iij. q. dicit qp pueri i. xij. xij. vel. xiij. anno. possunt se cōcare: si appareāt signa deuotionis: qa p̄sumi potest in eis vsus rōnis. Et Gaspar Calde. in dicto consilio suo q̄stionē de puero Iudæi duodenni: de quo determinat inuitis parētibus posse baptizari: qa satis pōt præsumi de aliquo vsu rōnis in eo: & sic i fauorē fidei poterit baptizari: etsi nō clarescat omnino de vsu rationis. At vbi contrarium appareat. s. de tali defectu non videtur baptizandus: qa nec in fauorē fidei facīēda est alicui iniuria vel iniustitia. Accedit ad hoc dictū Senecæ dicētis. Errāt qui putant seruitutem in totum hominē descendere: mens sui iuris est. Mēs homi cū. s. habet vsum ratiōis: corpora vero obnoxia sunt dñis. ministi Clarius hoc probat dictū concilij Toletani dis. xlv. De Iudęis ē, dæis, dicentis, Sicut em homo propria arbitrij voluntate

serpenti obediens perijt: sic vocante se gratia dei propria mentis conuersione quisq; credēdo saluatur. Nec negatur quin alicui præter cōmunē cursum possit accelerari vsus rationis: siue ex complexione naturali vt accidit in puero quinquēni: quem refert Grego. ex blasphemia dānatū: in lib. dial. Sicut etiā aptitudo ad generādum accelerata fuit in eo: quem refert Hiero. nouem annorum nutricē impregnasse. Vel ex speciali gra dei: sicut fuit in Ioanne baptista acceleratus vsus rationis in cognoscendo christum in vtero. Tho. in. iiij. senten. distinc. vj. in expositione literæ. Sed vna hirundo nō facit ver. & quæ a cōmuni iure exorbitāt in consequentiam nō sunt trahenda. de regu. iur. lib. vj. Sit ergo conclusio: vt ſm ꝙ existimari potest de dicta puella: virum habeat vsum rationis vel nō ita fiat. Notāt etiam ꝙſi puella Iudæi efficitur christiana: pater eius Iudeus potest cogi ad dandum ei dotē cum nubit ſm facultatem suā de eo quod licite acquisiuit: non autē de vsuris: & alijs obligatis restitutioni.

Nota dicta Hieronymi.

§. X. DE INTENTIONE BAPTIzantis an sit necessaria & qualiter. Nota ſm Pe. de pa. di. vj. ꝙ circa hoc est duplex opinio. Prima est ꝙ requirit intentio in baptizante: nō quidē actualis quę semper & actu comitetur actū baptizādi: cū & in modico sermone vix sit possibile quin interrūpatur intentio: sed sufficit ꝙ ab intētione procedat: quia in operibus meritorijs in quib⁹ tantum vel plus est necessaria intētio operantis non plus requiritur: nec etiā requiritur rectitudo intentionis: vt. ſ. baptizet ad purgandū peccatū illius. Nā & baptizās propter salutē cōferendā vere baptizat. de cōſe. diſt. iiij. Non illud. Sed requiritur intētio faciēdi q⁹ facit ecclesia in baptizādo: quod non est sic intelligēdū quod facit ecclesia Roma aut ista vel illa: sed q⁹ christus ordinauit & facit eccl'ia catholica quæcūq; sit illa: quia sicut nos intendimus facere quod facit ecclesia nostra & nulla alia: similiter intēdūt facere Græci & hęretici q⁹ facit eccl'a illorū & nulla alia. Ecclesia autē illoꝝ est synagoga sathanæ: & tamen non regatha baptizamus ab eis baptizatos. Et hoc quia intendūt facere q⁹ christus instituit & dare verū baptismū: licet putent nos non dare verū baptismū: & hoc sufficit. Secunda opinio est ꝙ sola expressio verborū sufficiat: quia sunt quędā sacramēta in quibus homo nō est principale agēs sed instrumētale: & tunc nō requiritur eius intentio interior: sed sufficit exterior expressio per quā saluatur veritas verbi. Dicit em baptizo te: confirmo te: iniungo te: vel hoc ē corpus meum: quę omnia vera esse possunt: siue ille intendat siue nō intendat. Et præcipue potest hoc dici de baptizante: vbi baptizans est sicut applicans formam ad materiam & causa sine qua nō: sicut etiam in applicāte ignem ad ligna absq; hoc ꝙ intenderet comburere combureret. Sed in aliꝭ sacramentis quæ requirunt characterem in ministro requiritur ministri intentio: vt in confirmando: in vngendo: in ordinando: absoluendo: conficiēdo: in matrimoniū contrahendo. Concedunt etiam isti de baptismo: ꝙ requiritur intentio in ministro proferendi verba & applicandi materiam sicut facit ecclesia: sed non requiritur intentio aliquid operandi. Vnde si baptizans intendit ludere vel deludere: vult tamen dicere & facere exterius quod facit & dicit ecclesia. ſ. immergendo & verba formę dicendo & facit ac si intēdit baptizare: baptismū petens vel petens pro paruulo: est vere baptizatus: quia ecclesia q̄ est posuit ministrum nō intēdebat decipere. Et si ipse diceret ꝙ intendebat ludere non baptizare: non esset ei credendū ad baptizandum: immo nec ipsemet qui est certus de sua intentione debet rebaptizare: secus autē esset si etiā baptizatus intendebat ludere: quia tūc non est baptizatus. Dicit tamen ipse Petrus ꝙ prima opinio tamē cōmunior & tutior est tenēda: cuius etiam secūda sustineri posset. Fides autem nō requiritur in baptizante: quia infidelis vere baptizat.

Fictio obest sacramentis.

§. XI. DE FICTE ACCEDENTIb⁹ ad baptismū. Dicit Aug. de cōſe. di. iiij. c. Tūc valere. dicitur, Tūc incipit valere baptismus cum fictio recedit. Sed notandum primo ꝙ ſm Pe. de pa. post Tho. quatuor modis cōtingit fictio. Primo mō qui non credit. Secundo qui indeuote accedit. Tertio qui contēnit vt ridendo & iocando accedens. Qnarto cum aliter celebrat. i. contra prohibitionem ecclesiæ suscipit: vt ab excōmunicato vel cōtra cōmunem ritum ecclesiæ: q⁹ in omni sacramento obseruandum est ne alꝭ celebretur: alꝭ & fictio incurritur & fructus perditur. Dicitur autē aliquis fictus respectu susceptionis sacramēti: quia cum prætendit se velle suscipere sacramentum: ipso facto ostendit se dispositum & paratū: & tñ non est cum sit in proposito peccādi. Fictus autē primo modo nihil suscipit q̄ scilicet nō credit nec intendit aliquid suscipere: quia sicut ad sacramētū requiritur intentio ministri ad conferendū: vt dictū est in. §. præcedenti. ita & intentio suscipientis sacramentū si est adultus propria: si paruulus aliena. Vnde deficiente intentione suscipientis per fictionem nullum est sacramētum. Recedente ergo tali fictione nullus effectus sequitur in baptizato cū hmōi fictione. qa nil fuit factū: sed indiget talis baptizari ex quo nondū est baptizatus: quod verū est si cōstaret: sed in foro exteriori non creditur volenti secūdo baptizari. Nec ab irregularitate ei parcitur. De alijs ergo modis fictionis intelligenda est autoritas Augu. suprainducta non de isto dicto in quibus cum est ibi peccatum mortale nō recipit effectū baptismi tunc: sed recedente illa fictione per cōritionē vel fattem attritionē de ipsa fictiōe tunc recipit effectū baptismi. Sed vtrū per solum pctū veniale possit homo esse fictus? Dicit Pe. certū est ꝙ sic respectu aliorū sacramentoꝝ: sicut in cōicando risus & iocus & vagatio mentis facit̄ hoiem fictū: & per cōsequens auferunt effectum: nisi quis dicat id q⁹ alꝭ esset veniale ꝓpter irreuerentiā ad sacrm fieri mortale. Qñ autem recedente fictione baptismus habeat effectum ponit idem Pe. tres opi. Prima est Ioan. in glos. dicta. tunc valere. & iuristarū dicētiū ꝙ nō: scilicet virtute baptismi fit remissio pctoꝝ cessante fictione: sed virtute contritionis & pœnitentiæ. Sed hāc opinionē reprobat: quia glos. corrūpit rex. qui dicit ꝙ baptismus valet nō cōritio cessante fictione. Secūda opinio est quorūdā modernorum dicentiū ꝙ ex diuina ordinatione est hoc ꝙ ad characterē sequat̄ gratia infallibiliter: vel tūc si desistit fictio vel posteā fictione recedēte: & hoc mō dicitur valere baptismus quo ad characterē impressum: qa ex ordinatione diuina sequitur gratia recedente fictione sicut a principio fuisset si non fuisset fictus. Tertia opinio est Thomę dicentis ꝙ baptismus recedente fictione tūc habet totū effectū suum: qa tunc recipit in baptismo characterem talē. Character enim est dispositio necessitans ad gratiā nisi supueniat impedimentum prohibens eam: & istud est fictio qua remota remouetur effectus. i. impedimentum gratiæ: quo ablato recipit effectū baptismi totū: & hanc opinionem formatidē Pe. tamē ꝙ verior ē addendo ꝙ in sacramentis imprimentibus characterē est specialis necessitas ꝙ fortiatur effectum suū recedente fictione: alꝭ non possit eorū effectus haberi: qa non possunt iterari: sed nō sic in alꝭ sacramētis: qa cū possint iterari potest effectus eorum haberi alias sumēdo. Addit etiā ꝙ sufficit attritio ad tollēdū illā fictionē: & tūc virtute baptismi ēt fictio mortalis culpa & oīa alia sequētia delent̄ quo ad culpam & pœnam æternam: quæ habēt connexionē. licet alꝭ mortale post baptismū cōmissum nō remittitur sine cōritione sed hoc est per accidens: verum tamē ꝙ mortale cōmissum post baptismū confitendū est: nō qa aliter nō remittatur: qa remittitur per remotionē fictionis ex naturali cōcomitātia: sed ꝓpter præceptū de cōfitendo: vel posset dici ecōuerso ꝙ licet alꝭ attritio: nūc tū mortale adiunctū impedit ne sufficiat: & tūc ꝓpter vtrūq; sacrm præteritū & futurū baptismi & pœnitentię remittitur oīa mortalia. Sed differunt: qa baptismū præcedentia directe: sequētia autem ex naturali cōcomitantia: econtrario aūt ꝓpter pniam in voto: qa & de fictiōe in baptismo habet cōfiteri: & solū de pctis post baptismū. Sed de peccatis ante baptismū non habet confiteri. Hæc Petrus. Quod si diceretur ꝙ effectus in actu requirit causam in actu: ergo &c. Rñdet Pe. hoc esse verum de causa ineſſe & de effectu immediato: non de causa in fieri. i. dispositiua. Vnde causa in actu gratiæ efficiens est deus: disponens autē est character: vñ sicut pater rel in quit in vtero matris illud: virtute cuius eo mortuo generat posthumus: quia pater est causa prolis non immediate sed mediante: dispositione cuius genus est causa in fieri & nō in esse: vnde ipso mortuo virtus formatiua operatur. Sic in regeneratiōe spirituali per baptismum sicut per causam in fieri producitur character qui recedente fictione est dispositio ad gratiam.

vbi. §. articu. vlti.

Pœna rebaptizatis.

§. XII. DE VNITATE BAPTISMI.

& in. iij pre. qō. lxvj. ar. ix.

Nota ꝙ baptismus nō debet iterari. Et hoc ſm Tho. i. iiij. dist. vj. q. ij. ar. ſ. q. ſ. in corpore. q. quadruplici rōne: tū quia imprimit characterē indelebilē: tū quia datur cōtra originale q⁹ semel ꝓtrahit: tū quia ibi hō cōfiguratur morti xpi q̄ semel facta est: tum qa ei⁹ ſpūalis gnatio q̄ semel est. Si q̄ certū est oia q̄ sunt de substātia sacri ꝓcurrisse: licet cætera q̄ sunt de solēnitate defuerint: pura quia vetula ꝓba ꝓe & bñ ꝓulit & in aquā immersit: sed defuerūt catechismus et exorcismus: nullo modo est ampli⁹ baptizādus ſm Pe. de pa. nec ſimpl'r nec sub cōditiōe: sed caute est supplendum q⁹ ex necessitate vl'incaute fuit omissum: pura exorcism⁹ & catechism⁹. Si autē ꝓstat aliquid de substātial ib⁹ defuisse: tunc oia substātialia q̄ simul oportet concurrere sunt iterāda q̄ iā fuerūt adhibita & etiā alia q̄ sunt de solēnitate ſm theologos: qa qñ vnū sacrm cōfertur & tēpus patiē debita solēnitas est adhibenda: & nil de cōcurrentibus est omittendū: nec est vis si repetunt̄ quę sacra nō sunt & etiā quæ sunt de substātia quando nil est factum: & per consequens non fuit sacrm nec sacro sit iniuria. Iuristæ ꝓ o dicūt ꝙ nihil est iterandum: sed solum est supplendū q⁹ fuerat ꝓmissum. Sed pari rōne: nec si aliquid de substātial ib⁹ fuisset adhibitum illud esset repetēdū: & sic nō esset verum secūda vice ꝓpter omissionem eius ꝙ nō est adhibitum sicut nec fuerat prima vice: nec ꝓpter omissionem eius q⁹ nūc est suppletum. Si aūt fit, ꝓbabiliter dubiū: vt qa puer in nemore expositus inuenitur: baptizandus est sub condition̄e quæ habetur ē. eo. c. ij. Præmissa negatiua. Si tu es baptizatus non te baptizo &c. Idem dicit Richar. in. iiij. d. expositō de quo nescitur a quo sit expositⁿ: & a quo sit baptizatus: tenendum. Dicit etiam Richar. in. iiij. ꝙ si existēs in ponte cum paruulo: cum alꝭ non habeat aquam ad baptizādum intendens saluti eius prouidere: cum videat ipsum mori: si proiciat in aquā dicēs formā baptismi cū intentione baptizandi: talis non est baptizatus. Et ratio est: quia ꝓxima materia baptismi est ablutio in aqua: q⁹ aūt abluit primo cooperit aqua in toto vel parte postea discooperit. Vnde per primum baptismum repræsentat xpi sepulturam per sec'm resurrectionem: quamuis aūt in casu prædicto puer per actum illius qui proiecit in aquam mergatur: non tamen est actus ordinatus ex sui natura ad hoc vt puer abluat: sed vt submergatur: vnde si eua dit baptizādus est. De illo q ex christianis est nat⁹ & inter christianos quęritur non est in dubium reuocandū ſm Pe. de pa. nisi non baptizatus euidentissime, ꝓbaretur. eē de presby. non bapti. c. fi. Si autem vno teste puta obstetrice asserētur baptizatus probet bene credendum est. Pœna rebaptizatis est: ꝙ qui scienter vel per ignorantiam iuris hoc fecerit vel in faciendo iuuerit irregularis est: & non nisi ꝓ papam dispēsandus: & non est dubium ꝙ peccat mortaliter. eē de apostā. c. ij. Si autem per ignorātiam facti probabiliter excusaretur: sed rebaptizat⁹ ex eo quia ignorabat se tūc fuisse baptizatum est irregularis: vt habetur de cōſe. diſt. iiij. Qui bis. sed per epiſcopū potest dispensari: immo etiā quidem dicunt talem esse irregularem: quia ignorantia facti excusat eum. Illud enim fuit olim seruatum in odium rebaptizantium: nunc non tenet. Tenendo primam opinionem: quæ est magis consona textui: si quęratur quare baptizans in tali casu non sit irregularis cum pro eo facto illicito magis debeat punirī; agens q̄ patiens. Potest respōderi ꝙ hoc ideo est: quia non inuenitur in iure cautum ꝙ baptizatus qui nescit baptizatum fiat irregularis: sicut inuenitur de ipso rebaptizato: & pœnæ non sunt extendendæ: vel etiam de ipso rebaptizato potest dici ꝙ tunc fit irregularis: sic postq̄ sciuit ratū habuit ſm vnam glo. illius c. item nota ꝙ etiam in vtero sanctificati sunt baptizandi ſm Tho. in. iiij. senten. diſt. vj. q. ſ. ar. j. q. iij. in corpore. qō. & Pet. tum vt conformētur alijs. Vnde ex baptismo recipiunt characterem: non autem emundationem ab originali: qa iam per sanctificationem emundati sunt: nec de nouo accipiunt primā gram: qa iam receperūt in vtero matterno: & in tāto robore vt nō possint peccare mortaliter: sed augmētum gratiæ percipiunt: tenent̄ em ad hoc de præcepto: quia sanctitas nō excusat hominem ab obseruatione præceptī sicut nec a ieiunijs ecclesiæ.

notādū de iuēti tijs puer is,

Sāctificati vtero sunt baptizandi.

§. XIII. DE ADVLTIS PETENTIBVS

baptismum. Dicit beatus Tho. in. iij. parte. q. lxviij. art. iij. in corpore arti. ꝙ non statim cū cōuertuntur est eis baptismus dandus: sed debet differri vsq; ad aliquod certum tēpus: & hoc triplici ex causa. Primo propter cautelā eccl'iæ: ne decipiatur ficte accedētibus tribuens sacramentum. Secundo vt ante baptismum de fide plene instruantur. Tertio propter reuerentiam sacramenti: dum. ſ. in præcipuis solēnitatibus: vt paschæ: & pētecostes ad baptismum homines admittūt̄: si tamē plene essent instructi: vel infirmitas vel aliud mortis periculum imminēret: sine dilatione esset baptizandi. Statuit autem ecclesia prædictum tēpus ad solennitatem baptismi: non ad necessitatem eius: quia habet efficaciam ex virtute spiritussancti & passione christi: cuius sepulturę homo cōfiguratur in baptismo: vt patet Roma. vj. & ideo in pentecoste & vigilijs paschę. De Iudæis autem & paganis dicit Hostien. in summa. ꝙ si ex mora seu dilatione baptismi imminet periculum: quia ſ. conuersus timet ne alꝭ Iudæi vel Pagani ipsum interficiant si hoc perpendunt: & tunc est citius baptizandus ex posita sibi fide prout potest: si autem non imminet periculum aliquod tunc sunt per octo menses vel alꝭ arbitrarię inter catecuminos retinēdi. de consecra. distin. iiij. Ne qd̄ abſit. &. c. Iudæi. &. c. ſequenti.

nota de Iudæis & paganis.

§. XIIII. DE CATECHISMO DICIT

Pe. in. iiij. ꝙ cum baptismi saluatio sit ꝓ fidem: merito requirunt̄ a baptizato ea q̄ sunt de necessitate fidei. Et hæc sunt tria. ſ. fidei suscēptio: fidei professio: & fidei obseruatio. Et propter hęc tria catechismus inuentus est in quo fit instructio de articulis communibus distincta ad fidei susceptionē. Fit & sponsio ad fidei ꝓfessionem: fit etiam sponsio ad fidei obseruationē. Et qa adultus pctū ꝓpriū habet & per se credere potest: requiritur hoc ab eo ex necessitate & per seipm. Quia ꝓ o paruulus peccatum actuale non habet nec ꝙ se credere potest: requirit hoc ab eo & de congruitate & ꝓ vicarium. ſ. ꝓ patrinum: quia patrinus non respōder in propria ꝑsona: sed in persona paruuli. Et est sensus. Credo. i. præsto sum sacramētum fidei suscipere ſm Aug, expositionem: vel intelligitur de obseruantia fidei in futurū. Et sic ſm Tho. duplex potest esse sensus. Prim⁹ est credo. i. qñ ad pfectam ætatē veniā fidei assentiam. Secūdus est: credo. i. operam dabo ꝙ ipse credat: & sic obligat puer ipse & patrinus: qa de illis ad quę omnes tenent̄ nō est in conueniens ꝙ vnus obliget alium. Secus est in his ad quæ non oēs tenent̄. Nec ex hoc sequitur magnū periculum in tenente ad baptismum quantum ad modernum tēpus ſm Tho. qa parentes sui sunt christiani & ꝓbabiliter æstimari pōt ꝙ eū in fide nutriēt: & ab alijs qbus conuiuit fidem addidiscet. Secus aūt erat in primitiua eccl'ia vbi pueri cū infidelib⁹ conuersabant̄: & similiter esset nunc si parētes essent suspecti de infidelitate: tūc em diligētior cura esset a patrino adhibenda. Idem Alber.

duplex sensus ꝓborū.

§. XV. DE EXORCISMO DICIT THO.

& Pe. ꝙ licet circa hoc plures fuerint opiniones: melius tñ dicendū videt ꝙ habet effectum in corpore & aīa: qa minuit ptātem dęmonis: ne tm possit in hominem sicut ante baptismum: & ne baptismum & alia bona impediat sed p dicta potestas totaliter in baptismo tollitur. de cōſe. diſt. iiij. c. Nec quēq;. ibi ponitur figura de Pharaone qui prius flagellatus est postea submersus.

§. XVI. DE SIGNIFICATIONE SAcramētaliū q̄ fiunt in baptismo sic dicit Pe. Aī baptismū fiūt quatuor: q̄ significāt quatuor faciēda i baptismo. Nā exufflatio & insufflatio significāt spūs maligni expulsionē: & spūssancti infusionē. Salis linitio: gram & sapientiā & præseruationē a pctōꝝ futuroꝝ putredine. Saliuæ contactus circa aures & nares: sensuum spūalium apertionē. Vnctio olei in pectore & inter spatulas: legis dei amorē & deuotā subiectionē. Alia tria fiūt post baptismū. ſ. chrismatio i vertice & significat xpi gram & cōformitatē i mębus siue. Cęrei impositio significat fidei & morum claritatē. Vestis candida significat innocentiæ restitutionem.

Tria trimatio i vertice & significat xpi gram & cōformitatē i mębus siue. Cęrei impositio significat fidei & morum claritatē. Vestis candida significat innocentiæ restitutionem.

¶ De confirmatione & ministro eius & materia & forma & effectu. Capitulum. XIIII.

SEQVITVR DE CONFIRMA

tione de qua dr̄ Actuū.viij. Imponebant manus sup illos, s.apli: & accipiebāt sp̄m sc̄m. Et dr̄ istud sacr̄m chrisma rone materiæ: cōfirmatio ratione effectus: manus impositio ex modo dandi. Vñ dr̄ de cōse.dist.v.c.f. Oēs fideles post baptismum recipere debent p manus impositionē sp̄m sanctum: vt pleni xp̄iani inueniātur. Qd' sit sacramentum, p̄batur: ga oīe sacrām mentem cum signo visibili ad speciale effectum est sacrāmētum: sed confirmatio est tale: vt.j.patebit. Vnde de cōse.di.v. De his dr̄. Scitote vtrūq; .s. baptismum & chrisma magnum esse sacramentum. Instituit aūt christus ꝑm Pet. de pas. ꝑm: cum paruulis manus imponeret. Lucæ. xviij. figuratiue tñ: vnde non videt q̄ eis cōtulerit istud sacr̄m. quia eius vsus nō cōueniebat ante missionem spiritussancti. Vel etiam alis instituit illud sacr̄m: licet nō sit scriptū apostoli aut̄ chrismati fuerunt die pentecostes fine chrismate descēdēte sp̄u sancto in igneis linguis. Si em̄ christus ꝑm q̄ hō potuit dare effectum sacramenti sine materia sacramenti multo magis sp̄ussanctus: nec aliam confirmationem illi.cxx. habuerunt: & characterem receperūt sicut nec apostoli alia ordinationem receperūt q̄m illam de qua dr̄ Mat.xxvj. Hoc facite in meam cōmemorationem. Qñ aut̄ apli cæteris manus imponebāt cōfirmantes vt̄ chrismate vtebant: vel si nō vtebant: quia tunc dabat sp̄us sanctus signo visibili: hoc fuit dispensatione sp̄us sancti sicut etiam dispensatiue baptizabant in noie Iesu. Sed ga cessat causa cum non detur spiritussanctus visibiliter cessat & dispensatio: nec modo Petrus si viueret sine chrismate cōfirmaret. Hæc omnia Petrus ibidem.

Ritus apl'orū ꝓfirmationē.

§.I. DE NECESSITATE HVIVS SA

cramēti. Nota ꝑm Pe. de pa. q̄ nō est simpl'r necessarium vt dicūt iuristę. nec ex institutiōe ꝓpter effectū ei⁹ q̄ est robur sp̄ale: ga de facto & meritorie pōt hō cōfiteri fidem ꝛpe psecutiōis p fortitudinē & charitatem q̄ dat in baptismo cū minima charitas sufficiat ad resistēdū cuicūq; tētationi. Itē nō est necessaria ex institutione christi: ga christ⁹ nō ꝓmulgauit hoc sub cōminatione dānationis vt baptismū & pniam. Nec ex p̄ceptiōe sicut eucharistiā ꝓpter qd' ista tria dicunt necessitatis. Sed hoc videt necessariū ex ordinatione eccl'ię: ita. s.q̄ sicut hō ex ordinatione eccl'iæ tenet semel in anno cōfiteri & cōicare: aliter peccat mortaliter: etiā ex eccl'iæ ordinatione: etsi nūq̄ occurrat cōfessio persecutionis: tamē tenet homo semel in vita ꝓfirmari: & si possit & negligat: licet sacr̄m aliter nō cōtemnat: peccat mortaliter & damnat moriens: nisi cōfirmet̄ tunc simpliciter: vel nisi pœniteat: & confiteatur de hoc q̄ in sanitate potuit & neglexit. Similiter si quis bellū mortale intrat q̄ prius confirmari potuit & neglexit: debet de hoc confiteri vel cōfirmari si pōt & sic intelligitur illud de cōse. dist. v. vt ieiuni. Non erit christianus qui nō fuerit ep̄ali vnctione chrismatus: supple si poterit.

§.II. MATERIA AVTEM HVIVS SA

cramēti ē chrisma ꝓsecratū ab ep̄o. Chrisma aūt illd' oportet q̄ sit ꝓpositū ex oleo oliuarum qd' designat nitorē conscientię: & balsamo qd' designat odorē bonę famę. eī de sa. vnctio. c.f. Oportet ēt q̄ talis ꝓpositio sit ab ep̄o ꝓsecrata. Quia em̄ xp̄s nō ē vsus illa materia nec isto sacro: sic nec etiā oleo sc̄to: ideo indiget cōsecratione hmōi materia ex q̄ p ꝓtactū ei⁹ nō ē cōsecrata: sicut aqua baptismi & sacr̄m altaris: xp̄s etiā actus oīm ordinū in sua p̄sona exercuit & sic ex vsu sacri illi⁹ etiā sine materia cōsecrauit materiam sacri ordinis. Ad sacr̄m em̄ q̄ habet materiā ei⁹ actū suscipientis requirēs ministrū cōsecratū præexigit̄ de necessitate sacri materiæ exterioris cōsecratio. Si g̃ nō fiat inūctio chrismatis ab ep̄o nil fit. Itē si ab ep̄o & crismate sed nō cōsecrator: nō est ibi sacr̄m cōfirmationis: nec pōt elect⁹ ꝓficere chrisma: sed oportet q̄ sit ꝓsecrat⁹ ep̄s. Nō est aūt de necessitate sacri q̄ fit chrisma cōfectū in die cœnę vl' illo anno: sed ē hoc de necessitate p̄cepti: ga solū in die cœnę ē cōficiēdū & de chrismate cōfecto & ꝓsecrato illo anno. ar. de cōse. dist. iiij. Si qs de alio: & vet⁹ est itra eccl'iam exurēdū.

Rō cōsecrationis materię ꝓfirmationis.

§.III. FORMAM ETIAM DETERMI

natā habet istd' sacr̄m: ga licet sacra q̄ nō hñt materiā alię ex̄ suscipientē: nō sic requirāt determinatā formā ꝙborū sicut pnia & matrimoniū: tñ quæcūq; requirūt determinatā materiā exteriorem suscipienti applicandā: requirūt ēt determinatā formā ꝙborū: vt baptismus: extrema vnctio: eucharistia: confirmatio & hmōi. Nōest aūt forma conseratio materiæ. Solū em̄ sacr̄m eucharistię est cui⁹ essentia cōsistit in cōsecratiōe materiæ: cætera ꝙ o nō. Est igitur forma ista. Cōsigno te signo crucis: cōfirmo te chrismate salutis: in noie p̄ris & filij & sp̄ussancti. Hanc aūt formā nō habemus ab euāgelistis: sed a traditiōe Romanę eccl'iæ: q̄ eā accepit ab aplis q̄ eā a christo acceperunt iuxta illud. s. Corinth. xj. Ego accēpi a dño q̄d' & tradidi vobis. Etsi apli nō fuerunt vsi hac forma: hoc dispēsatiue fuit factū: sicut tūc forma baptismi. Magis tñ vsi creduntur: licet nō legat̄ quia occultabāt formas sacr̄orum ꝓpter irrisiōes gentiliū. Et ga in signo crucis oia sacra perficiunt̄. de cōse. di. v. Nunquid. ideo dicitur cōsigno te signo crucis: cōfirmo te chrismate salutis: notatur ibi materia salutis finis qui ē effect⁹ sacramenti. In nomine patris &c. dicitur ad designandum causam principalem in effectu conferendo sacramenti. De mutatione formæ idem sentiendum erit q̄d' de mutatione formæ baptismi de qua. ē.

Forma ꝓfirmationis.

iij.p.t.q. lxxij. ar. v. ad. iij

§.IIII. EFFECTVS AVTEM CONFIR

mationis ꝑm Pe. de pa. post Tho. est triplex. Prim⁹ est impressio characteris. Cum em̄ cōfirmatio sit sacr̄m quo hō deputat̄ ad aliq̄d' sacrū puta ad cōfessionē fidei & constantiam eius defensionem: ideo character ē imprimit sicut videm⁹ q̄ his qui ad militia eligūtur imprimit̄ aliq̄d signū permanens: puta q̄ aureis paramentis in armis & equestribus instrumentis vtunt̄ ad differentiā aliorū. Et olim militibus in brachio vel in alio loco cauteriū imprimebant. Cōueniens est igitur & milites xp̄i aliquo characterе distingui & cōsignari. Est aūt diuersus iste charecter a charactere baptismali & ordinis: & p̄supponit characterem baptismi ad esse: ga non baptizatus nō est susceptibilis cōfirmationis. Sed character confirmationis præsupponitur ad characterem ordinis ad bene esse: ga etiam sine ipso si qs ordinaret̄ reciperet ordinē: & ga character indelebilis est: ideo istud sacramētū nō est iterandū. j.q.j.c. Manus impositio. Recōfirmatus tñ ignorāter nō est irregularis: sicut rebaptizatus ignorāter. Et ratio est ga. c. qui bis. de cōse. distin. iiij. Loquitur de rebaptizato & non de recōfirmato: & pœnæ nō sunt extendende: & maxime irregularitatis: vt dicitur de sen. excō. c. Is qui. lib. vj. Secundus effectus confirmationis est gratia sacramentalis quæ est distincta a gratia sacramentali baptismi. Qd' em̄ per istud sacramētū homo deputat̄ ad aliq̄d' sacrū quod digne sine gratia fieri non pōt: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Item ga deputat̄ ad opus arduissimum: & maximæ charitatis. s. ponere animā pro christo: cū deus non deficiat in necessarijs. Ideo in hoc sacramento datur gratia & plenitudo gratię præcipue ad robur. vt de cōse. di. v. Nouissime, perficit aūt gr̄a sacralis cōfirmationis gratiam sacramētalem baptismi: sicut vna virtus perficit aliā a se differentem sicut fortior min⁹ fortem, vnde de cōse. dist. v. de his. dr̄ q̄ vnum sine altero p̄fici nō pōt. i. baptismus sine cōfirmatione: qñ. s. potest hīri sicut nec liberalitas sine magnanimitate. Gratia ꝙ o gratū faciens quæ est vna in oibus sacramentis: collata in baptismo si p̄seuerat cōfirmatione p̄ficit̄: ga essentialiter augeat̄: vt aucta mereatur perfici. Et ꝓpter hoc dr̄ quis per cōfirmationem esse plenus christianus: vt de conse. distin. v. Oēs. Tertius effectus est cognatio spūalis nō solum impediens cōtrahendum matrimoniū: sed etiā dirimēs contractum. Et hęc cognatio in cōfirmatione contrahit̄ inter cōfirmatum & eum vel eos qui tenēt ad cōfirmationē. Item inter ip̄m cōfirmatum & filios naturales tenētis ad cōfirmationē cū cōiugib⁹ suis. De hoc tñ vide plene. ē. ti. s. c. xv. Sed inter ipsos tenentes ad cōfirmationē: sicut nec etiā inter tenentes ad baptismum: nō contrahit̄ ad inuicē cognatio spūalis. Et quāuis regulariter vn⁹ tñ debeat tenere ad confirmationem sicut et ad baptismum. vt de cōse. distin. iiij. Non plures. tamen si plures tenētes sint ad oēs extenditur cognatio ista. Itē non cōfirmatus nō debet tenere cōfirmandū. arg. de conse. dist. iiij. In baptizāte. Item nec vir vxorē: nec vxor virū: alioqui iure petēdi debitū carebūt: si sciens

iij. p.t.q. lxxij. ar. v.

Nota q patrini.

Effect⁹ ꝓfirmationis.

si sciēter facerent: sec⁹ si ignorāter. xxx. q.j. de his. de hoc ēt g.ti.j. Item cōsanguinei vel affines nō debēt se mutuo tenere: ga sufficit vinculum carnale vel naturale.

§.V. QVIBVS DEBET DARI CONFIR

matio: & de circunstantijs circa dationē eius. Nota ꝑm Pe. de pa. Primo q̄ debet dari oībus baptizatis: non aūt non baptizatis: & hoc dr̄ de cōse. dist. v. Oēs fideles: qui omne dicit nihil excludit. Vnde & mulieribꝰ sicut viris dādū ē: ga & mulieres ꝙ xp̄o dimicauerunt & monstruosi & hermaphroditi & surdi & muti. Itē infirmi & morientes p̄nt & debēt cōfirmari: ga tunc imminet pugna inuisibilis cōtra hostē: & quāuis cōtra talē pugnā nō detur cōfirmatio: expedit nihilominus vt moriētes adnumerent̄ militiæ xp̄i & ide magis nobilitēt ex tali signo. Est em̄ character quilibet ꝑm Tho. beatis ad augmentū gl'iæ accidētalis: sicut & dānatis ad augmentū pœnæ. Nota sec⁹ o paruuli etiam p̄nt cōfirmari: ga si nō tunc tñ possēa habebūt forte cōsiteri & minus habēt de fictione: tñ ga hoc sacr̄m iterari nō debet & nō sic p̄sumit̄ de quersato iter christianos: q̄ sit christ⁹ sicut q̄ sit baptizatus: ideo nō expedit q̄ paruuli cōfirmentur ante septēniū: vt possint meli⁹ recordari postea cōfirmati: quib⁹ & ꝓpter hoc solet dari alapa: saluātur tñ paruuli baptizati etiā sine confirmatione. Nota tertio q̄ est facienda tantū in fronte talis chrismatio seu inunctio. eī de sa. vnc. c.j. Quia vt magis audacter & sine timore erubore hō cōfiteat̄ xp̄m dat̄ cōfirmatio: & ideo potius in frōte fieri debet vbi magis apparēt hmōi passiones. Nota quarto q̄ debet frons ligari quousq; chrisma deficcet: nō oporteat aūt q̄ pānus septē diēb⁹ ligato capite portet̄: sed q̄ septem diebus caput a lotione seruetur: & hoc ꝓpter reuerentiā chrismatis & ꝓpter septem dona sp̄ussancti. Nota quinto q̄ debet ab aliquo teneri qui cōfirmatur: nec tñ ista tentio est de necessitate sacramenti: ga & sine ipsa dare tur: sed ex p̄cepto si adsit facultas. Congruit aūt tentio huic sacramēto: quia cōfirmandus vt infirm⁹ confirmari petit. & ideo alio vt baculo sustentatur quasi infirmus: & mulier etiam tenere potest. Nota sexto q̄ adulti admonendi sunt p̄mittere confessionem ante cōfirmationem: vt de cōse. dist. v. vt ieiuni. Et hoc in omni suscæptione sacri post baptismū obseruandum est ab eo qui post baptismū peccauit mortaliter: ga sec⁹a tabula post naufragium est pnia: vt dicit Hiero. de pœni. dist. j. sec⁹a. Et iō post naufragiū. i. mortale post baptismū commissum ad eā pri⁹ q̄ ad aliud sacramētum recurrendū est. Vnde cōritus anteq̄ cōfessus si commode potest nec eucharistiam: nec extremam vnctionem: nec ordinē nec cōfirmationē suscipere debet. Nota septimo q̄ ieiunis & a ieiunis dari debet & suscipi. de cōse. di. v. Vt ieiuni. & .c. seq. qd' & de omni sacro intelligēdū est. Vñ nec post prādiū sine magna & iusta cā ꝓfessio faciēda est maxime de mortali⁹. Est autem iusta cā si homo timeat obliuisci peccatum differens in crastinum vel se nō habiturū tp̄s ita oportunū: & similiter si ep̄s debeat mane recedere: qui post prandiū paratus est confirmare.

Adulto rū ꝓfirmatio.

Loc⁹ cō firmatiōi nō determinatur.

Nota octauo q̄ in omni loco: dū tamē decenti & honesto pōt ep̄s cōfirmare sine p̄dō non solū in ecclesia: sed extra licet chrisma solū in ecclesia cōfici debeat: ga qd' nō est, p̄hibitū est ꝓcessum: nō tñ extra locū suæ diocesis debet ꝓfirmare: sicut nec alia sacra⁹ vel sacralia ministrare etiam subditis. Nec archiep̄s subditos suffraganeoꝝ suoꝝ dum visitat: sed nec in diocesi sua debet alterius diocesani subditos confirmare. ar. xv. j. q.j. Interdicimus. & hoc nisi ex commissione vel licētia: tñ cōfirmando non subditos: vere sacr̄m præstat. Et licet peccet: non tñ efficit irregularis vel suspēsus. Nota nono q̄ tempore interdicti dari pōt sicut & baptism⁹ & chrisma ꝓfici. extra de sen. excō. c. Sup eo. ti. qm̄. lib. vj. omnia idem Pe.

§.VI. DE MINISTRO HVIVS SA

cramēti. Nota q̄ solus ep̄s habet ex officio ꝓfirmare sicut & chrisma cōficere. Est aūt magna quæstio inter doctores vtrū simplex sacerdos possit confirmare: & oēs in hoc cōcordāt q̄ sine dispēsatione seu cōmissiōe papę nō pōt: & si facit nihil agit: sed ex commissiōe papæ pōt simplex sacerdos conferre confirmationē & minores ordines: vt tenet Tho. & Pe. de pa. & glos. di. xcv. Peruenit. Vñ Grego. papa dispēsauit & permisit ad tollendū scandalū sacerdotes chrismare nec est credēdum q̄ in hoc dispensasset si nō potuisset: nec dicendum q̄ errauerit. Potest ergo commutere papa. vt dicit Pet. de pa. si est consecratus simplici sacerdoti conferre cōfirmationē & ordines minores: ga hæc sunt ordinata ad corp⁹ christi mysticū: sup qd' est plenitudo potestatis cōmittētis. Et cōmissarius est capax potestatis perfectæ sup corpus xp̄i mysticum cum habeat potestatem sup verum. Sed papa non pōt cōmittere sacerdoti potestatem conferēdi maiores: ordines nō ga ꝓmissarius nō sit capax: sed quia cōmitens nō habet plenitudinem ptātis respectu ei⁹ qd' committit. i. respectu corporis veri ad qd' habēt actum quasi immediatum omnes maiores ordines. Gratia. dist. xcv. §. sed illud. dicit q̄ forte in extrema necessitate & ex consuetudine in absentia episcopi possunt presbyterati chrisma ꝓferre. Sed decretalis. quāto. de cōsue. dicit contrarium: quia. s. corruptela est & nil agitur. Idem dicit gl. super. c. Peruenit. dist. xcv. & ita tenēt theologi. Nota ergo i illo. c. puenit. q̄ Grego. ad tollendum scandalum dispensauit ꝙ presbyteri cōferent chrisma. Item papa nō potest cōmittere inferiori sacerdoti confirmare & ordines minores dare: non propter defectum cōmittentis: sed quia si commissarius non est capax potestatis perfectę sup corpus christi mysticum ad quam pertinet confirmare & ordines minores dare: quod solis episcopis reseruatur: eo q̄ non habet potestatem perfectam super corpus christi verum. s.ad conficiendum. Sed cōtra prædictam conclusionem ab aliis qui sunt cōtrariæ opinionis: arguitur sic. De integritate cuiuslibet sacramenti sunt materia & forma & ministeꝛ: sed ꝓ papam nō pōt immutari materia & forma sacramētorū: ergo nec ministeꝛ. Aut ergo ministeꝛ confirmationis est ep̄s: & sic alteri papa cōmittere non pōt: aut simplex sacerdos: & sic absq; papæ cōfirmatione hoc pōt: sed istud sc̄m ab omnib⁹ negatur: ergo sequitur primū. Respondet idem Petrus q̄ cū sacerdos fiat ep̄s: & ministeꝛ huius sacramenti sit sacerdos ep̄s: quia nec potest esse ep̄s nisi sit sacerdos: immo nō videtur alius character sed idē: tamen plenior character sacerdotis: hoc. s. dispensando q̄ simplex sacerdos confirmet non est mutare ministeꝛ quo ad substantiam. Sciendum est autem q̄ forte ex dispēsatione papę ex chrismate non consecrato posset dari cōfirmatio: & ex oleo nō sanctificato fieri inūctio: quia illa ꝓsecratio est quid sacramērale & nil reale addit: sed puram relationem rationis dicit. Vnde dici pōt q̄ xp̄s instituit materiam sanctificationem sacramentis cōmisit: quia sic xp̄s in ria ꝓfirst tuit q̄ oleum vel chrisma sit materia illorū duorum sacramētorum: eo modo quo fuit p ecclesiam determinatū.

Notula de materiam: & matiōis

Vnde forte non est idē modus cōsecrandi apud oēs: & ga consecratio illa nō est sacramētum: sed quid sacramērale: ideo non videt̄ in dispositione ecclesiæ. Sed sicut nullum est matrimoniū inter p̄sonas quas ecclesia reddit illegitimas: sic nō esset cōfirmatio nec inunctio si fieret de materia ꝑ ritū ecclesiæ præparata. Silr si consecratio ep̄i nō sit sacr̄m sed sacramērale: videt̄ q̄ papa possit circa illud dispēsare: vt. s. minister cōferens illa sacra quib⁹ aliqs p̄ficit̄ corpi christi mystico sit simplex sacerdos: si sic ē a christo determinatū q̄ sit sacerdos ꝑm q̄ placuerit eccl'ię ip̄m consecrare. Vnde qui p̄est eccl'iæ toti pōt ei cōmittere sine hac ꝓsecratiōe. Sed ga generaliter statuit q̄ ep̄s hoc non faciat: ideo q cōtra hoc agit nihil facit: determinationē em̄ sacerdotis xp̄s eccl'iæ cōmisit: sed q̄ sacerdos esset hic determinauit. Vñ papa forte posset facere q̄ simplices sacerdotes ep̄m cōsecrarēt: sed respectu aliorum sacrorum q̄ respiciūt corpus xp̄i verum: christus determinauit nō solum q̄ eēt sacerdos sed etiam qualis sacerdos: ga ep̄s ꝑm ritum eccl'ię cōsecratus. Vñ modum consecrandi ep̄m eccleſię cōmisit: sed eum consecratum voluit esse vlteriori ritu q̄ simplicē sacerdotē: & quāuis ista nō probent tñ isto modo esse potuit: & isto modo saluari pōt quod eccl'ia romana facit de qua supponendū est q̄ non errat. Dicit idem Petrus q̄ papa habet plenitudinem potestatis etiam quantum ad consecrationem in qua etiā alij sibi non æquantur: quia licet omnia sacramēta possint alij episcopi conferre sicut ipse: tamen in sacramentis conferendis alij tenentur ad modos consecrandi ad quos ipse nō tenetur: & in multis consecrationibus habet potestatem excellentię: ga sine illis potestates consecrare: ex quo consecratio est per institutionem ecclesiæ. Habet etiam ꝑm oēs plenitudinem potestatis quā-

Eminēs tia ptātis papa lis.

tum ad iurisditionem in qua nullus ei æquatur: & ad istã iurisdictionẽ ptinet ꝓmissio oĩs: ga vt dr̃, ff. de iurisd. oim. iudic. l. eo. in iurisditione continet iudicis dandi licentia. Vnde licet confirmare & consecrare sit cõsecrationis: commictere tamen ista est iurisdictionis.

¶ De extrema vnctione quo ad materiam: formam ministrum & effectum. Capm. XV.

EXTREME VNCTIONIS SACRAmẽti instituit xp̃s sed apl̃s Iacobus ꝓmulgauit. dist. v. c. suę epistolę. Infirmatur qs in vobis: inducat præsbyteros eccl̃esię qui orent super eum vngentes eũ oleo in noĩe dn̄i & oratio fidei saluabit infirmũ. vt di. xcv. Illud. dicit Gelasi⁹ ꝙ nõ pœnitẽtib⁹ vnctio ista fundi nõ põt: quia genus est sacramẽti. Et notandum ſm Pe. de pa. in. iiij. distin. xxiij. ꝙ triplex est inunctio ecclesiæ. Vna q̃ nec est sacramentum nec sacramẽtale: qa nec p se gratiam causat: nec ad aliqd̃ sacr̃m suscipiendum vel perficiendum ordinatur: & hæc est vnctio regum. Vñ non oportet ꝙ fiat de materia consecrata & multo minus cum chrismate: nec in capite fit vnctio: sed in humero vel armo. Secunda vnctio est sacramentalis: sed non sacramẽtum: quia. s. ad sacramentum ordinatur: vel suscipiendum vt olei vnctio ad catecuminos: vel pficiẽdũ: vel digne custodiendũ: sicut vnctio qua baptizatus inungitur in vertice chrismate: & quia episcopus chrismate in capite & manibus & altare chrismate: & presbyter oleo in manib⁹ vngitur. Vnde & hostien. reprobat opi. Goff. qui dicit ꝙ manus presbyteri inunguntur chrismate. Tertia inũctio est sacramentum per se: & illa est duplex: quia vel chrismatis in fronte per epm: vel olei sancti per sacerdotẽ i organis sensuum infirmi p sacerdotem: & quælibet harũ ẽ sacr̃m p se. De his vnctionibus & significatione earũ habetur extra. de vnc. ca. j. Et licet fiant plures vnctiones: est tñ ſm Tho. vnũ sacr̃m vnitate quæ est ex parte finis: quia ad vnũ causandum & significãdum ordinãtur, s. sanationem spũalẽ. Vltima tñ vnctio est formalis respectu præcedẽtiũ & agit. iiij. d. ij. xxiij. q. j *in virtute earũ: & tunc dat̃ effectus sacramenti.* ar. x.

triplex vnctio.

§. I. MATERIA HVIVS SACRAMENTI

remota est oleum oliuarũ. Et licet papa posset facere ꝙ oleum nucum fieret vnctio ad catecuminos & vnctio manuũ sacerdotis: qa sacramentalia sunt: non tñ posset facere ꝙ oleũ nucĩ etiã consecratum daret extrema vnctio: quia sacr̃m est. Vnde si admisceret balsamũ vel oleũ nucum vl̃ alius liquor esset præcepti trãsgressio: & si mutaret̃ species ꝓpter mixturã esset irritatio sacramẽti. Habet em̃ oleum oliuarũ maximã cõuenientiã ad signi⁹icãdũ ei⁹ effectum qui est hilaritas & claritas mẽtis: vt declarabit. Materia autẽ ꝓpinqua est ꝙ illud oleũ oporteat ꝙ sit ab epo cõsecratũ: nec refert quõ sit bñdictũ oleũ: dũmõ sit oleũ oliuarũ: & talis benedictio qualis a tota eccl̃ia vel romana ꝓsueuit. Vñ papa posset mutare cõsecrationẽ olei & alias hmõi: sed nõ posset inũgere oleo nullo mõ cõsecrato: sed posset ꝓsecrare sicut vult: nõ aũt iferior papa hoc posset: & p̃t cũ ꝓsecrato cõmiscere nõ cõsecratũ: dũmõ sit de oliuis & totũ fit cõsecratum: eẽ de cõse. eccle. quod in dubijs.

§. II. DE FORMA HVIVS SACRAMẽti

dicit Tho. & Pe. in. iiij ꝙ est deprecatiua quã istituit Greg. s. ꝙ istam sanctam vnctionem & suã pi⁹issimã miam &c. Indulgeat tibi deus quicquid delinquisti per visum auditum &c. Et ista forma est de necessitate sacramẽti. Alia ẽ forma quã dr̃ instituisse Ambro. quæ est indicatiua. s. vngo istos oculos oleo sanctificato. In noĩe patris & filij & spũssancti: & hæc forma est de bene esse non de necessitate sacramenti. Vnde nec vsus eius est generalis: sed tm̃ apud quasdam eccl̃esias: & ſm morem illarum eccl̃esiarum præmittitur ante forma deprecatiua. Concordat Abb. ꝙ sit cõuenientior forma deprecatiua. ostẽdit ex verbis Iacobi apostoli. v. c. & quia infirmus est ꝓpriis viribus destitut⁹: vñ indiget subleuari orationibus.

§. III. DE FORMA EXTREME VNCtionis: illa. s. vngo istos oculos &c, Cõtrariũ sentit Pe. de pa. dicens ꝙ si aliquæ eccl̃iæ habent solum formam indicatiui modi: sicut Ambrosiana saltẽ tpe Ambrosij: vt dr̃:

non videt dicendũ ꝙ nihil sit actũ: & licet pueniẽtior: sit forma deꝓcatiua q̃ modi indicatiua: nõ ꝓpter hoc est irritũ sacr̃m: sicut in baptismo ecõuerso Græci vtunt̃ forma deꝓcatiua & nos indicatiua: & vterq; vere baptizat. Nec ẽ dicẽdũ ꝙ btus Ambrosius in hoc errauerit: qa sancti sibi nõ peccl̃sent in ꝓtradicẽdo: sicut nec peccarũt Cypriano rebaptizanti ab hæreticis baptizatos: fatetur tñ ꝙ cum dr̃ vtraq; forma simul: tũc illa vngo &c. ẽ dispositio ad sacr̃m & nõ forma al⁹: iteraret sacr̃m: & quia nulla forma harũ: s. per istam vnctionem: vel illa, vngo &c. vl̃ vtraq; simul est ab eccl̃esia romana reprobata: sed tolerata & dissimulãdo approbata: ideo quilibet eccl̃ia debet tenere ritum suũ sicut in trina vel vna aspersione vel immersione in baptismo. Et addit. In omni tñ debet inuocatio trinitatis addi & fieri signũ crucis ꝓpter generalẽ regulã. de conse. distic. v. Nunqd hæc Pe. de pa. Sed forte illi qui sunt cõtrariæ opinionis dicerent Ambr. cũ illa sua forma: seu p eum edocta vsum fuisse etiã alia forma deprecatiua substantialiter.

Cãsura eccl̃esiæ equa.

§. IIII. EFFECTVS EIVS SECVNDVM

Dicit Hoſt. in ſum. lib. ſ. rub. xij. ꝙ circa ordinādū duplex eſt ſcrutiniū. Vnū qd̄ fit ante ordinationem. Aliud qd̄ fit in ipa ordinatiōe qn̄ ordinādus ꝑſentaꝫ ep̄o coram altari. Primū diligēter faciendū eſt. de elec. c. nihil. §. ij. Et illud debet fieri feria quarta, ꝓxima ante ſabbatū in quo ordines celebrant. Forma huiꝰ eſt vt dicit idē Hoſt. vt incipiat a quarta feria & ꝓ triduū. ſ. vſq; ad ſabbatū per archidiaconū de iure cōi diligenter inquirat de vita ordinādi: de genere: de patria: de ætate: de inſtitutione. i. titulo ad quē ordinať: de loco in quo cōuerſatur: de ſcientia: de fide & aliis q̄ continenť in applica regula: & ſic in ſabbato q̄ ꝓbati ſunt epo preſentanť. diſtin. xxiij. quando epūs. Et dicit Gof. ꝙ licet ſm antiq̄ iura epūs eligeret hos ſcrutatores ſeu examinatores: vt dicitur in dicto. c. quando. Hodie tamen videtur ſpectare ad officiū archid'. c. ad hæc. Secundū ſcrutinium quod fit ante altare eſt cū archidiaconꝰ dicit. Poſtulat ſancta mater eccleſia hunc ſubdiaconū vel diaconū ad onus diaconatus aſſumi & hmōi: & interrogante ordinatore. Scis eum eſſe dignū? Reſpondet: quantū humana fragilitas &c. Nec peccat preſentator in illa reſpōſione: dum tamen non loquať cōtra conſcientiā: vt eo. ti. c. i. ꝙ qui ne ſcit indignū debet preſumere dignū. de præſum. c. dudum. ꝙ ſi archidiaconū remordeat cōſcientia de indignitate ordinandi: ſtudeat ordinatori ſecreto anteq̄ veniat ad hoc ſcrutiniū nūtiare. vt eo. titu. c. i. Et ſi ordinator nolleť deſiſtere: debet ſe abſentare ſi poſſet bono modo. Si autē hoc nō poſſet ſine ſcandalo: debet dicere verba vt miniſter eccleſię: quæ nō iudicat de occultis: quia nullo modo debet crimen fratris publicare. Hæc omnia Hoſtien. Idem Inno. quantum ad vltimum dictum.

§.XIII. DE DEFECTV SCRVTINII

ſeu examinationis. Nota ſm Hoſti. & Goff. ꝙ ordinatus ſine examinatione: aut eſt dignus aut indignus. Si dignꝰ & notus: in nullo peccať: qa tales. ſ. noti & digni nō ſunt examinandi. arg. di. xxiiij, nullus, fallit in conſecrando epm̄ q etiam notus examinatur. di. xxiij. Qui epūs. ſi ignotus q̄ quis alis dignus deponendus eſt. xxiij. di. c. vlt. Si indignus ſiue notus ſiue ignotus deponendus eſt: qa crimen ſuū nō prodidit. extra de cor. vi. c. expoſuiſti. Et intelligiť de graui crimine qd̄ impedit ꝓmotionē vel executionē. lxviij. di. c. i. Debet ergo ordinādus vel ꝓmouēdus ad aliquā dignitatē & teneť cōfiteri crimina notoria iuris vel facti & enormia & impedimēta q̄. ſ. impediūt ꝓmouendū vel deijciunt promotū niſi fuerit ſecū diſpenſatū. diſ. l. ex pœnitentib⁹. Si aūt hmōi defectū ſubticet nō habebit executionē miniſterij ſic ſuſceptꝰ: ſicut nec ordinis ſit recepti, extra de renū. c. niſi, peccant etiā mortaliter. Alia aūt crimina quę nō impediūt nec deijciūt: nō tenenť manifeſtare. vt de temp. ordi. c. fi. Concor. Inno. & addit ꝙ ſi confiteťur & ſecū diſpēſetur: per eū. ſ. qui poteſt ſecurus eſt vt alterius accuſari non poſſit: al's ſecus, diſt. xxxiij. c. fina. ꝙ ſi ordinandus manifeſtauit eſſe defectum ſuū: & ordinator nō intendēs diſpenſare ordinauit: poſtea detecto impedimēto non recipitur ordinatus: & hic eſt caſus illius cap̄. diſtin. lxxxj. ſi qui in examinatione, Hæc omnia Hoſtien.

§.XIIII. DE SVSCIPIENTE ORDINEM

aliquē vel exercente officiū ordinis in peccato mortali. Nota ſm Tho. Pe. & Alb. in. iiij, diſ. xxiij. q. ſ. arti. iij. q. v. ꝙ ſuſcipiēs vel exequēs ordinē in mortali: mortaliter peccat: qa facit cōtra illud p̄ceptū, iuſte qđ iuſtū eſt exequeris. Indigne em̄ ſacrū pertractat officiū: nec in hoc pōt aliquis diſpēſare: quia de iure naturali eſt: vt homo ſancta ſancte pertractet. Cōcor. Ray. probās hoc per iura. di. xl. multi. & diſt. xcv. illud. &, ſ. q. iij. audiuim⁹. Et addit Alb. q̄ ſi prelatus diſpenſat cum malis & indignis peccat mortaliter. Si aūt patitur neceſſitate mali compulſus ne eueniat pei⁹ nō peccat mortaliter: tunc em̄ non diſpēſat: ſed diſſimulat ad tp̄s: donec corrigi poſſit. Nec tamen diſpenſatio cum indigno excuſat eū a peccato adminiſtrationis dum ſcit ꝙ eſt indignus: dns em̄ papa relinquit vnū quēq; conſcientiæ ſuę: vt ipſe dicit in quadā Decretali. & vt dicit Tho. in. iiij. In q̄libet actu cuiuſcūq; ordinis quādocūq; ſe exhibet vt miniſter eccl'æ peccat mortaliť: & toties quoties hoc agit, qa vt dicit Dionyſius. Immūdis nec ſymbola. i. ſacramēta ſia ſigna tangere fas eſt. Vnde quando tangit res ſacras q̄ſi officio ſuo vtens: peccat mortaliter: ſecus aūt eſſet ſi in aliq̄ neceſſitate aliquod ſacramentum contingeret vel exequereť in illo caſu in quo & laicis liceret. Cōcor. Abbas. addēs ꝙ ſi dicitur hoc eſſe graue valde. Reſpondet ꝙ lata eſt via quæ ducit ad infernū & multi vadunt per eam, Matth. vij. & Tho. dicit ꝙ q̄uis ſubditus teneatur ſuſcipere ſacramēta a miniſtro eccleſiæ q̄diu tolerať & ſi ſit in peccato mortali: quia adhuc eſt ei obligatus: tamen p̄ter neceſſitatis articulum non eſſet tutum ꝙ inducereť eum ad aliquem actum ordinis ſui exequendum durāre tali cōſcientia quā tamen deponere poteſt: quia in inſtāti homo a diuina gratia emendatur.

§.XV. DE ETATE ORDINANDORUM.

Nota ꝙ antiqua iura ſunt mutata. Nam ſm Ray. & Hoſti. Si ab infantia quis tradebať militię clericali a ſeptimo anno vſq; ad duodecimū poterat recipere tres minores & exinde acolytatū vſq; ad. xxj. & in. xxj, ſubdiaconatū: diaconatū in. xxvj. preſbyteratū in. xxxj. vt diſt. lxxvij. in ſingulis. Si grādeuus erat qui petebat ordinari: i primis duob⁹ annis recipere poterat oēs minores ordines. In aliis quinq; annis ſequētibus oēs maiores, diſtin. lxxvij. quicūq;. Diſpenſatiue cū laicus grādeuus infra annū & dimidiū oēs ordines recipere poterat & monachus infra vnum annū. diſ. lxxvij. monachus. ſed vt dicit Guil. iſta hodie non ſeruanť. Dicit aūt Tho. in. iiij. di. xxv. q. ij. arti. j. q. ij. ꝙ ſine ceſſitas eſt & ſpes profectus etiam ante annos diſcretionis poſſunt pueri ad minores ordines ꝓmoueri ſine pctō: ga p aſſuefactionē efficienť idonei ad illa officia: & iſtud ſatis cōiter teneť. Sed de ſubdiaconatu dicit idem Tho. in. iiij. ꝙ pōt quis ꝓmoueri q̄ ad annos diſcretionis venerit vt poſſit cognoſcere votum caſtitatis. Alber. ꝙ dicit q̄ dicta tpa ſeruari nō oportet in religioſis: ga morū grauitas ſupplet ętatem. Pe. aūt dicit ꝙ ex diſpenſatione epi poteſt tempus anticipari ex idoneitate perſonarū. Sed oēs iſtę opi. hodie ablatę ſunt p Cle. de æta. & quali. c. ſ. ibi determinať ꝙ ordinādus in ſubdiaconū debet eſſe. xviij. annorū. i diaconum. xx. an. in ſacerdotē. xxv. an. & ſufficit an. vltimū attingere: ordinandus autem in epm̄ debet eſſe. xxx. an. ita ꝙ xxx. impleuerit. extra de elec. c. cū in cunctis. nec pōt diſpēſari per epm̄ de minori ętate: ſed ſolum per papā ſm Io. an. & cōmunē opi. Nec ſcientia nec mos grauitas pōt ſupplere talem ætatē a iure ſtatutā. Vnde qui ante legitimā ætatem facit

tem facit ſe vel ſubditū ſuū promoueri ad ordinē peccat mortaliter: qa cōtra cōſtitutionē generalē eccleſiæ facit: & etiā q̄ mittit ſe ordinari: niſi forte ſit ita ſimplex ꝙ ignorantia excuſet eū. Qui etiā ordinat talē vel cōſiliū præſtat peccat mortaliter. Et q̄uis quidā dicant ꝙ talis eſt ſuſpenſus: verius eſt ꝙ non eſt ſuſpenſus: ſed ſuſpendendus vſq; ad legitimā ętatem. extra de æta. & quali. vel nō eſt cōpos

Ordinatusante legitimā ętatem

ſm Ray. Archid'. Anto. de Bu. Fran. de Zab. & alios. Vnde ſi exequitur officiū ordinis recepti ante legitimā ætatē: ſi non eſt ſuſpenſus a ſuperiore, non propterea incurrit irregularitatem: ſed videtur quibuſdā ꝙ peccet mortaliter quoties exequitur officiū ſuū ante legitimā ætatem: quod non eſt quia nullibi legi non affirmo nec nego: tutum tamen eſt ſuſpēſi⁹, abſtinere ab executione.

§.XVI. DE TEMPORE ORDINATIONUM.

Nota ſm Ray. ordines maiores. ſ. ſacerdotij: diaconatꝰ: ſubdiaconatꝰ: & etiā minores cōſerri poſſunt ſex temporibus anni. ſ. in ſabbatis q̄tuor tēporū: & in ſabbato immediato ante dñicā paſſionis: & in ſabbato ſcto paſchæ. di. lxxv. c. ſi. & eē de tēpo. ordi. c. de eo. Poſſunt etiā cōferri dicti ordines etiā maiores mane diei dñicę immediate ſequētis dicta ſabbata: ita tn̄ ſi cōtinueť ieiunīū tam ab ordinatore q̄ ab ordinādo cōferri. vt. lxxv. di. c. ꝙ a patribus. Et tūc fictione canonica mane dñicæ ſequētis trahitur ad veſperā ſabbati p̄cedētis: & ita cōferri dicūtur in ſabbato ſm Ray. Hoſti. in ſum. & Inno. de tempo. or. c. Iras. & glo. Inno. iiij. ibidē. q. Inno. dicit ꝙ die illo ſabbati & nocte dñicę nihil celebrās ordinatiōes in dñica comedere vel bibere debet: niſi corp⁹ & ſanguinē chriſti ſi ſabbato celebrat. Addēs etiā ꝙ die dñica ordines maiores ꝓferre etiā cōtinuato ieiunio nō expedit niſi neceſſitas aſſit: puta quia in ſabbato nō potuit ordies ꝓferre ex eo ꝙ infirmaꝰ fuit vl tarde venit. Nocte aūt paſchali poſſunt ordines cōferri: nō cū aliis nocturnꝰ: qa nec in illis pōt miſſa celebrari. Ordines minores etiam in dnicis dieb⁹ & in p̄cipuis feſtis poſſunt cōferri: & nō ſolū vni vel duob⁹ vt dixit Ray. ſed etiā multis dūmodo nō videať epūs ex h̄ ordinationē generalē facere: vt dicūt Inno. Hoſtię. & Ber. Subdiaconatū ſolus papa pōt cōferre diebus dñicis & aliis p̄cipuis feſtis. Et ordinatus ab eo in ſubdiaconū nō pōt ab alio ordinari niſi de licētia eiꝰ ſm Pe. de pal. Cōſecratio aūt epalis ſm Ray. & alios fieri pōt & debet die dñica & hora. iij. diſtin. lxxv. ordinationes. nec oportet ex h̄ cōtinuare ieiunīū ſabbati cū dñica: ga hoc cōfertur in dñica nō in ſabbato. Item quis pōt in ſabbato ordinari in ſacerdotē & ſequēti dñica cōſecrari in epm̄: qd̄ ſic nō eſt in aliis ordinib⁹ maioribꝰ: vt. ſ. vnū poſſit in ſabbato & aliū ſequenti dñico recipere: etiā cōtinuato ieiunio: & debet peti cōſecratio epalis infra tres mēſes a tpe electiōis vel a tpe cōfirmationis, diſ. c. qm̄, ſm Hug. al's eſt puniēd⁹, niſi eſſet legitime impedit⁹. Qui aūt recipit ordinē aliquē extra dicta tēpora ſine diſpenſatione papę peccat mortaliter & ordinans & ordinatus. Similiter & q̄ recipit duos ordines maiores eadē die vel ſubdiaconatū vl minores ordines mortaliter peccat: minores etiā oēs ſimul nō poſſunt dari: niſi cōſuetudo illius eccl'ię hoc habeat: qa tūc pōt. Qui etiā ordinať a p̄lato nō ſuo & ſine licentia ei⁹: aut etiā qui ordinať p ſaltū: oēs hi peccant mortaliter. arg. xxv. q. j. Violatores. vbi dicitur. Violatores canonū a ſpūſancto cui⁹ inſtinctu cōditi ſunt cōdēnāť. De irregularitate aūt quā cōtra hunt vide. ī. Dedicatio eccleſię de conſuetudine pōt fieri omni die: & virgines diebus dominicis conſecrantur ſm pe. de pa.

§.XVII. DE LOCO VBI CONFERENDI

ſunt ordines. Minores ordines poteſt epūs cōferre in qua cumq; eccleſia ſui epatus, ſm Ray. arg. de tempo. ordi. c. ſi archiepūs. maiores ꝙ cōferri debent in eccleſia epali, diſt. lxv. c. j. Sed dicit Guil. & Hoſtien. ꝙ hodie epi cōferunt ordines etiam maiores vbi volunt de cōſuetudine. Epi cōſecranť vbi elegerit metropolitan⁹ ſcd'm Ray. diſt. lxiij. c. fi, niſi aliud obſeruandū ſit de cōſuetudine approbata ſcd'm Guil. Et ſi in alia eccleſia q̄ metropolitana & in preſentia metropolitani fierit cōſecrat⁹: debet ſe preſentare metropolitano infra tres menſes a tempore conſecrationis, diſti. lxiij. cum longe. Patriarcha aūt primas & metropolitanus &q̄libet horū debet cōſecrari in eccleſia ſua ſcd'm Ray. niſi neceſſitas aut ꝓfectus aliud inducat: ſcd'm Guil. xxiij. q. j. pudēda. Papa ꝙ o in eccleſia ſua: id eſt vrbe ſi fieri pōt: alś in quacūq; & extra vrbē ſcd'm Hoſti. vt diſt. xxiij. i nouine. Et ſcd'm Goff. cōſecrať papa ab eo Hoſtien. qui in hoc vicē metropolitani obtinet. Si tamen ante aſſumptionem ad papatū fuiſſet epiſcopus conſecratus nō amplius conſecraretur ſcd'm Pe. de palu. Irem ſcd'm Ray. Innocen. & Goff. Si quis non ſacerdos conſecraretur in epiſcopum nil reciperet: quia fundamentum conſecrationis epiſcopalis eſt ſacerdotiū. Vnde opi. Hoſti. qui dicit cōtrariū nō tenetur. Sed ſi eſſet ſacerdos quocūq; alio ordine ſibi deficiēte conſecratus in epiſcopū reciperet cōſecrationem epiſcopalem: & omnes ordines conferret ſi ordinaret excepto eo quem non haberet ſcd'm Ray. & alios, ſ. q. j. gratia. talis tamen non deberet exequi officium ſuum ante receptionem ordinis prætermiſſi.

§.XVIII. DE COACTIONE AD ORDINES

vel prælationes. Nota ſcd'm Ray. & Hoſtiē. in ſum. ꝙ duplex eſt coactio. Vna abſoluta: puta ſi quis oino inuitus per vim teneať ſub manib⁹ ordinatoris: & hac coactio ne ſi quis ordinať non recipit characterē: vñ nec ordinē ſicut nec baptiſmū. eē de baptiſ. c. maiores. Et diſt. l. c. preſbyteros. Et nullus hoc mō debet aliquē cogere ad ordinē vel aliud ſacramentum. Alia coactio eſt conditionata q̄ fit cōminatiōe pœnarū & cōminādo mortē vel incarcerationē ſi non ꝑmittat ſe ordinari. Et qui ordinatur hac coactione ductus: ga hmōi coacta voluntas eſt ſaltē indirecta. xv. q. j. merito ideo talis recipit characterē ſcd'm Ray. & alios: & etiā executionē illius ordinis ſi nō obſtat aliud impedimētum ſm Pe. de Pal. ga non eſt ius aliqđ qđ ipm ſuſpēdat: ſed gratiā nō recipit: cū fictus & inuolūtarius accedat. nec etiā hoc metu. ſ. pœnarum aliquis cogēdus eſt ad ordines. De coactione aūt cōditionata p pœnā iuris inferendā propter eccleſię vtilitatē dicit Pe. de pa. Videtur ꝙ quis poſſit cogi per ſuperiorē per præceptū & excōicationē vt ſit curatus vel epūs: ſicut aliqui eremitæ per epm̄ ſunt cōpulſi. Cū em̄ ad bonum regimē eccleſiæ magis ſit obediendū p̄ſidenti in ſpūalibus q̄ ad bonū regimē in tpalibus p̄ſidēti: ſicut aliquis in tpalibus cogiť ſuſcipere tutelā: vel curā pupilli vel furioſi: quia hmōi reipublicę intereſt: & multo magis iudicādi in republica: cum ſit hoc officium magis neceſſariū: vt puta ꝙ ſit p̄poſitꝰ vel baliuus ſi reſpublica indiget: pro cuius ſalute bonus ciuis etiā morti ſe debet exponere: multo magis ſi eccleſia indiget poſſunt perſone cogi ad prælaturas: & tenentur coacti obedire: quia ſcd'm Greg. Summū paſtorē conuincitur: nō amare qui eius gregem renuit paſcere: qui dicit Ioā. vlt. Paſce oues meas. viij. q. j. in ſcripturis. Pe. quod videtur intelligendū niſi ſit ineptus euidenter. Dicit tamen idem Petrus ꝙ nullus eſt ſpōſus eccleſię. i. epūs vel curatus nec abbas nec prior niſi aſſentiat: quia q̄uis legatum acquiratur de iure ciuili ignoranti: tamen de iure canonico nullum ius vel beneficium eccleſiaſticum acquiritur homini quouſq; eſſentiat. Vñ de prębendis. c. ſi tibi abſenti. lib. vj. dicitur ꝙ quando abſenti beneficium confertur quouſq; ratum habeat ſibi nullū ius acquiritur. De coactione vero conditionata per ſubtractionem beneficij vel officij per ſententiam hominis. Nota diſtinctionē in hmōi ſcd'm Ray. & Hoſtiē. in ſumma. Aut enim epūs cogit clericū ad ſuſcipiendū ordinem qui eſt annexus de iure vel cōſuetudine beneficio vel dignitati quā habet: aut alium ordinem. Et in primo caſu puta: cum epiſcopus vult cogere electū in archidiaconū vt fiat diacon⁹: & electum in archipreſbyterū vel decanū vel p̄poſitum vel abbatem vt fiat ſacerdos: vtiq; poteſt cogi per ſubtractionē beneficij vel dignitatis non exiſtente in eo impedimento poſt debitā monitionē appellationē remota. di. lxx. innouam⁹. & de elect. c. cum in cunctis. excepto eo qđ ibi dicit de epiſcopo. Si aūt habet impedimentū. Pe. de Pal. diſtinguit ſic dicens: qa aut eſt tpale aut perpetuū. Si temporale q̄diu durat excuſatur: puta qa infirmus: illo ceſſante idem quod. ē. Si eſt perpetuū: & tunc aut p̄ceſſit collationē beneficij: & fuit tale ꝙ nō eſt ſibi ius acquiſitū: & tūc ſiue ſciuit ſiue ignorauit priuandus eſt de facto: ſicut de facto tenet: puta homicida vel illegitimus & neſciebatur aliquid de hmōi. Si fuit tale impedimentum q̄ ius ſibi acquiſitum eſt: ſi ſciuit & tacuit debet auferri tanq̄ ab indignoꝰ

vt qa habet morbū caducum & hmōi. Si autem ignorauit tūc ita est ac si nō puenisset: & qa bona fide & iusto titulo adeptus est sine sua culpa priuari nō debet. Si autē impedim⁹ cum supuenit sine culpa sua: quia mutilat⁹ fuit in naso aut oculo: aut factus leprosus: afflicto non est adiungenda afflictio: & tunc non debet priuari: sed de redditibus vicari⁹ sustentari vel alius assignari: & ipse sic impeditus de ipsis redditib⁹ sustentari. Si autem impedimentū supuenit culpa sua: vt qa se castrauit: vt Origenes: vl quia in stupro inuentus. castrat⁹ fuit: priuari debet: & sic intelligitur de clerico, gro. per totum. Hæc omnia Petrus. In secundo vero casu: cum. ſ. vult cogere ad ordinem nō annexum beneficio: & tūc ſm Ray. & Hostien, aut hoc exigit necessitas vel vtilitas ecclesia: tunc si clericus excuset se sola voluntate: qa. ſ. non vult & non alia rationabili causa debet cogi per subtractionē beneficij & officij, distī. lxxiiij. c.ij. &. iij. & dē cta. & quali. c. quæris. Sed si excusat se clericus ratiōe criminis cōmissi: tunc vel dispensare potest si habet autoritatem: & al⁹ est idoneus: vel ipsum remouet a beneficio quod obtinet in ecclesia: nisi esset multum vtilis & necessarius ecclesię. Si autem allegat aliud impedimentum prouenies sine culpa sua: vt infirmitatem suam non est cogendus: & si milter si non exigit hoc necessitas vel vtilitas ecclesię: nō debet inuitos cogere ad ordines suscipiendos: al⁹ puniendus esset. Distin. lxxiiij. c.ij. & admitteretur eorum appellatio. Dicitur autem necessitas cùm non sint alij qui ordinētur & ecclesia indiget: vtilitas autem cum & si sint alij: ecclesia tamen indiget ordinatis. De sic coacto ad ordinēm sacratum vtrum teneatur continere, dicit Ioan. & Guil. ꝙ si coactus fuit metu qui posset cadere in constantem virū non tenetur al⁹ sic, extra de his que vi me. ve cā fi. c. perlatum. qa continentia non debetur nisi voluntaria, di. xxxi. ſ. ante triennū. & maxime si est protestatus in secreto se nolle continere. Talis autem sic ordinatus si habeat vxorem gaudebit priuilegio clericali si vult viuere clericaliter ſm Ray. & Guil. & Hug. arg. illius. c. si qui vero. distin. xxxij. & hoc nisi transiret ad actum contrarium. Vel aliter dicas vt dicit. Ray. ſ. ꝙ si coactus non teneatur continere quantum. ſ. ad vſum matrimonij cōtracti ante susceptionem ordinis: & si vxor continere non vult gaudebit priuilegio tamen clericali si clericaliter viuit: non autem gaudebit si ipsa vult cōtinere & ipse nō vult. Sed si talis nō habeat vxorē tenetur pręcise cōtinere, arg. xlv. distinc. de ludæis. Regulares autem ordinari non debēt contra voluntatem prælati sui ſm Ray. de tempo. ordi. ad aures. Debent ergo præsentari a prælatis suis: vel de licentia eorum que appreat. Item ſm Ray. Si episcopus cogeret aliquem ordinari exigente ecclesię necessitate: q̄uis peccet: debet tamen clericus obedire cessante legitimo impedimento: quia non est malum quod ei præcipitur: immo iustum. xj. q. iij. quid ergo. De irregularitatibus quæ impediunt promouendum habes. ſ. titulo de irregularitate. per totū. De his q̄ deiciūt vel suspendūt iam promotum habes. ſ. in titulo de suspensione.

¶ De pœnitentia & effectu eius: & diffinitione: & impedimentis & remedijs eius. Cap. XVII.

DE PENITENTIA INQVIT Christus Matth. iij. Pœnitentiā agite &c. Hæc est virtus & sacramentū: & inquātum sacramētum tria in ea considerantur sicut in alijs. Vnū. ſ. qd' est tm̄ sacramentū: id. ſ. qd' exteri⁹ geritur: vt est absolutio pro forma: & cōfessio & satisfactio pro materia. Aliud est qd' est sacramentū & res: vt ornatus & pœnitentia interior. Aliud est qd' tm̄ res: & remissio pcātōr. Quantū ad primū. ſ. id qd' est sacrm̄ tm̄: sic pnia non habet aliā materiā a susciptente: sed solus actus verbor. Et ratio est ſm Tho. in iiij. di. xiiij. q. j. ar. j. q. j. ad. j. qa cū sacra sit q̄dā medicię spūales: sicut in corporalib⁹ medicinis: quędā cōsistunt in sola passione vel receptione curati: vt sectio vulneris & appositio emplastri. Et quædā ꝓsistunt in actu laborātis: vt exactiones & hmōi. Ita in sacramentis quędā non requirunt actū eius qui sanctificat qnantū ad substantiā sacramenti, nisi per accidens: & sicut remouēs ꝓhibēs: sicut in baptismo: cōfirmatione & hmōi. Et in his sacramētis materia q̄ significat & causat, est quid exterius appositū. Quædā ꝙ sunt q̄ per se & essentialiter requirūt actū eius qui suscipit sacramētū: vt in matrimonio & pnia: & in his nō est materia aliquid extra suscipientē: sed ipsi actus exterius apparent & faciunt quod in alijs materia. Res & sacramentū est pnia interior. i. cōtritio & ornatus: pœnitētię em̄ sacramētum nō imprimit characterē: sed ornatū. Et cōtritio quidē est dispositio respectu act⁹ liberi arbitrij: & res & sacramētum: respectu gratiæ gratū facientis: ornat⁹ autem respectu gratiæ sacramētalis. Et in attrito est ornatus & si non cōtritio. In contrito est etiā vnus ornatus & maior gratia: in fundit⁹ respectu duplicis dispositionis. ſ. sacramenti quæ fit per ornatum: & liberi arbitrij quæ fit per cōtritionem. De ornatu habes. ē. eo. ti. c. j. Res tm̄ est remissio peccatorū. Vbi sciendū ſm Tho. ꝙ causa principalis remissionis peccati quo ad culpam est deus: causa meritoria remissionis est passio christi. Causa formalis est gratia dei. Causa instrumentalis est multiplex: qa & cōtritio inquantū est act⁹ virtutis pœnitētiæ: est causa vt removēs, ꝓhibēs: sed prout est pars sacramenti pniæ est causa instrumentalis: & silr cōfessio & absolutio sacerdotis est causa instrumētalis: sicut ad formationē cultelli multa cōcurrunt: qa & ars fabri & manus eius & malleus & incus & ignis & alia. Ad remissionē peccati etiā quo ad pniam oia prædicta operantur plus & minus ſm deuotionē & conatū pœnitētis: remissa tamē pri⁹ omni culpa mortali: quia cū mortali nō est homo capax remissionis alicuius pœnę. Valet etiā ad remissionem pœnę satisfactio iniuncta: & oia bona opera facta in charitate: & flagella patienter tolerata & indulgentiæ.

§.I. PER PENITENTIAM REVIVI

scunt opera mortificata ꝙ peccatū ſm Tho. & Pe. & Ray. Distinquod etiā dicit Aug. de pœni. dist. v. qui vult. qd' sic declarat Pe. de pa. in. iiij. Opera nostra dicuntur viua & mortua & mortificata & viuificata per cōparationē ad ea q̄ viuūt rum no natural iter. Sicut em̄ illa dicuntur viua nō solū quę habēt principiū vitæ: sed etiā operationē vt oculus videndo: pes ambulando. Mortua quæ neutrū habent. Mortificata quę habent principiū vitæ: sed non operationē, ꝓpter aliquod impedimentū vt mēbrū putridū. Viuificata q̄ per amotionē impedimenti operationis vitę redeūt ad suas operationes. Sic opera nostra spūaliter dicūtur viua: qa, ꝓcedūt a charitate q̄ est principiū vitę spūalis: & ꝙ meritū possunt perducere ad vitā æternā q̄ est vera vita. Iste em̄ est finalis actus operū nostrorū. Mortua ꝙo dicuntur quæ fiunt extra charitatē: & dicuntur mortua ex aptitudine: qa. ſ. potuerūt fieri in charitate: & sic fuissent viua. Mortificata ꝙo quę facta fuerūt in charitate: sed per meritū nō possunt ad vitam gloriæ ꝓducere efficaciter, ꝓpter impedimētū peccati mortalis supuenientis. Viuificant aūt cū impedimentū mortificationis amouēt: & hoc est mortale supueniēs. Sed nota ſm Tho. ꝙ resurgēs per pniam a mortali nō oportet ꝙ resurgat in eodē gradu gratię & charitatis quam amisit: sed pōt resurgere in æquali maiori & minori ſm conatū ipsi⁹ pœnitētis. Et ex hoc oritur dubiū quō viuificenť opa mortificata in eo q resurgit in minori charitate & in illo statu cata q̄ morit': cū pręmiū recipiat ſm statū in morte: nō ſm statū modo pręteritum. Rñdet Pe. de pa. ꝙ p pniam reuiuiscere merita viuūt pōt intelligi dupliciter. Vno mō quātū ad pręmiū accidēs: & sic nō reuiuiscunt nisi illius præmij sit talis cōditio ꝙ requirat cōtinuitatē & ꝓpetuitatē: sicut aureola virginitatis. Alio mō quātū ad pręmiū essentiale: & sic ꝓ se loquēdo reuiuiscūt ꝓsuppōsito ꝙ moriat' cū tāto gradu charitatis quātū amiserat: qa tūc nō est tm̄ ex merito vltimo: sed ex merito primo & ꝓ se, ex pnia sicut ex remouēte, ꝓhibēte & ex vltima charitate: sicut ex naturali dispositione necessaria recipit quātitatē pmij essentialis. Per accidēs aūt esse pōt ꝙ nō reuiuiscūt ex indispositiōe recipiētis quo ad intensitatē. i. tantā quātitatē pmij: ſm em̄ Tho. sup epłam ad Ro. Quātitas pmij essentialis: qd' cōsistit in visione dei: rñdet quantitati charitatis in via: & quātitas præmij accidentalis rñdet quātitati laboris bonor operū. Et de hoc intelligitur illud apł'i. Vnusquisq; ꝓpriam mercedē accipiet ſm suū laborē. Nota ꝙ pnia & plures aliæ ῡtutes dicunť fundamentū: sed diuersis respectib⁹. Cū em̄ fundamētū sit prima pars ædificij & sustētatio toti⁹ ædificij rōne prioritatis In spūalib⁹ fides dr̄ fundamentū virtutū simpl'r. Pnia dr̄ fundamētū rōne prioritatis nō simpl'r: sed in genere eor: quæ ptinent ad effectū: & q̄ ad fugā mali cōmissi. Timor etiam dr̄

etiā dr̄ fundamentū quantū ad fugā mali cōmittendi. Charitas dr̄ fundamentū rōne prioritatis quo ad psecutionem boni: sed rōne sustentationis dicitur humilitas fundamentum in ꝓfectis: & fortitudo in aduersis. Tho. in. iiij.

§.II. PENITENTIA AVTEM SIC DIFFINITVR

ſm Greg. & Amb. ꝙ est ꝑterita mala plāgere: & plāgenda iterū nō cōmittere, de pœ. di. iij. pnia. &. c. pniam. q̄ diffinitio dat⁹ p duplicē actū ei⁹ ſm Tho. Vn⁹ pñs respicit ſ. dolor de ꝓmissis. Flet⁹ em̄ sumit' ꝙ dolore interiori. Alij⁹ respicit futurū. ſ. ꝓpositū nō cōmittendi vlterius. Et sic nō cōmittere intelligit' quo ad, ꝓpositū ꝙ tūc cū pœniter. Nō em̄ regrit' ad verā pniam ꝙ aliqs vlterius nō peccet: qa de essentia alicui⁹ rei nō est aliqd futurū. Ille ergo autoritates de Pœ. di. iij. Ile. &. c. irrisor. & alię q̄ videnť dicere ꝙ non est vera pnia: sed inanis cū qs iterū & iterū peccat: vel referuntur ad idē ꝑs ſm Ray. & Gof. quo qs pœniter: cū. ſ. & si doler de cōmisso: nō tm̄ proponit abstinere: vel si vere pœniteat dr̄ inanis recidiuādo: qa priuat' fine seu fructu ei⁹ q̄ est absolutio, ꝓter pctm̄ supueniēs. Qd' autē dicit Hiero. ꝙ sec'a tabula post naufragiū est pnia seu culpā simpliciter cōfiteri. de pœ. di. ſt. j. sec'a. Goſ. quo qs pœniter: cū. ſ. & si dolet de cōmisso: nō tm̄ proponit abstinere: vel si vere pœniteat dr̄ inanis recidiuādo: qa priuat' fine seu fructu ei⁹ q̄ est absolutio, ꝓter pctm̄ supueniēs. Qd' autē dicit Hiero. ꝙ sec'a tabula post naufragiū est pnia seu culpā simpliciter cōfiteri. de pœ. di. ſt. j. sec'a. Ioquit' metaphorice ad silitudinē nauigātis q̄ fracta naui auxilio alicui⁹ tabulę dicit' ad portū. Sic spūaliter fracta innocētia baptismali ꝑ mortale: q̄ est nauis & prima tabula: nō est alia via salutis nisi pnia quæ dicit' secunda tabula: quę tabula est post naufragiū: sed nō sec'a post ipsum. Qd' aūt de pœ. dist. iij. pnia. ij. dicitur p Aug. ꝙ pœnitere est pœnā tenere vt semp̄ puniat in se vl cisc endo qd' cōmisit peccādo. vt in. ſ. si apłs. ea. di. vbi dicit ꝙ pœnitens semp̄ dolet &c. Intelligendū est ſm Pe. nō quidē pniam exteriorē debere esse perpetuā: nec etiā pœnitentiam interiorē actualem. i. ꝙ semp̄ actu doleat sed habitualem. i. semp̄ debet habere hanc dispositionē in mēte, ꝙ cū menti occurrit peccatū cōmissum nō accepteť: sed ſm rōnem doleat. Item qa dicit Aug. in dicto. §. si apostolus. ꝙ pœnitens de dolore gaudeat. Sciendū ꝙ triplex est dolor & gaudiū sec'm Pe. de Pa. Primo ipsa passio concupiscibilis: & sic simul nō sunt etiā de diuersis dolor & gaudium. Secūdo accipit pro motu cordis: quia lętitia est cordis latitudo: & tristitia cordis contristatio (al's contrictio cordis quæ duo etiā simul esse nō possunt. Tertio accipit pro simplici actu voluntatis: & tunc prout sunt de eodem nō sunt simul: qa contrariātur: & silr si sunt de diuersis nō subordinatis: sed prout sunt ordinati ita ꝙ vnum est ratio alterius sic stāt simul: & sic est in ꝓposito: immo forte sunt vnus actus: sicut finis & id quod est ad finē: qa vbi duo ꝓpter vnū vtrobiq; vnū. Vnde & qd' dicit Tho. vtrūq; nō posse simul esse equalr: intelligendū est quātū ad causalitatē & principalitatē: nō quātū ad intētionē & remissionē sec'm rē si differūt re: vel sec'm rōnē si sunt vni⁹ act⁹ re: qa vnū est ratio alterius: ad intētionē em̄ & remissionē causæ sequit' intētio & remissio effect⁹: quāto em̄ plus dolet de peccato: tanto plus gaudet de dolore.

§.III. DE EFFECTV PENITENTIE

seu fructu. Nota sec'm Pe. de Pal'. dist. xiiij. ꝙ pœnitētia delet oēm culpā actualē: mortalē & venialē cui applicat' spe cialiter. Vnde Chrys. de pœ. di. iij. talis. dicit etiā si ad summū quis puenerit malorū: & inde reuerti velit ad virtutis viā: susc ipit. ſ. de⁹ libenter amplectit' & oia facit quatenus ad priorē reuocet statū. Hęc ille. Et qa mortalia habēt cōnexionē ex parte auersionis: qa oia a deo auertunt: vnū nō dimittit' sine alio sec'm Tho. Sed mortalia pñt dimitti sine venialib⁹: & vnū veniale sine altero: qa nō habent onexionē adiuicē sec'm Tho. Sec'o nota ꝙ pœnitētia tollit pœnā ętern̄a: pœnā aūt tpalē si ꝑfecta sit totaliter tollit vel saltem minuit. Vnde dicit Pe. ꝙ sicut qui hoiem ita & qui deum offendit peccat dupliciter: qa cōtra ęqualitatem amicitiæ inquātum debitū affectū nō impendit: & contra ęqualitatē iustitię inquātū rem vel hoiem vel obsequium subtrahit: oportet ergo necessario vtrūq; restituere: & qa restituta amicitia nō statim restituitur res ablata: ideo post remissionē culpę remanet reat⁹ pœnę satisfactorie. ſ. coīter. de pœ. di. j. si pctm̄ Dauid. Tertio nota sec'm Pe. de Pal'. ꝙ sequelā ad pctm̄ qd' est trahere ad pctm̄: & retrahere a pctō: si pnia q̄ est virt⁹ & sacrm̄ sit ꝑfecta: totalr delet istā sequelā & istas reliquias. Si aūt esset cōpleta pnia q̄ est sacramētū & nō q̄ est virt⁹ esset qdē deleta pœna: sed nō sequela cū in momēto posset esse deleta ois pœna: nō aūt habit⁹ malus acquisitus. Sed si pnia virt⁹ esset ꝑfecta: tunc sequeretur tota liter deleta: qa habit⁹ vitiosus totaliter corrupt⁹. Quarto nota ſm Tho. & Pe. ꝙ restituit pnia oēs virtutes necessarias ad salutē: qa remouendo, ꝓhibens restituit gratiam cū qua oēs virtutes infundunť: sed necessarias ad dignitatē nō infundit nec restituit. Quinto nota ꝙ p pniam vitantur flagella tpalia. Amb. Nouit dns̄ mutare sniam si tu noueris mutare delictū. & de pœ. di. j. Sed & cōtinuo. & c. importuna. &. c. si agamus. Vltimo nota ꝙ pnia non restituit impunitatem in foro cōtentioso: immo habens bullam de absolutione ab homicidio nihilominus suspendetur: nec liberat ab irregularitate. Itē mortificata opa meritoria per peccatum: per pœnitentiam reuiuiscunt.

§.IIII. DE IMPEDIMENTIS PENITENTIÆ.

Dicit Pe. de Pa. post Magistrum sen. in. iiij. di. xvj. ꝙ hypocrisis & ludi & militia & negotiatio impediūt pœnitentiā. Et hypocrisis quidē impedit propter hoc: qa est habitus malus quo homo est prōptus facere bona opera propter homines: & sic inclinat vt opera quæ al's essent digni fructus pœnitentiæ non habeant hunc effectū. Ludi taxillorū: chorearum: histrionum: spectaculorū: in hastiludijs: venationibus & hmōi impediunt: quia nimis distrahunt mentem a deo & dissoluunt vana lætitia: cum tamen pœnitens debeat habere cor recollectum ad deū & dolorē de peccato. Militia ꝙo & negotiatio etiam impediunt: & quia mentem distrahunt: & quia mentem multis peccatis cōmuniter implicant. Verum quia ista aliquā do sunt necessitate, & aliqua ex his aliquando licita: ideo nō impediunt de necessitate pœnitentiam & fructū eius nisi cū sunt mortalia: vt de pœ. di. v. negotiū. Et de his materijs habes in. ij. parte: in diuersis ca. Sunt & alia impedimenta pniæ interiora: & ſm Ray. & Hostię. in sum. sunt quatuor. Primū est pudor cōfitendi qui retrahit superbos dum nolunt videri mali. Impedi
Sec'm est timor satisfaciendi. Timent em̄ quidā ꝙ non possent facere pniam quę eis imponeret. Tertiū est ispes vana & hęc est triplex: qa diu viuendi: qa diuitias acquirēdi: & qa miam consequendi finaliter. Quartū est desperatio veniam obtinendi: vel post ventā in bono ꝑseuerādi. Et desperationem venię inducunt tria. ſ. consideratio grauitatis peccati: sicut Cain dixit. Maior est iniquitas mea ꝙ vt veniā merear &c. Geñ. iij. Sec'm est consideratio frequentationis. Cogitat em̄ peccator. Ad quid confitebor: cras iterum cadam in huiusmodi. Tertium consideratio diuturnitatis in peccato. Cogitat enim: tam diu steti in hoc peccato ꝙ de illo nunq̄ misericordiam obtinebo.

§.V. DE REMEDIIS CONTRA DICTA IMPEDIMENTA.

Nota ſm Ray. & Hostien. contra pudorē est triplex remediū cōsideratiōis. Primū est cōsideratio rōnis naturalis. Si em̄ non erubuisti peccare: qd' malū & inhonestū est: non debes erubescere. i., ꝓpter ruborē dimittere cōfessionē pctōr.: qd' bonū & honestū est. Bern̄. O nimia insania hoim pudet ablui & nō pudet inquinari: abstergit caliga & contēnit aia. Sec'm est virtus diuine intuitionis. Ad Heb. iij. c. Oia nuda & apta sunt oculis ei⁹. Tertiū cōparatio futuræ cōfusionis. Nau. iij. Reuelabo pudenda tua in conspectu omniū nationū. Contra falsum timorem est etiā triplex remediū. Primū est per consideratione pœnę ꝑsentis paucitas: & ecōtrario in futuro pœnę multiplicitas. Pe. Multa flagella pctōris: qa ignis: sulphur: aspect⁹ dęmonū: tenebræ: vermis & alia. Secūdū est pœnę præsentis leuitas & ecōtrario futurę acerbitas. Iob. vj. Quis timet pruinā. i. pœnā temporalē irruere super eū nix. i. pœna futura grauior. Tertiū est pœnę ꝑsentis breuitas: & ecōuerso in futuro æternitas. Mat. xxv. Ite maledicti in ignē ęternū. Contra spem vanam est triplex remedium. Nam contra spem diu viuendi est illud qd' dicitur Iaco. iiij. Quæ est vita vestra: vapor ad modicum parens &c. & hmōi. Contra spem diuitias acquirendi est illud Iob. xxvij. Diues cū dormierit nihil secum auferet &c. Exemplum diuitis dicentis Anima mea habes multa bona &c. Lucæ. xij. Contra spem consequēdi est illud Eccl'i. v. c. Fili ne tardes conuerti ad dīm & ne differas &c. Et illud Hierony. Assidue peccantiū: necmiseretur deus. Contra desperationē de venia,

est triplex remediū. Nam cōtra desperationē ratione gratuitatis peccati est illud Iob.vj. Vtinā appenderentur peccata mea &c. passio enim christi est fortior ad dissoluendū q̄ quodcūq; peccatū ad obligandū. Cōtra desperationem ratione multitudinis peccatorū est illud Mat.xviij. Non dico tibi septies: sed vsq; septuagesiessepties. i. omnia peccata de pœ. di. iij. adhuc. Contra desperationē rōne diuturnitatis est illud. Ezech. xviij. In quacūq; die conuersus fuerit peccator: oīm; iniquitatū ei⁹ nō recordabor. de pœ. dist. vij. ep totū. Contra desperationē p̄seuerādi in bono sunt tria remedia. Primū est meditatio mortis vbi omnia ostendūtur vana. Eccl's. xj. Si multis annis vixerit homo &c. Secūdum est hostis debilitatio: quia debilis est hostis qui non vincit nisi volētē: immo; nec in porcos intrauit nisi p̄missus. Et istā libertatē ostendit Amb. xv. q. j. non est. Tertiū remedium est hoīs fortitudo q̄ prouenit ei ex quīq; Ex pcōr̄ remissiōe: ex lętitia spirituali: ex armatura spirituali: ex exercitio (al's exercitu) bonorum: ex eius protectione.

§.VI. DE PARTIBVS PENITENTIE.

Nota ſm Pe. de Pal'. q̄ pnia habet tria gña partiū. s. potentiales: essentiales: integrales. Primo quidem habet partes quasi potētiales: quarum cōditio est q̄ vna cōtinet alia & plus: sicut dicimus animā vt totū potētiale diuidi in suas partes potentiales: in vegetatiuū: sensitiuū: & intellectiuū. & sensitiuū continet in se vegetatiuū & plus: & intellectiuū vtrūq; & pl⁹ etiā. Et ſm has ptes accipit diuisio pniē data ab Aug. de pœ. dist. j. tres sunt actiões. s. q̄ est pnia ante baptismū: & hęc requirit contritionē. pnia post baptismū deuenialib⁹: & hęc p̄itionē & satisfactionē. pnia post baptismū de mortalib⁹ & hæc regrit cōtritionē & cōfessiōnē & satisfactionem. Sed'o pnia habet ptes subiectiuas quę rūdēr tori vniuersali sicut indiuidua sunt speciei partes: & harū cōditio est q̄ qlibet pars cōtinet totā naturā toti? &c. sicut Pe. & Marti. totā hoīs naturā. Et sic pnia ſm Ray. diuiditur in solennē: publicā & priuatā. Pœnitētia priuata est illa quę fit secreto cōfessori. eī de pœ. & re. c. ois. & vt dicit Alb. in. iiij. nō tenet hō pro q̄libet pctō manifesto: ꝓpter qđ scādalizauit alios pniam suā manifestare alij q̄ sacerdoti; sed q fecit scādalū ſn cōi tenet ad ostēdēdū bonū exēplū in cōi: qa eo ipso q̄ videt scādalizatus p malū op⁹ ei⁹ bonū exēplū vitę ei⁹: debet p̄sumere emendationē eius. Pœnitētia publica ſm Ray. proprie est q̄ fit in facie ecclesiæ: nō qđ cū obseruatione eoꝝ quę fiunt in solēni: sed cū iniungit peregrinatio p mundū cū baculo cubitali vel scapulari vel veste aliqua ad hoc cōsueta: & hanc pniam pōt imponere simplex sacerdos: & pōt etiā imponi clerico qñ crimē est publicū ſm Tho. in. iiij. & Ber. i glos. de pœ. & re. c. quę situ. licet Ray. & Host. cōtrariū dicāt. Item dicit Guil. Dur. q̄ pniam publicā sedes aplica nemini agēdā indicit: nisi vbi est curia. s. q̄ vadant se verberando p ecclesias certis diebꝰ. Pnia solēnis: qa ablata est de vsu eccl'iæ: ideo brevissime, ptranseo. Hęc scd'm Ray. imponit solū ab epō vl' de mādato eius: & solennis etiā recōciliatio ei⁹ reseruatur epō & imponitur p crimine enormi & vulgatissimo qđ cōmouet vrbē vl' villā. vt. xxvj. q. v. c. fi. nec debet iponi clerico nisi prius depōsito: quia ipsa inducit irregularitatem. vt dist. l. cōfirmandū. nec iterat hęc pœnitētia solennis: nisi cōsuetudo sit in cōtrariū. de pœni. dist. iij. reperiuntur. modus autē quo imponebatur habetur dist. l. in capite. & dum durabat hæc pœnitētia nō poterāt intrare ecclesiam: nisi a quīta feria in cœna dñi vsq; ad octauā Paschę. Tertio pœnitētia habet partes integrales. s. contritionem cōfessionē & satisfactionē: inquantum. s. pnia est sacramētū. Vnde Chryso. Perfecta pnia cogit peccatorē oīa liben ter sufferre: in corde, eī cōtritio: in ore cōfessio: in opere tota humilitas. s. satisfactionis. de pœ. dist. iij. perfecta pnia. Sed no. scd'm Pe. de pa. q̄ cōtritio dupliciter accipit. Vno mō ꝓprie p actu gratiæ informato: & sic nō est pars sacramenti sed res sacri vel prim⁹ effect⁹ eius vt habiti in facto vel suscepti. Sed'o mō accipit p actu liberi arbitrij dolētis de pctō qui nō pōt dici res: cum nō sit effectus eius: sed est primū principiū eius: & sic est pars sacri: prout exterius signatur actu vel habitu. Et figurata est pnia p triduū quo christus perditus requisitus inuentus est. Luc. ij. & per triduū. & de quo Exo. iij. Viam trium dierū ibimus in solitudine &c. & triduū mortis christi.

¶ De contritione & necessitate eius: & qualitate: quantitate: & causalitate eius. Cap̄. XVIII.

DE CONTRITIONE SCIEN

Contritio diffinitur.

dū est q̄ sic diffinit magist raliter. Cōtritio est dolor pro peccatis volūtarie assumpt⁹ cū ꝓposito cōfitendi & satisfaciēdi. Et dicit Pe. de pal'. dist. xvj. in. iiij. q̄ hoc ꝓpositū cōfitendi & satisfaciendi requirit in mortali: qa quātū ad veniale nō regritur ꝓpositū cōfitendi: nisi tm̄ per accidēs ratione p̄cepti ecclesiastici: nec etiā ꝓpositū satisfaciendi. Sed q hic nō vult satisfare ꝓ mortali nō videt esse i statu salutis. Et nota scd'm Pe. de pal'. post Tho. q̄ cū ad verā cōtritionē concurrunt ista quatuor quæ regrit iustificatio impij. Primo infusio gratię. Secundo mot⁹ liberi arbitrij in peccatū detestādo. Tertio motus liberi arbitrij in deū diligendo sup oīa. Quarto remissio culpæ. q̄ simul tpe & in instāti in vno sunt: vnū tamē p̄cedit alterū ordine naturæ & intellect⁹: & scd'm ordinem positū & in motu liberi arbitrij 'ad destrūcdū pctm̄ icludit ꝓpositū cōfitēdi & satisfaciēdi. Hic notaſscd'm Pe. illa quatuor quę cōcurrunt ad iustificationē impij: quę notātur in illo versu. Cōmouisti die terrā. i. peccatorē: & hoc p infusionē gratię: & cōturbasti eā p motū doloris de pctō sana cōtritiones ei⁹. s. dādo remissionē culpæ: qa cōmota est. i. simul & totaliter mota a te diligēdo sup oīa. Secūdū Pe. in. iiij. sicut in naturalibus dr̄ durū id qđ resistit tactui vt lapis: molle quidē cędit vt caro & cæra: frangi aūt & ateri quādo in grossas ptes diuidit: cōteri q̄n in minutissimas & quasi in puluerē. Sic ſpūaliter cor dr̄ durū qđ nō q̄ dit diuinę inspiratiōi quasi digito ſpūssancti se tāgēti sed resistit: molle cū cędit & assentit. Ezech. xxvj. Auferā a vobis cor lapideū: & dabo vobis cor carneū. Frāgi ꝙo cū attritur per grossam & imperfectā displicentiā pctī. Scindite corda vestra. Cōteri ꝙo cū pctm̄ scd'm omnē sui ptē displicet. & pfecte & totaliter resiliēs a pctō. Pś. l. Cor cōtritū & humiliatū deus nō despicies. Et ex his patet differētia inter cōtritionē & attritionē dupliciter. Vno mō ex pte liberi arbitrij: qa dolor imperfectus dr̄ attritio: & dolor pfectus dr̄ cōtritio. Sed'o ex pte dei: qa dolor gratia informat⁹ est cōtritio quātūcūq; sit modicus dolor: qui nō est gratia informat⁹ nō pōt dici cōtritio sed attritio. Nā dolor, desperationis est maior dolore cōtritiōis: & tm̄ nō est cōtritio. Et dolor de pctō prout est vn⁹ act⁹ numero: sic non pōt attritio fieri ~~sed~~ cōtritio: sed prout est vn⁹ act⁹ scd'm speciē sic attritio pōt fieri ꝓritio: sicut ex mane fit meridies: & vnum est dispositio ad aliud: sicut in naturalibus ꝓcedit de imperfecto ad perfectū. Q̄uis autē per cōtritionē solā habeatur remissio peccati: nihil ominus tamē tenetur post modū cōfiteri tēpore suo & satisfacere: & hoc scd'm Tho. tū ratiōe dubij: qa certꝰ nō est si est cōtritus: tum etiā rōne præcepti de cōfessione facti. Si aūt hoc omittit facere tpe debito: pctā quidē iā dimissa nō redeūt. sed scd'm Hug. tūc peccat mortaliter illud omittendo. de pœ. dist. j. magna. Obiectū aūt. i. materia circa quā est dolor cōtritiōis: scd'm Pe. de pa. post Tho. est malū non naturæ nec pœnę: cum cōritio agat in peccatū ad destrūcdū ipsum: sed malū culpæ nō quidē originalis: sed actualis contra quod est. Est etiam malum culpæ propriū non alienum: q̄uis eī quis debeat de peccato proximi dolere: non tamē est ille dolor cōtritio. Est & malum præteritum seu omissum nō futurum: quia de futuro est cautela nō dolor: & de venialib⁹ sufficit dolor in generali: q̄uis & vtilior sit etiam in particulari. Sed de mortalibus in particulari si recordatur: & ad recordandum debet adhibere studium & conatum. Si est oblitus in generali & in particulari doleat de negligentia sua ad pœnitendū ꝓpter quam est oblitus.

Ad veram cōtritionē currunt quatuor.

Iohelis iij.

Diffia cōtritiōis & attritionis.

§.I. DE NECESSITATE CONTRITIO

nis. Sciendū scd'm Pe. in. iiij. q̄ de omni pctō actuali mortali necessario requirit cōtritio. Ratio est: quia in oī peccato mortali est actualis auersio volūtatis a deo ad pctm̄: & ideo cū cōtraria cōtrariꝭ curētur: oportet q̄ in oī remissione pctī mortalis sit actualis auersio a pctō ad deū: hęc autē auersio appellat contritio. Duritia em̄ volūtatis manētis i pctō nō tollit: nisi p volūtatis fractionē oīmodā q̄ appellat ꝓritio. Cōcor. Ray. de reg. iur. in. c. venia. lib. vj. vbi cī venia nō dat nisi correcto. & de pœ. di. j. neminē. Sed nota ſm Pe. q̄

ſm Pe. q̄ licet de peccatis oblitis: de quibus quis post conatū debitū ad recordandū nō recolit specialr̄ sufficiat generalis cōtritio: tm̄ de peccatis quoꝝ memoriā habet regrit tur specialis ꝓritio de singulis si tps habet q̄ possit de singulis dolere spāliter: sed si tps non habet: qa de⁹ nō regrit ab hoīe nisi quod pōt: & in momēto pōt homo ouerti: sed non potest in momēto de singulis cōteri: ideo sufficit tūc vna generalis contritio. Tho. aūt dicit q̄ quantū ad principium contritionis. s. cum quis cogitat de peccatis suis & dolet: & si nō dolore cōtritionis saltem dolore attritionis: sic oportet q̄ de singulis pctis q̄ habet in memoria conteratur: sed quantū ad eum dolore qui est iā gratia informatus: sic sufficit q̄ sit vna cōmunis cōritio de omnibus: tūc em̄ ille motus agit in virtute omniū præcedentiū dispositiōnū. & qđ dicit Aug. de pœ. di. iij. oportet pœnitē tem simul dolere de omni crimine. dicit Petrus q̄ hęc contritio generalis est dispositio immediata ad gratiā. Nā dolere de vno sine alio non sufficit ad salutem.

§.II. QVANDO TENEATVR QVIS

ad cōtritionē. Dicit Pe. de pa. q̄ tota vita ista est tps cōritionis quo ad habitū: sic. l. q̄ hō semp debet esse prōpt⁹ ad dolēdū de oī mortali si ipsum cōmitteret: nisi al's dol uisset immo dicunt aliq̄ q̄uoties recolit de mortali tenet dolere & cōteri: qđ est durū & videt falsum: qa p̄ceptū affirmatiū nō obligat ad semp: & si semp: vnde licet siue recolat pctm̄ siue nō recolat semp teneat ad hoc nō sibi cōplacere in pctō: nō tm̄ tenet actu odire pctm̄: sicut nō tenet deum actu diligere quoties de deo recolit: alioqn nullus posset iudicare de deo speculatiue qn peccaret mortaliter: qa nō pōt diligere deū nisi cogitet de deo practice: vnde pōt dici q̄ est verū debito cōgruitatis non necessitatis. Vel si intelligat de debito necessitatis dicēdū q̄ sicut p̄ceptū. de charitate quātū ad actū interiorē videt magis ligare q̄ affirmatiua q̄ obligāt in tpe necessitatis solū. Istud aūt qñcūq; eius materia occurrerit practice non speculatiue: vt cum. s. considerat deus vt diligēdus vel non diligendus tenetur iudicare vt diligendus & diligere. Sic & pctm̄ commissum si mēti occurrit practice: vt. s. materia delectationis vl' detestationis: tenet homo iudicare detestandū & detestari. Hęc Pe. de pctis quidem cōmissis de quibus iā quis habuit vel credit se habuisse cōritionē videt sufficere qđ dictū est. Sed quantū ad peccata mortalia de quibus nōdū quis habuit cōritionē videtur q̄ semp teneatur qñ pctm̄ mēti occurrit ad actū odiendū & detestandū pctm̄: al's peccat mortaliter pctō ōmissionis: quousq; cōteratur. Dicit em̄ Tho. Pe. Boñ. & Durā. q̄ post mortale peccatum & si nō tenetur quis ad statim cōritendū: tenetur tamē ex necessitate ad statim cōterendū: nec em̄ p momentū licet stare in peccato. Vñ Eccl'i. xxj. dr̄. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Imminet em̄ tali maximū periculū: cum em̄ nulla necessitas excuset a contritione: si moriatur ante contritionem etiam si non potuit conteri: quia subito moritur: nihil ominꝰ dānatur: quod non sic est de confessione.

§.III. DE QVALITATE CONTRI

tionis. No. ſm Pe. in. iiij. q̄ duplex est dolor contritionis. s. ītellectualis q est displicētia & detestatio volūtatis de peccato: & sensibilie q est quędā afflictio insensitiua & tristitia cōstringēs cor & alterizans. Primꝰ semp requirit de necessitate: & est sufficiens ad delendū culpā cū dei gratia. Ratio est: qa ſm Chryso. Vnūquodq; p quascūq causas ꝓtrahitur p easdē dissoluit. de reg. iu. ois res. Sed pctm̄ mortale sufficiēter cōmittit volūtate seu per actū volūtatis. de pœ. di. j. si cui. ergo & sufficiēter per actū voluntatis cum adiutorio diuinę gratiæ destrui pōt ipm̄ detestādo: & displicentiā de cōmisso habēdo voluntate deliberata. Secūdus dolor. s. sensibilis nō requirit de necessitate ad cōtritionē habendā & remissionē consequēdam Et ratio est. qa deus non requirit ab hoīe impossibile: sed possibile. Sed habere istū dolorem sensibilem non est in potestate hoīs etiam pręsuppositā in eo gr̄a: sed bene prim⁹ cum adiutorio gratiæ: vnde nō requiritur dolor sensibilis de necessitate: sed de cōgruitate: sufficit enim si mens sit flebilis etiam si actu flere non possit: vt dicit Amb. & est vtilis ad remissionem. Et iste dolor cōiter inducit lachrymas exteriores: & de quibus Aug. de pœ. dist. j. c. quē pœniter. Sciat se culpabiliter reum qui dēflet dāna amici vl' tēporis. i. tpalia: & nō deflet pctā: qđ intelligit ſm Tho. quādo hoc accidit ex insufficiētia vel paruitate doloris de pctis: secus si hoc ꝓuenit ex dutitia cōplexionis vel ex magnitudine doloris vel intētione humiliationis: qa. s. nō vult a ba alijs videri: cū. s. est in cō spectu aliorū: quia tunc nō est reus. Pe de pa. etiam dicit q̄ velle cōteri est cōteri: qđ intelligitur de voluntate efficaci: votū em̄ pro opere reputatur. de pœ. dist. j. magna.

§.IIII. DE QVANTITATE CONTRI

est ꝙ sit voluntaria seu libēs. Nō em debet qs confiteri timore: ne videlicet arceat' ab ingressu eccl'ię & hmōi: sicut pueri timore ꝙ berū: als nō facturi: ga modicū vl' nihil iuuaret: sicut ēt nō valeret ad remissionē culpę: ꝙ qs ꝓfiteret principal' timore pœnæ ifernalis. Oportet em vt ait Aug. nō solū timere deū iudicē: sed etiā anxiari ꝙ gl'ia. de pœni. di. vij. c. fi. & ꝓpter hoc a doc. ponit' dubia pnia i extremis: sic aūt principal' ꝓpter deū & obedientiā dei & eccl'iæ secūdario & ꝓpter timorem pœnarū valet. Et q̄uis vt dictū est: cū qs nō ꝓfiteret ꝓtīm nisi interrogat' ꝓpter verecūdiā ficta sit cōfessio: nihilomin' debet cōfessor interrogare: vt dicit Aug. de pœ. di. vj. c. j. de his q̄ ex se ille non dicit: timo & q̄ ꝑdit illū velle occultare: & quadā discreta cautela de ore ei? educere: necessaria tñ. Dicit etiā Pe. de pa. in. iiij. ꝙ si cōfessor scit vel ꝓbabil' credat ꝙ ille nō recolit aliq ꝓtā: ga non sufficienter discussit cōscientiā: vel si recolit errādo nō credit illud eē mortale: debet illd' ad memoriā reducere: vel sciētiā de illo facere: aliogn scīēter indignū absoluerer. Sed si cōfessor dubitaret vtrū illud de quo nō pœniter ali? eēt mortale: & ille diceret ꝙ de cōsilio petrū illud faceret de qb? exvita & ꝓscientia, ꝓbabile ē ꝙ nō cōsulerēt nisi hñ: pōt se ille ogn iudicio cōformare. Secus aūt si esset certē de oppōito. Hæc ille. Si cōfessor audit duos: & vn? dicit se peccasse cū illo alio: ille aūt cū ꝓfitet ꝙ nō dicit: etsi in gñali posset facerdos interrogare vtrū aliud cōmisserit ꝓtīm: nō tñ debet dicere ꝙ ille ali? cōfessus est: nisi pri? sup hoc habuisset licētiā ab illo: ꝙ si habita licētia hoc dicēdo ille negat: nō debet magis vni credere q̄ alteri: vñ ꝓpter hoc nō debet negare absolutionē. Idem si plures circūstantias dicit vnus ꝙ alter negat & necessarias confiteri.

§. XVI. QVARTADECIMA EST

ꝙ sit fidelis. i. fiat in fide eccl'ię: & vterq;. s. tā pœnitēs q̄ sacerdos sit ver? fidelis nō hæretic?: & ꝙ ea fide fiat vt ꝑpet inde cōsequi veniā ꝓtōr. vñ Amb. Nemo pōt digne agere pniam nisi q̄ sperauerit veniā. de pœ. di. j. nemo. Vñ cū q̄rit vtrū liceat cōfiteri hęretico vel schismatico vel excōicato etiā in casu necessitatis? Rn. Tho. Ray. & Host. ꝙ nō: sed talis doleat de ꝓtis & ꝙ tm distulit ꝓfessionē & sufficit sibi: hoc ēt videt' dicere Aug. de pœ. di. vj. c. j. ꝙ si tali scīēter quis cōfiteat' peccat mortal' cōicando ei in diuinis: & tenet' iterū ꝓfiteri etiā ꝑm illos qui dicunt ꝙ ficte cōfitens nō tenet' iterū ꝓfiteri: ga verū est de fictione ꝑ subtractionē necessarij quæ est i attrito nō ꝑ positionē ꝓtrarij qđ' impedit ꝓtātem absolutēs: non tm habilitatē recipiētis ꝑm Pe. de pa. Dicit tñ idem Pe. in. iiij. di. xxv. in fi. j. q. ꝙ in articulo mortis si qs cōfiteret hæretico nesciēs ipm esse hæreticū: certū ꝙ recipit verā absolutionē: nec est necesse cōuale scenti iterū cōfiteri: sed si sciat ipm hæreticū & in nullo hę resi sue velit assentire: sed sacrm necessitatis recipere cū detestatiōe sue hæresis: videt' etiā vera absolutio: nā & de manu hæretici licet baptismū recipere q̄re non etiā pniam cū & ipsa sit sacrm necessitatis: & ibi aliqñ fiat hō de attrito cōtrit?. Hæc Pe. qđ tñ non esset faciendū nisi pœnitēs eēt intelligēs & fortis in fide, ꝓpter periculum erroris.

§. XVII. DECIMAQVINTA EST

ꝙ sit secreta. Nō em publice sed secreto ꝙ nō videatur ab alijs debet qs ꝓfiteri sacerdoti. Qđ si qs aduertēter fiaret ad audiendū cōfessionē alteri? grauiter peccaret: & confessor etiā debet ꝑm Pe. de pa. secreto inīūgere pniam ne ab alijs audiat'. Pœnitēs sicut liber est si vult ꝓtā q̄ cōfessus est dicere alteri: ita liber est ad dicendū alijs pniam sibi impositā: nisi forte ex hoc alij sumerēt scandalū. In nullo tñ casu etiā extremæ necessitatis est in ꝑcepto cōfiteri laico: cū nō habeat claues. ꝑm Pe. Guil'. & Pe. de pa. sed est de consilio. ar. de pœ. di. j. sufficit. & cōfitendo laico teneꝝ iterū confiteri sacerdoti cū oīb? illis culpis cū pōt. Qđ ergo dicit Aug. de pœ. di. j. c. fi. tanta est vis cōfessionis ꝙ si deest confessor confiteat', ꝙximo: cōsiliū est & bonū. Et in tali articulo necessitatis quilibet sacerdos nō præcisius pōt absoluere a q̄libet snia & a quolibet ꝓtō. Et si habuisset casus eorū tm eis reseruatos: nō tenet' si euadit periculum de illis iterū cōfiteri ei, si. q. ui poterat ordinarie absoluere ꝑm Pe. de pa. sed quo ad excōicationē oportet ꝙ vadat ad illū qui potest absoluere eum ex casum necessitatis: als reincidit. Sed & postq̄ qs semel absolutus etiā extra casum necessitatis in casibus reseruatis ab eo q̄ poterat etiā si confessio fuisset ficta: si iterū & pluries vult confiteri de eisdē casib? reseruatis pōt absolui a quocūq; etiā si nō haberet ꝓtātem absoluēdi in illis ꝑm Pe. de pa. tm ꝑm Tho. recidiuās dirēcte nō tenet' iterum confiteri ꝓtā dimissa seu rite confessa: nec in gñali nec in spāli cuicūq; ꝓfiteat': sed indirecte sicut illud sine quo non pōt sciri debit? satisfaciēdi mod?. Quātum ergo sufficit ad hoc ꝙ sciat quæ satisfactio ei congrue possit imponi: tm recidiuās teneꝝ notificare ꝓtā dimissa: vt si frequēter lapſ' est in lapsum carnis ex aliqua occasione: illa occasio ꝑ satisfactionem ꝑcidatur: & similiter de alijs peccatis. Et ad hoc sufficere videtur confessio dimissorum in gñali: tñ q̄ñ ad alia specialia oportet descendere ꝑm ꝙ confitens viderit oportunum: non enim potest in his aliqua certa mensura prefigi.

§. XVIII. DECIMASEXTA CONDITIO

cōfessionis est ꝙ sit confitens parat? obedire cōfessori in his q̄ sibi imponentur, vñ Aug. Ponat se in ꝑte iudicis i iudicio sacerdotis nil sui reseruās sibi: vt oīa faciat eo iubēte, ꝙ recuperāda aię vita: quæcūq; faceret ꝙ euitanda corpis morte: & hoc cū gaudio: ga vitā recuperat infinitā de pœ. di. v. c. j. & ga cōfessio est q̄ddā iudiciū ꝓnale: vbi pœnitēs est reus & cōfessor est iudex: & quasi snia dat' ab soluēdo & ligādo ad certā pniam: ga nullus pōt esse iudex alteri? nisi hēat autoritatem sup eū: ideo null? potest alteri confiteri q̄ ꝓprio sacerdoti. Vñ & Decre. oīs, dicit ꝙ cōfiteat' ꝓprio sacerdoti: ꝓpter qđ' si qs cōfiteret' ei q non de iure tenet' būficiū: puta ga est intrusus: vel ꝑ simoniā adeptus. dicit Host. ꝙ cū talis nō possit soluere vel ligare decipit' alias: & sic confessus tenet' iterū confiteri. Et quātū ad alium qui sciēter accessit ad talem: sciens. s. ipm sic impedi tum oīno est verū. Sed Inno. dicit idem eē si ignorauit: ga tenet' iterū cōfiteri cū postea audit illū fuisse impeditū: interim excusatur: sed Pe. de pa. videt' dicere ꝙ ignorans absoluitur: ita ꝙ non tenet' iterum confiteri: vt dictum est. s. §. j. Sed no. vt dicit Host. & Pe. de pal'. ꝙ glibet habet tres ꝓprios sacerdotes ordinarie. Prim? est papa quo ad oēs fideles. Secūdus est diocesanus quo ad eos q̄ sunt de sua diocesi. Terti? est curat? seu sacerdos parochialis quo ad suos parochianos. Per commissionem autem fit proprius sacerdos alterius qui habet licentiam ab aliquo p̄dictorum: sive habeat licentiā ille q̄ confitetur siue qui audit: sed sacerdos parochialis non pōt dare licentiam hanc: nisi quo ad suos parochianos. Eps quo ad eos qui sunt de domicilio suę diocesis. Papa quo ad oēs. Sed in articulo mortis rōne necessitatis quilibet sacerdos non præcisius ab ecclesia reputatur proprius sacerdos vt possit quēlibet audire autoritate iuris. de offi. ordina. c. pastoralis, immo videt' hoc ēt de præciso. vt dictū est. s. §. Et ga mēdicātes ex priuilegio habent ꝙ possint audire postq̄ fuerint diocesanis præsentati hoīes tm illi? diocesis vbi morant': ideo & ipi etiam reputāt' proprij sacerdotes quo ad confiteri sibi volētes. De hoc pleni?. j. tit. xvij. c. viij. de confessoribus.

§. XIX. QVAMVIS AVTEM DICANT

Host. & Guil'. ꝙ cū est de more alicui? ecclesiæ: vt vn? sacerdos audiat alium sacerdotē & absoluat: & eps hoc sciēs fieri cōmuniter tolerat: pōt fieri: ga eo ipso ꝓsumit' tacite approbare & licētiā dare. Non videt' ista opi. multū tuta: quia postea declaratum est ꝑ nouum ius, eē de pœni. & re. si eps. lib. vj. ꝙ nulla cōsuetudine pōt introduci ꝙ aliquis ꝓter superioris sui licētiā possit sibi eligere cōfessorē qui eum possit soluere vel ligare. Et nota ꝑm Tho. in quodli. .q. v. ar, iij. ꝙ sacerdos parochialis debet credere parochianis

ho suo dicẽti sibi se alteri fore ꝓfessũ vt ei det eucharistiã: ga in foro pniali credit vnicuiq; pro se & cõtra se: sed si pa rochian⁹ haberet impedimentũ ꝙ pertineret ad forũ iudi ciale vt excõicationis: nõ teneꝫ credere quẽ excõicatũ no uit: nisi cõsteret ei de absolutiõe. Idem Pe. de pal. addens qđ dicet: ga expedit ꝙ cõfessi alteri saltẽ debent dare aliqđ in signũ curatis de sua cõfessione: vel ꝙ petãt nomẽ illius: vel ꝙ scribãt: & hmõi signũ primũ: ga põt eẽ materia derisio nis sacramẽti: als esset retrahere plures a cõfessione q sunt verecũdi: qui ideo ad extraneos vadũt: ga nolũt a suis co gnosci: & eis bescũt suis curatis cõfiteri & eis sciẽtibus ad alios ire. Pniam aũt seu satisfactionẽ q̃ sibi imponiꝫ a cõ fessore facere debet: nã si ex negligẽtia omittit cũ proposi to nõ satisfaciẽdi id qđ sibi ẽ iniũctũ ꝓ mortalib⁹ mortal'r peccat: & si ei⁹ est oblit⁹ teneꝫ iterũ cõfiteri: sed si ei⁹ recor dat adhuc si vult eã facere: nõ teneꝫ iterũ cõfiteri. Sed si nõ videt sibi posse facere vel nimis difficile: ꝓpter qđ petit si bi cõmutari: põt fieri etiã si alteri cõfiteaꝫ q̃ ei q eã impo suit: nec teneꝫ ꝓpter hoc iterũ cõfiteri illa ꝑtã vt dicit Pe. de pa. qđ videt intelligẽdũ si pnia fuit data ꝙ pctis: a qb⁹ iste absoluere potuisset. Nã data ꝙ casibus reseruatis: ꝑm Guil⁹ nõ posset cõmutare nisi in casu necessitatis: puta ga impletio illi⁹ pnię posset illi esse periculosa vl' cã infirmi tatis vl' ruinę spũalis: & ipe pœnitẽs nõ ꝓmode posset hre recursum ad illũ q primo iniũxit: tũc em ꝑsumẽdũ ẽ ꝙ eẽt cõtent⁹ de hmõi ꝓmutatiõe pniæ. Non aũt leuiter & sine cã ꝑm Ray. sunt ꝓmutãdę pniæ sibi ipositę. Vñ si pœnitẽs dubitat nõ posse implere: debet declarare ꝓfessori: & ꝓfes sor debet iniũgere talẽ quã credat eũ seruaturũ. Triplr aũt cõfessor imponit pœnitẽti aliqd. Vno mõ ꝓ modũ cõsilij & exhortationis: sicut cũ admoneteũ vt quotidie oret: det indigẽtibus eleemosynas &c. & ad ista nõ teneꝫ ex necessi tate. Alio mõ ꝓ modũ declarationis cõis obligatiõis: sicut declarãdo ꝙ restituat ablata: cõicet in pascha: satisfaciat lę so & ista si nõ obseruat euacuat sibi fructũ factę ꝓfessionis: nõ tñ ꝓpter hoc teneꝫ iterũ cõfiteri: nec cõmittit pctm in obedientiæ spãle nõ obediẽdo sacerdoti. Tertio mõ ꝓ spãlẽ satisfactionẽ ꝓ ꝓmissionem: & ad ista teneꝫ ex ꝓcepto: al's est transgressor & cõmittit speciale pctm inobediẽniæ. Si tñ iniũgeret sacerdos alicui ꝙ intraret religionẽ vel nõ cõ traheret & hmõi: nõ teneꝫ eã acceptare. Sed si spõte se obli garet ad hoc teneretꝫ nõ rõne pniæ fed suæ ꝓmissionis. Qđ si sacerdos credit vel dubitat ꝙ ꝓfitẽs nõ aget pniam: vel illud ad qđ al's teneꝫ: vt restituere & hmõi. Dicit Guil⁹ ꝙ non debet ꝓpter hoc cõfessor exigere ꝓmissionẽ vel votũ vel iuramẽtũ: sed sufficit si dicat se habere ꝓpositũ faciẽdi: & sic debet absoluere simpl'r & sine cõditione: facta tñ ꝓte statione si suspectus habeꝫ: ꝙ si nõ faciet illud: euacuabit sibi fructum cõfessiõis. Hæc Guil⁹. Sed ga multi decipiunt seipsos in oi cõfessiõe ꝓmittẽtes restituere & hmõi: & sp differunt postcꝫ cõfessor perpẽdit tales pluries hoc fecisse: forte esset bona cautela talibus dicere ꝙ prius restituant: & postea veniant ad cõfessionẽ seu ꝓ absolutiõe: vel assi gnare eis aliquod congruum tps infra qđ illud debent ex pedire. De cõfessore ordinario vniuscuiusq; & de mõ iniũ gendi pnias: & mõ interrogãdi: & de casib⁹ reseruatis epi scopis: & de cõmissiõe audientiæ cõfessionis: & de sigillo confessionis: & aliis multis habes, j. titu. xvij. de ꝓfessorib⁹.

¶ De satisfactione & operibus eius. Capm. XX.

SEQVITVR DE SATISFACTIO ne. Dicit Aug. ꝙ satisfactio est pctõr: causas ex cidere: & earum suggestionibus additũ non in dulgere. de pœ. di. iij. c. satisfactio. Ansel. aũt sic diffinit satisfacere est honorem deo debitum reddere. Istas diffinitiões exponens Petrus sic dicit. Satisfactio curat pec cata præterita recompensando & ꝑseruata futuris cauen do: & ideo ꝓ actum primum diffinitur ab Ansel. cum dicit reddere honorem deo debitũ. s. qđ ꝓ pctm ablatũ fuerat. Sed ꝓ actum secm diffinitur ab Aug. s. causas excidere &c. ꝙ fit ꝑseruatio a futuris. Et vocat cãs intrinsecas radices ex pctõ relictas: suggestiones vocat oportunitates extrin secas: vt tps & locum. Et nota ꝑm Pe. de pa. in. iiij. dist. xv. Cum satisfactio sit actus iustitiæ: & ideo æqualitas q̃dam reqratur inter offensam & opus satisfactionis: ga iustitia consistit in quadam equalitate: hõ ꝑm se nõ possit deo sa tisfacere de offensa cũ sit infinita: & opus eius finitũ. Qđ ergo possit satisfacere: prima possibilitas est ex gra gratũ facięte q̃ est valoris infiniti: & reddit op⁹ ei⁹ deo accꝫptũ. Secda est ex merito passionis christi: ga licet humanitas ei⁹ non posset deo reddere æquualẽs: tñ supposito qđ est de⁹ potuit: al's ꝙ alio satisfacere non potuisset si se totum de buisset. Fit aũt satisfactio ꝙ opera pœnalia: ga ꝑm Pet. fit ꝙ hmõi absolutio emẽdę debitę ꝙ offensa ꝑterita & ꝑser uatio a futura. Et ꝑm Ray. tria sunt gña operum satisfactio nis: oia alia ad ista reducunt. s. eleemosina: oro: ieiunium: vigiliæ: disciplinæ: peregrinationes & alia corpus affligẽ tia reducũt ad ieiunium. Misericordiæ aũt opa spũalia ad oro nẽ. Misericordiæ opa corporalia ad eleemosynã. Elee mosyna est contra auaritiam: oratio contra superbiam: ieiu niũ ꝙ luxuriam. Et ꝙ eleemosinã ordinaꝫ hõ ad ꝓximũ: ꝙ oro nem ad deum: ꝙ ieiuniũ in seipso: ꝙ eleemosynã satisfa cit deo de bonis tpalibus: ꝙ oro nem de bonis aiæ interna libus: ꝙ ieiunium de bonis corporis. Sed nota bñ qđ dicit Pe. de pa. ꝙ illa opa pœnalia ad quę quis teneꝫ ex debito: vt. s. ieiunia eccl'się: eleemosynę factæ ex ꝓcepto: puta cũ quis dat eleemosynã indigẽti in extrema necessitate & de supfluo: de se non sunt satisfactoria: qa tũc dare tenet: & si non daret mortal'r peccaret. Vnde quasi non est suum qđ dat cum ad id teneꝫ. Cũ ergo peccator ad satisfaciendum te neaꝫ ad aliqd ad qđ teneꝫ qui non peccauit nunq; satisfa cit de illo ad qđ etiã nõ peccans teneꝫ. Et qñ confessor iniũ git oia bona q̃ faciet pœnitẽs &c. intelligit q̃ gratis spon te & non ex debito: als si iniũcti sunt. xl. dies ieiunij acqta ret se cum ieiunaret in. xl. ad quã al's tenetur: qđ nullus di cit: sed qñ eleemosyna est in ꝓcepto nõ simpl'r & absolute sed ꝓ hoc ipm vt ꝙ eã satisfaciat: vt qñ sacerdos iniũgit da re eleemosynas pauperi: tũc eleemosyna ẽ satisfactoria: & etiã si ex se dat eleemosynã in eo casu cũ est sibi in consilio nõ i ꝓcepto: vt cũ dat nõ extremã necessitatẽ patiẽti: nec ha bet supflua. Et ex hoc apparet aliquid esse meritorium qđ non est satisfactoriũ: sicut impletio cuiuslibet ꝓcepti cha ritate formata: ga omnis actus virtutis charitate informa tus est meritorius: præcepta aũt dantur de actibus virtutũ: ideo &c. non aũt iste est actus satisfactorius: si al's debebaꝫ ga aliud est facere dignos fructus: aliud est facere dignos fructus pniæ. E contrario aũt oĩs actus satisfactorius meri tori⁹: ga est bonus & charitate informat⁹: ga satisfactio ad dit rõnẽ pœnę supra rõnẽ boni: accipiendo pœnale qcqd est priuatio alicuius boni: cuius placeat voluntati. Hæc Pe. de pa. Qđ dicit Pe. opa bona ad quæ quis teneꝫ ex debito præceptι non esse satisfactoria: de præceptis ecl'ię nõ videt verum: nã dicit Tho. in. iiij. di. xv. ꝙ ꝓceptum eccl'iæ põt ad idẽ ordinari ad qđ ordinaꝫ satisfactio: & ideo ieiuniũ quod cadit sub præcepto põt esse satisfactoriũ. Hęc Tho. Non tñ ꝙ ita ieiunia eccl'iæ pœnitens cõputare possit in numero eorum quę sibi iniũgũtur a sacerdote in pnia: ga de per se teneꝫ ad illa: sed de præceptis legis naturę. Et huic sniæ videt concordare Tho. dicens: ꝙ quod cadit sub præ cepto legis naturę non est satisfactoriũ: sed exigitur ad sa tisfactionẽ. Vnde dicit ipe illarum eleemosynarũ ad quas quis teneꝫ ex debito: puta cũ videret pauperẽ in extrema necessitate: illarum largitio non est satisfactoria: sed ꝑ ambulum ad satisfactionem: & hoc est verum ꝑm rigorẽ iusti tię. Nam ex largitate diuinę miæ etiã talia ad quæ quis te neꝫ ex debito sunt satisfactoria ꝑm opi. quorũdam quã po nit Tho. in. iiij. & frater Egidius Romanus: nec eam repro bant: hanc etiam sequi videt Rich. or. mi. in. iiij. sen. Flagel la: quibus a dño flagellamur ꝑm Tho. si fiant aliquo mõ ipsi⁹ patiẽtis inquãtũ. s. ea accꝫptat ad purgationẽ pctõrũ: e⁹ vtcs patiẽter accipiũt virtutẽ satisfactionis. Si aũt susti nens ea oĩno eis ꝓ impartiẽtiam dissentiat: habẽt solũ vim vindicationis & nõ satisfactionis. Restitutio aũt alieni ꝑm Tho. est pars satisfactionis eius sicut ꝑ ambulum eius: & si cut id sine quo non valeret al's satisfactio: sed non est ita pars ꝙ per ipsam hõ satisfaciat soluendo de pœna debita peccatis. Rich. dicit ꝙ restitutio sit pars satisfactiõis: vt di cũt quidã: & hoc magis ex dei mia cꝫ ex iustitia.

§. I. SATISFACTIO FIERI NON PO

test ꝙ opa extra charitatẽ facta ꝑm Tho. & Pe. quia satisfa ctio est amotio offẽsę: & restitutio amicitię. Hæc aũt fieri nõ pũt sine gra & charitate. Vñ. s. Cor. xiij. dr. Si distribue ro oĩs facultates meas &c. charitatem aũt non habeã nihil mihi

mihi ꝓdest. s. ad meritũ & satisfactionẽ. Talia em opa nõ sunt deo accꝫpta. Et licet hõ non habeat certitudinẽ ꝙ sit in charitate: & ꝙ ꝑns cert⁹ eẽ nõ possit de satisfactiõe: sufficit tñ certitudo ꝓbabilis cõiecturę. Item ꝑm Tho. nõ põt quis satisfacere de mortalib⁹ nisi pœniteat oĩm: ga satisfa Satisfactio quã fieri pt & qñ non. ctio: vt dictum est: est amotio offensæ: & restitutio amici tię. Vñ si aliqd sit in hoie qđ impediat restitutionẽ amici tiæ etiã apud hoies nõ est satisfactio. Quodlibet aũt mor tale impedit amicitiã hoĩs ad deũ ꝙ ꝓ charitatẽ est. Vñ est ꝓ possibile ꝙ satisfactio fiat de vno mortali sine alio sicut si quis peteret veniam dño lęso: & exinde daret ei alapam: ꝑm Ansel. Veniale aũt ꝑm Pe. de Pa. non impedit directe satisfactionem nec de mortali nec de aliꝫ venialib⁹: ga ve niale non tollit dei acceptionẽ, ꝑpter personę indignitatẽ: sed idirecte veniale tollit satisfactionẽ ex parte operis ope rati: sicut & mortale tollẽdo. s. bonitatem actus: puta si fiat oro & eleemosyna & hmõi in statu gręe: sed ꝑpter vanã gloriã talis actus nec est meritori⁹ nec satisfactorius. Vtrũ aũt vnus possit pro alio satisfacere: Rñ. Pe. ꝙ cum sit du An vn⁹ possit ꝓ alio satisfacere. plex effectus satisfactionis vn⁹ solutio debiti pctõrũ cum missorũ: alius excisio causarũ pctõr: futurorꝫ. Quantũ ad qđ m effectũ nõ põt vn⁹ satisfacere ꝓ alio: qa ꝓ ieiunium vni⁹ nõ materiaꝫ & refrenaꝫ caro alteri⁹. Quãtũ ad primũ effectũ distinguẽdũ: qa si quis est ꝓ se impotẽs satisfacere: tunc alius qui est in charitate põt satisfacere sicut & cõsite ri pro eo. Si ꝟo est potẽs: tũc oportet ꝙ ipse satisfaciat ꝓ se ipo: põt tñ iuuari ꝑ alterũ: & addit Tho. ꝙ etiã si sit potẽs: põt alius satisfacere ꝓ eo. Sed non est ꝑmittẽdũ ꝙ aliqs ꝓ alio faciat satisfactionem: nisi appareat aliqs defect⁹ in pœnitẽte: vel corpalis ꝙ quę sit impotẽs ad sustinẽdũ: vel spũalis ꝙ quę nõ sit ꝓpter ꝓ ad portandũ pœnã. Aug. etiã de pœ. di. vj. c. j. cõsulit confessori ꝙ adiuuet pœnitẽtem portare on⁹ pœ nitẽtiæ vt sit particeps laboris si vult esse particeps & gau dij. Et quantũ ad satisfactionẽ q̃ imponiꝫ in confessiõe di cit Pe. de pa. ꝙ si confessor imponit aliqd faciendũ ꝓ se vel ꝓ alium: vt ieiuniũ vl' oronem vel alia: ꝑm oẽs siue per se siue per aliũ illud faciat pœnitens: satisfacit deo & eccl'iæ dũmodo illud fiat in charitate: siue sit viuus siue mortu⁹. Sed si imponit sibi ꝓ se faciendũ: tunc non põt satisfacere per aliũ qñ ꝓ se põt. sed si nõ põt per se: siue ga infirm⁹ est: siue ga mortũ: tunc si imponit ipe pœnitẽs alteri: & ille su scipiat onus & faciat in charitate, vtiq; satisfacit, quia ista videt fuisse volũtas imponentis: qui noluit ad impossibi le obligare: nec voluit ad purgatorium mittere. Põt etiam ille qui ꝙmisit ꝙ eo satisfacere alteri volẽti illud impone re & valebit i charitate factũ: nec oportet eũ q satisfacit ꝙ alio siue viuo siue mortuo plus aliqd addere: immo si il le q pro aliquo satisfacit: est in maiori charitate q̃ ipse pro quo satisfacit: magis opus ei⁹ erit satisfactiuũ. Et ideo qui pniam suã alteri ꝓponit debet satagere vt non solũ ipse sit bon⁹ sed ꝙ melior se. Ponit idẽ Pe. duos alios modos qb⁹ pœnitẽs põt pniam sibi iniũctã alteri acceptãti ꝓponere: de qb⁹ tñ nõ est ita certũ. Prim⁹ est dũ se occupat iterea in his q̃ sunt magis deo accepta & magis iuuãtia in remediũ cõtra pctũ: & ꝑpter hoc alteri imponit & nõ ꝓpter amo rẽ carnis vt nõ sustineat laborẽ: vt opꝰ ꝑdicatiõis bellãdi cõtra hostes fidei & hmõi. Sec⁹ est cũ vult magis satisfa cere: & q̃ nõ imponit homini magis deo accꝫpto. In oi casu satisfaciens pro alio viuo vel mortuo ꝓ se meretur: sed ꝓ se tunc non satisfacit. Hec Petrus.

§. II. VTRVM VERO PENITENTIAM

seu satisfactionẽ ꝓpositã post absolutionẽ debitã factã in pctõ mortali: vl' in toto vel in parte teneꝫ hõ iterare? Sup hoc sunt varię opi. in hoc tñ oẽs cõcordãt: ꝙ satisfactio fa cta in mortali: sicut nec alia opa valẽt in foro dei ad tollẽ dum vel minuendũ debitũ pœnæ ꝓ pctis ad qđ ordinaꝫ oĩs satisfactio: qa cũ non sit in amicitia cũ deo: nõ põt deo Mirum factã in tãtis, ita ꝙ nõ teneaꝫ iterare: qa cũ nõ potuerit satisfacere esse accꝫptũ tale opus. Sed vtrũ valeat in foro eccl'iæ mili peccato deo: nec etiã potuit satisfacere sacerdoti q in ꝑsona dei sibi an hõ te simpliciter dicere sine distinctione ꝙ talis nõ teneꝫ iterare mortali illud iniũxit. Sed Pe. de Thar. & Joan. Parisien. vi dentur neaꝫ ite talẽ satisfactionẽ. qa satisfecit i foro ecclię militãtis in quo rare, data sunt: & vbi nõ iudicaꝫ de dispositione interiori. Idem videt sentire Vincẽ. in Spe. hist. lib. ix. & dñs Hanibal dus in. iiij. Et ꝓ ista opi. satis videtur facere impositio pniæ se

ptẽnis: quæ fiebat regulariter ꝓ quolibet mortali. vt. xxij. q. j. ꝑdicandum. & nõ valẽt dare eleemosynã ꝓpter paup tatem: nec ieiunare ꝓpter debilitatẽ infirgi oportebit oro nes: & verisimile est ꝙ in tãto interuallo aliqđ mortale ꝓmit tebant: vñ si oportuisset iterare fuisset hoc laqueũ injcere aĩabus. Tho. cũ Alb. magno distinguit de satisfactione. in iiij. dicit em ꝙ sunt quędam satisfactiones ex qb⁹ remanet aliqs effect⁹ in satisfaciẽtib⁹ etiã postcꝫ actus satisfactiõis trãsijt: sicut ex ieiunio remanet corpis debilitatio: ex elee mosyna diminutio substãtię. Et tales satisfactiones in pec cato factæ non oportet ꝙ iterenť: ga quãtũ ad illud qđ de eis manet ꝓ pniam sequentẽ accꝫpręs fiunt. Aliꝫ satisfactio nes sunt q̃ nõ reliquũt effectũ in satisfaciẽte postcꝫ act⁹ trã sijt sicut in oro ne & hmõi. Act⁹ em interior q̃ totaliꝫ trãsijt nullo mõ vi ufficaꝫ: vñ tales oportet ꝙ iteret. Eãdẽ qđ. re net Pe. de pa. magis declarans. Dicit em ꝙ in satisfactioni bus habẽtibus effectũ relictũ post opus sicut baptismalis character habet effectũ recedẽte fictione: & sic istud dereli ctũ ex facto qđ opaꝫ ex ope opato incipit valere ex secũ n ti eius approbatione & sacerdotis ratihabitatione cũ illũ vere pœnitet & nõ ex simplici vi ufficatione: qa opus ope rãs mortuũ nũcꝫ vi ufficaꝫ: & sic ista pnia satisfacit nõ solũ in foro eccl'ię: sed etiã in foro dei quantũ ad illud derelictũ vt nõ oporteat iterare sicut ieiuniũ: eleemosyna & hmõi. sed si nõ habet effectum derelictũ vt ẽ oro: talis pnia sctã in mortali in nullo satisfacit: quin hic vel alubi oporteat satisfacere. Hæc ille. Qđ videt intelligẽdũ in foro dei: qa nec rõne ipsius opis cũ facit: nec rõne derelicti cum postea pœnitet: cũ nõ habeat effectũ derelictũ. Sed in foro eccl'iæ satisfacit. qa nõ est necesse ipsam iterare si vult esse in statu saluti postea pœnitẽdo: sicut necesse habebat ipam adim plere cũ fuit sibi imposita. Vñ idẽ Pe. dicit paulo superi⁹ ꝙ qñ hõ de oibus est cõtritus & confessus & recipit pniam cũ absolutione: si recidiuãs pagat eã in pctõ mortali: ipse quidẽ se liberat ab iniũctiõe sacerdotis: nec incurrit pctm inobedictię qđ incurreret si eã nõ ꝑficisset: ga non ẽ forti⁹ vinculũ ꝓfessoris q̃ dei vl' eccl'iæ: sed in mortali existẽs i plẽdo ꝓceptum dei de honore parẽtũ vl' eccl'iæ de ieiunio eccl'ię ab illo absolute se liberat: ergo &c. Hæc Pe. Cum er go pnia iniũcta ordineꝫ ad tollendũ vel diminuẽdum de bitũ pœnę tpalis: talis q̃ pniam sibi ipositã nõ habẽtẽ effe ctũ derelictũ vt oro nes ꝑficit in mortali: si reuertiꝫ ad pœ nitẽtiã & tãdẽ morif in statu gręe ex quo illã nõ iteratuit: cũ ꝙ ipam nil sit. s. olutũ de debito pœnæ tpalis: soluet eam in purgatorio: nisi ꝙ alia bona opa hic satisfecerit: ꝙ si nõ re uertaꝫ ad pniam: q̃ pniam fecit in mortali quãcũq; situe ha bẽtẽ siue nõ hñtẽ effectũ derelictũ soluet illđ debitũ in in ferno sp: sicut ille q morif cũ mortali & venialib⁹: de vtrif ꝙ sustinet pœnã ęterñã in inferno. Qz̃uis em veniali dẽaꝫ pœna tpalis q̃ finem habet: tñ ꝑ accidens est ꝙ veniale in inferno puniaꝫ pœna ęterña. s. rõne statꝰ: ga in iferno nul la est redẽptio. Nõ em est ille status expiãdi culpã ad quã sequiꝫ pœna: & ideo sp remanente culpa veniali durat & pœna: ita tenet Tho. in. iiij. di. xxij. Sed de pœna tpali debi ta ꝓ mortali post cõtritionẽ Pe. de Pal. sic declarat in. iiij. Pctõr posicꝫ est deo recõciliatꝰ est debitor pœnę finitę: nõ qualitercũ q̃ soluẽdæ: sed in statu gręe in quo est solũ deo accꝫpta. Alioquin est debitor tãtæ pœnę quãtũ mereꝫ cul pa: & illa est infinita: vñ pctõri ꝑ se quidẽ debebaꝫ pœna infinita si erat mortale: sed mutata fuit in tpalem supposi to q̃ ꝑseueraret i amicitia. Acceptauit em deꝰ absolutionẽ a pœna ęterña & ipositionẽ pœnę finitæ sub ꝓditione si in gra fieret. Et si quæraꝫ quare deꝰ magis accꝫptauit absolu tionẽ a culpa sine ꝓditione q̃ absolutionẽ a pœnaꝫ? Dicen dũ q culpa transit & macula transit: & gra in momẽto ad uenit: sed satisfactio futura est. Futuris aũt solet cõditio ap poni: nõ aũt pñtib⁹ nec ꝑteritis: vel si apponaꝫ certa. Ta lis ergo dimissa culpa punieꝫ in inferno pœna infinita: nõ ꝓpter cõmutationẽ finitę in infinitã: sed ga debitor ẽ pœnę infinitæ ex q̃ nõ soluit pœnã finitã sub cõditiõe quã debet: sicut ꝑdes priuilegiũ clerici ici dit, de foro miti ad forũ san guinis: sic qui declinat forũ eccl'ię: incidens in mortale ad forũ iustitię exterminatis iuenit pœnã ęternã. Hoc qđ di cit Pe. videt intelligẽdũ de eo q pniam iniũctã non habẽt effectũ derelictũ factũ in mortali scito ab eo vel de quo du bitat contẽnit iterare: vel etiã cũ credit vel dubitat se debe re iterare: ex negligẽtia dimittit & ex labore recusans hoc

& in purgatorio facere emẽdã de eo habet. Sed ſi qs dimittat iterationẽ talis pniẽ ex ipoſſibilitate: qa ei deficit tps: vel etiã ſi habet tps: credit ſe ea feciſſe in ſtatu grẽ: cum nõ fuerit in mortali icognito ab eo: vel etiã ſi ſcit ſe feciſſe in mortali iterare facit p alium quem credit bonum: vel etiã etſi nec per ſe nec p alĩũ iterat: credit ſibi ſufficere ad ſalutẽ q̃ impleuit ſibi iniũctũ intẽdẽs q̃ minus hic feci ſatisfacere ei purgatorio: & ſic deo facere emẽdã p hmõi omiſſionẽ talis nõ dãnat: vñ & ipſe Pe. di. xlv. dicit q̃ q̃ fecit pniam ſibi iniunctã in mortali proſe: p tãto nõ tenẽ iterare: qa põt in purgatorio ſatiſfacere. Et ſi dicaf q̃ videtur inconueniens q̃ tãtum quis puniatur pro dimiſſo ſicut pro non dimiſſo: qa pœna æterna: & ſic nõ videt ꝓpluiſſe in aliquo cõritio & cõfeſſio. Rñ. Pe. q̃ licet tñ puniaf exẽſſiue: non tñ intẽſiue: ſicut ꝓ vno pctõ tãdiu q̃ pro mille: ſed non tã acerbe. Si etiã parẽ pniæ fecit. ſ. in ſtatu grãe: & vnus dies remãſit: ꝓ illa die æternam pœnam luet ſi nõ pœnitet: nõ tñ ita acerbe ac ſi nunq̃ cõritus & cõfeſſus eſſet: nec in aliquo ſatiſfeciſſet. alꝫ pctm rediret. Hęc Pe. Nota tñ q̃ dum qs facit pniam intũctã ſi labaf in mortale: q̃uis bonũ ſit q̃ citiſſime confiteri: tñ cũ p ſolã purtionẽ petm dimittaf & gra reſtituaf: q̃ cito iſte moriaf etiã anteq̃ cõfiteaf. pſequẽdo dictã pniam: etiã ſi ſit talis q̃ non relinquat effectũ poſt factum: in foro dei realr ſatiſfacit: qa in ſtatu grãe eſt: vnde in nullo tenẽ iterare. Ad tollendũ aũt omne dubiũ tutius videt ꝓ confeſſor: etiã dat pnias diutinas ieiuniorũ eleemoſynarũ peregrinationis & hmõi prout requirunt pctã: nõ tñ iniunguat diuturnas pnias oꝝonũ & ꝑcipue his de quibus põt dubitare de recidiuo celeri.

Notat cõfeſſor.

quid ſit magis meritoriũ elemoſyna: oꝝ vel ieiuniũ

§.III. QVID AVTEM SIT MAGIS

ſatiſfactoriũ eleemoſyna: oratio: vel ieiuniũ? Rñ. Tho. in iiij. q̃ eleemoſyna magis aliꝭ: & hoc duplici rõne. Prima quia eleemoſyna cõſtituit debitorẽ eũ cui daf ad orãdum & ieiunandũ & alia bona faciendũ pro datore. Sed'a quia eleemoſyna habet vim oꝝonis: qa eleemoſyna data, ꝓpter deũ eſt q̃dã oblatio deo facta. Oblatio q̃ fit deo habet vim oꝝonis: habet & vim ieiunij: qa p ipam ſubtrahunt tpalia quibus ſuſtẽtaf corpus qđ macerat p ieiunium vnde eleemoſyna magis indicif ſicut medicina magis vniuerſalis. Tho. in. iiij. Tob. iiij. Eleemoſyna ab oĩ pctõ & morte liberat &c. Danie. iiij. Pctã tua eleemoſynis redime. & de pœ. di. j. dicit Chryſo. Medicamentũ fortiꝰ q̃ maxime opaf in pnia eſt eleemoſyna. de pœ. di. j. medicina. &. §. quã ob rẽ. Poſt eleemoſynã magis ſatiſfactoriũ eſt oꝝo q̃ ieiuniũ: qa cõtinet virtute ieiuniũ: nã extẽſio intellectꝰ ad deũ debilitatẽ parit. Itẽ ſm Tho. in. iiij. qa quãto opus ſatiſfactionis eſt magis difficile: ita q̃ difficultas ſit ex qualitate opis p reſpectũ ad cõditionẽ ſatiſfactiõis & nõ ex tepiditate ipi: tanto eſt magis ſatiſfactoriũ cæteris paribus ſicut ieiuniũ magis cholerico q̃ phlegmatico: ſed vbi difficultas in opere ſatiſfacictis ꝓcedit ex remiſſione volũtatis eſt minus ſatiſfactoriũ: ſicut ecõuerſo: ſi opus in ſe difficile reddaf facile ꝓpter feruorẽ faciẽtis ſit ex hoc magis ſatiſfactoriũ: qa in oĩbus hmõi attendiſ ad voluntatẽ vñ ꝓcedit. De eleemoſyna habes, ẽ. in. ij. parte. ti. ſ. c. xxiiij. de humanitate. De ieiunio etiã in. ij. pte. De oꝝone in. iij. parte.

bona facta ĩ peccato mortali valẽt ad quinq̃.

§.IIII. DE OPERIBVS QVE SVNT

de genere bonoꝝ operũ extra charitatem factis. dicunt oẽs q̃ nõ reuiuiſcũt: nec quo ad meritũ p reſpectũ ad præmiũ gl'ię: nec q̃ ad ſatiſfactionẽ ex ſe: ſed mortificata p mortale reuiuiſcunt p ſequentẽ pniam. Pctm tñ mortale ſm Pe. de pa. etſi ipediat meritũ ꝓdigni reſpectu oĩs q̃miꝭ: & meritũ ꝓgruit reſpectu q̃mij æterni imediate pcipiẽdi: qa nõ decet deũ dare gl'iam niſi gfam hñti: ſed nõ ipedit meritũ ꝓgrui reſpectu alterij q̃miꝭ. Vñ ſm Ray. talia de gñe bonorũ facta in mortali valet ad qnq̃. Primo ad tpalẽ ꝓſperitatẽ de pœ. di. iij. cauẽdũ. &. xxij. q. ij. ſi q̃libet. Sed'o vt q̃citiſſime p hoc illuſtreꝰ ad pniam. de pœ. di. v. falſas. in fi. Tertio ad aſſuefactionẽ bonoꝝ operũ ſicut baptiſmꝰ Ioã. de cõſe. di. iiij. nõ regenerabantur. Quarto ne diabolus habeat in eo tantã ptãtẽ. Exẽplũ in ludẽo qui dormiẽs in tẽplo idoloꝝ ga ſe ſignauerat: dęmones nõ poterant ei nocere. Quinto ad tolerabili q̃ iudiciũ lubeũdũ. de pœ. diſt. iij. ſi qs aũt. Sed hoc vltimũ eſt ſane intelligẽdũ: nõ eñ intelligiꝭ ſm Tho. & Pe. de pa. vt p illa opa minuaf pœna iã debita: ſed qa ſi nõ feciſſet illa bõa aliq̃n feciſſet interim aliq̃ mala, p qbꝰ habuiſſet ſpãlem pœnã quã vitauit nõ faciẽdo illa mala: puta honorauit parẽtes: ſi nõ honorauſſet: dehonorauſſet: fecit eleemoſynã extremã neceſſitatẽ patiẽti: ſi nõ feciſſet in curriſſet pctm crudelitatis & ex his habuiſſet ſpãlẽ pœnã.

TITVLVS. XV. DE STATV BENEficiatorũ. ¶ De dignitatibꝰ: præbẽdis & bñficijs: & de collatione eoꝝ: & de pluralitate & diſpenſatione ſup plurali tate & reſidentia: & abſentia in bñcijs. Cap. I.

§.I. DE PREBENDA ET CANONICA

quid ſit. No. ſm Hoſt. q̃ præbẽda eſt ius pcipiẽdi, pũctus in eccl'ia cõpetẽs tãq̃ vni de collegio: & naſcif ex canonia ſicut filia ex matre: qa ex quo qs habet canoniã debet hñe pbẽda, eĩ eo. c. relatũ. Prębẽda igiſ, ꝓprie ꝙiſtit in fructũ perceptione. Canonia aũt in iure alicuius qui in canonicũ eſt recæptus: ad quod ius pertinet pbẽda: ſtallus in choro: vox in capitulo: vt dicto. c. relatũ. Et nota q̃ in receptiõe canonicorum & in collatione pbendarum abſentes canonici vocandi ſunt ſi commode fieri valeat: niſi cõſuetudo habeat eos ad talia nõ vocari: alꝭ q̃ in abſẽtia eorũ fieret eis iniũ tib⁹ irritari debet, eĩ eo. cũ in eccleſijs. li. vj. De ofſicijs ꝙo eccleſiaſticis: archidiaconatu: ꝑpoſitura: decanatu & hmõi. dicit Ray. qa fere quod ſunt eccleſiæ tot ſunt ꝙſuetudines. eĩ de ꝙſue. c. cũ olim. quę in hmõi ſeruãdę ſunt. Si tñ ſcire vis quid iura dicãt de talib⁹ vide. xxj. diſt. cleros. & xxv. di. plectis. & eĩ de offi. arch. p totũ. Dr etiam præbenda reddit⁹ deputat⁹ & aſſignat⁹ deſeruientibus clericis in eccleſijs cathedralibus vel collegiatis in officijs: q̃uis illi clerici non ſint canonici: ſed celebrãt: vel etiam interſunt diuinis officijs: ſiue reddit⁹ ille ſit ex decimis ſeu ex poſſeſſionibus: vel p alium modum.

Dignitas eſt. Prębenda vñ dicitur.

§.II. DE BENEFICIIS SIVE ECCLESIIS

Nota primo q̃ aliud eſt ſimplex: qđ. ſ. nõ habet curã aiarum: aliud curatum: qđ. ſ. habet curã aiarũ. Dicit aũt regia iuris in. vj. de reg. iu. q̃ bñficiũ eccl'iaſticũ non põt ſine inſtitutiõe canonica poſſideri. Pertinet aũt ad iſtitutionẽ ca bñ hãt nonicã: vt nõ ſolũ cõferaf ab eo q̃ de iure põt cõferre: puta diffinitor plato eccl'iaſtico: nõ dño tpali: vt faciũt quotidie tyranni: tionẽ iu ſed ẽt q̃ p modũ debitũ & iuridicũ: nõ p ſimoniã & hmõi ris. ei. ſ. q̃ ſit habilis ad hoc puta vt nõ ſit irregularis vl' infra legitimã ętatẽ & hmõi: alꝭ q̃ iniuſte tenet bñficiũ: vt q̃ itru ſionẽ vl' p ſimoniã: vel qa alꝭ ihabilis: talis ſm Ray. cum nõ intret

Nota

nõ intret q̃ oſtiũ: eſt fur & latro: nec habet viã ſalutis niſi reſignãdo: vel ſi eſt diſpẽſabile ſuũ impedimẽtũ: petat diſpẽſationẽ ab eo q̃ poteſt: & ſi nõ poſſet obtinere oportet q̃ oĩno dimittat: & invtroq̃ caſu agat pniam de pctõ commiſſo: & fructus peeptos teneꝰ reſtituere niſi ſibi remittantur a ſuperioribus. Idẽ de dignitatib⁹ eccl'iaſticis. Et nota q̃ cũ ſcit qs poſſeſſorẽ eccl'iæ vel dignitatis non eſſe verũ prętatũ: qa in aliquo predictorũ imuolut⁹: talis ſciens & ſi ſubijciaf: illi eccl'ię vel dignitati: tñ in foro cõſcięcię nõ tenẽ ei obedire: nec ei ſoluere debet qđ eccl'iæ vel dignitati debet: nec ſoluẽdo liberaf, eĩ de ſen. excõ. inqſitioni. In foro cõtẽtioſo ſec⁹ videt q̃ res eſt occulta. argu. viij. q. iij. c. j. & q̃uis nõ abſoluat talis abſoluẽs de facto ignorãtẽ: qa nõ eſt prętatus, de pœ. di. vj. c. placuit. nõ tñ animę pereũt: ſed excuſanf ignorãtia facti: tñ qa quãtũ in ipo fuit eos pdidit ſanguis illoꝝ ab eo exigef. eĩ de offi. ord. irrefragabili. & talis ſemper peccat mortaliter exequẽdo officiũ illius eccleſiæ: vel etiam fructus percipiendo vt ſur.

§.III. DE ETATE BENEFICIANDO

rum. No. ſm Pe. de pa. in. iiij. di. xxv. q̃ ad hoc vt qs valeat hñe ſimplex bñficiũ vel pbẽdã ſufficit q̃ maior ſit ſeptẽnio: qa pupillus põt eſſe canonicꝰ etiã in eccl'ia cathedrali: licet nõ habeat vocẽ in electiõe. eĩ de elec. c. ex eo. li. vj. tñ q̃uis iure humano nõ irriteꝰ tallis collatio: iure tñ diuino illicitũ eſt dare talia bñficia talib⁹: niſi qñ ali nõ inueniunf: qa cõtra iuſtitiã diſtributiuã eſt ſi deꝰ min⁹ digno: q̃uis aũt iſte puer nõ ſit idign⁹ poſitiue, ꝓpter defectũ: qa eſt innocẽs: reſpectu tñ illi⁹ eſt indign⁹: qa ali⁹ eſt dignior: vñ cõtẽpto meliore ſanctiore iuſtitiore dare alteri eſt grave pctm: vt dicit Aug. ſup epl'am Iacob. De dignitate vero nõ habẽte curã aiarũ põt eps diſpẽſare cũ illo q̃ cõpleuit. xx. an. de ætа. & quali. c. j. lib. vj. Et ſic etiã archidiaconat⁹ põt dari tali: qa non habet curã aiarũ in foro pniæ vt oporteat eſſe ſacerdotẽ qđ' regrit. xxv. an. ſed etiã i exteriori foro: & oportet eũ tm eſſe diaconũ ad qđ' ſufficiũt. xx. an. ſed q̃uis ali⁹ minor. xxv. an. nõ debeat eẽ iudex: põt tñ eẽ archidiacon⁹: qđ' eſt eſſe iudicẽ de cõſuetudine. Vel dicẽdũ q̃ ꝑ nõ eſt de iure cõi: ſed de diſpẽſatiõe epi a papa pmiſſa. De eccl'ia aũt vel dignitate cõſequẽte curã aiarũ. No. q̃ debet qs hñe xxv. an. ad epatũ tñ. xxx. nec põt in hoc eps diſpenſare. ſ. q̃ minor. xxv. an. habeat eccl'iam parochialẽ ſiue bñficiũ cũ cura: ſed talis collatio ipſo iure eſt nulla: imo etiã cõmẽda facta illi q̃ nõ habet dictã ætatẽ nõ valet. eĩ eo. licet canõ. lib. vj. papa ꝙo licet poſſit diſpẽſare: nõ tñ in rẽdit niſi exprimat. Vñ q̃ impetrauit bñficiũ cũ cura vel ſine cura: niſi tpe reſcripti impetrati haberet. xxvj. an. nõ põt ſibi, pui dere de bñficio cũ cura. eĩ de reſcrip. c. ſi ex eo tpe. li. vj. Teneꝰ etiã talis infra annũ ad ſacerdotiũ, ꝓmoueri: alꝭ eſſet ea priuat⁹. Itẽ no. q̃ põt p epm diſpẽſari cũ curatis: vt literarũ ſtudijs inſiſtẽtes infra annũ nõ teneanf niſi ad ſubdiaconatũ, ꝓmoueri: ſed poſt ſeptẽniũ tenenf ad ſacerdotiũ, p mouueri: ita q̃ niſi primo anno fuerit ordinat⁹ in ſubdiaconũ: & infra octauũ annũ in ſacerdotẽ: epo ſic diſpẽſãte vacat ipo iure eccl'ia. Sed etiã niſi eps cũ eo diſpẽſaret: vel ſi diſpẽſaret & ille in literarũ ſtudio nõ ꝓſisterer cũ aliter eps nõ habeat autoritatẽ diſpẽſandi: tenef infra annum ordinari vſq̃ ad ſacerdotiũ inclufiue: alꝭ ipſo iure eſt priuatus. de ele. c. cũ ex eo. lib. vj. Itẽ no. q̃ q̃uis tãtũ rãſeat de tpe q̃ illo anno nõ põt fieri ſubdiacon⁹ vel ſacerdos: nõ tñ vacat vſq̃ anno elapſo & facit fructus ſuos ſi habuit a principio intẽtionẽ ordinẽ recipiẽdi: alꝭ nõ niſi mutato ꝓpoſito fecerit ſe ordinari. Et qui ſcienter ſic affecto dedit renef eccleſiã ſeruare indẽnem. Annus aũt ꝙ ſubdiaconatu vel ſacerdotio nõ currit: niſi a tpe quo fuit in poſſeſſione pacifica: vl' ꝙ eũ ſteterit: extũc etiã eſt ann⁹ vtilis: qa nõ currit niſi iuſto impedimẽto ceſſante. Nõ põt aũt ſibi cõferri eccleſia ſic vacãs illa vice & illa vacatiõe: ſi eñ deꝰ alicui nõ acceptãti: adhuc vacat prima vice vacãdi: & ſic ei nõ põt cõferri. Silr ſi facit illi dari q̃ ſtatim renũtiabit in fraudẽ: ſic licet ſcto vacet iſto reſignãte nõ valet q̃ ad deũ: ſed ſi bona fide alteri collata illo mortuo aut depoſito aut renũtiante vacauerit ſecundo: tunc poteſt ei conferri: quia non eſt ei hoc prohibitum. de elec. c. cõmiſſa. lib. vj.

de ętate beneficiorũ.

§.IIII. DE CVRA AVTEM NON SIMplici eccleſijs collegiatis: vt ſunt decani in collegijs: priores & abbates in cõuentib⁹. Nota q̃ iſti nõ ligãtur iſto ſtatuto, de elec. c. ſtatutũ. lib. vj. quia nõ erit tantũ periculum ſi iſti nõ ſunt ſacerdotes: quia multi ſunt in collegio ſacerdotes qui ex cõceſſione curati nõ ſacerdotis facerent quod ille faceret: non aũt ſic in ſimplici cura ſunt parochiani ſacerdotes qui poſſunt eccl'iaſtica ſacra miniſtrare, ꝓpter qđ' fuit magis neceſſariũ ibi apponere pœnã. Collegiũ vero hic large accipiẽ eſtã pro plebania ſub ſe habente capellanias in qua ſunt ſacerdotes p quos poterit ſuppleri: vt dictũ eſt. Hęc Pe. Itẽ ſi ad eccleſiã parochialẽ p ſentetur q non eſt in ſacris dũ alꝭ eſt idone⁹: & poſſit infra tps ſtatutũ ordinari: admittẽdus eſt. eĩ de inſti. c. ſi is. lib. vj. & tñ ſm Io. an. talis nõ preſentatus nõ poſſet in tali eccleſia inſtitui. extra de ęta. & quali. c. prętерea. niſi diſpenſatiue. vt ibi.

Infra tẽpus debet conferri bñficium vacãs.

§.V. DE COLLATIONE BENEFICIO

rum. ſ. infra qđ' tps debet cõferri beneficiũ vacãs. Nota q̃ eccleſiaſtica bñficia ſeu eccl'iæ: ſeu q̃libet officia nõ debent vacare vltra ſex mẽſes: aliogn ſi collatio ptinebit ad eũm deuoluiꝰ ad capl'm & ecõuerſo: & ſi fuerit negligẽs p alies ſex menſes deuoluiꝰ ad metropolitanũ: & poſtea ad papã. extra de cõceſ. præbẽ. c. nulla. & intelligas ſolũ q̃ illa vice. extra de ſup. neg. ꝑla. c. ſicut nobis. Et ſi qs ꝑdictoꝝ elapſo tpe ꝑferat: nõ valet. extra de ſup. neg. ꝑla. c. ſi. & incipit curare ꝑdictũ tps: nõ a tpe vacationis: ſed a tpe notitię. extra de cõceſ. pbẽ. c. ga diuerſitatẽ. & de dictis ſex mẽſib⁹ ſubtrahit tps ſuſpẽſionis & peregrinatiõis: & regrif q̃ p ſuã culpã diſtulerit vel negligẽtiã. Sec⁹ ſi p importẽtiã iuris vl' facti etiã ex culpa cõtingentẽ: niſi fuiſſet negligẽs in petẽdo abſolutionẽ. vt in. d. c. ga diuerſitatẽ. Et ſi talia eſſũt officia & adminiſtrationes quoꝝ collatio ad regulares ptineret: & ipi negligerẽt: diocęſani, puidere debẽt: nõ obſtãte ſi ipi regulares exẽpti fuerũt. vt de ſup. negli. præla. c. q̃ regulares. in Cle. porro. ſi fuerit eccleſia cathedralis vl' regularis: habebũt electores ſolũ tres mẽſes infra quos ſi iuſto impedimento ceſſante electio nõ fuerit celebrata: eligẽdi poteſtas ad ꝓximiorẽ ſuperiorẽ deuoluiꝰ. extra de elec. c. ne ꝓ defectu: & intellige cũ aliꝭ cõditionib⁹ nũc dictis. Itẽ no. q̃ qui habet cõferre beneficia vacãtia. ſ. prima exceptione ſecundi: ſed cũ qs recipit ſecm beneficiũ curatũ vacat primũ. vt dicẽt. j. debet illa cõferre infra ſex menſes: alꝭ ptãs puidẽdi deuoluiꝰ ad aliũ. vr. ẽ. dictũ eſt. Incurrif etiã alia pœna ab illo qui habet cõferre: niſi cõferaf infra dictũ tps videlicet q̃ ipſe teneꝰ aſſignare in vtiliratẽ eccleſiæ vacãtis de prouẽtib⁹ ſuis nõ de illis eccleſiæ ſuæ tantũ quãtũ a tpe vacatiõis ꝑcęptũ fuit a quocũq̃ detinẽte ipm: & ſi priuſ nõ habet puniẽ illa pœna ad arbitriũ iudicis. xv. q. vj. illud. &. xiiij. q. vj. ſi res. vel repetẽtur ab eo qui ꝑcepit: qa ipſe tanq̃ inuaſor omnes fructus reſtituere tenetur.

Sine diſpẽſatio ne põt plures eccl'ias vl' pl'es eccleſias vl' pl'es bẽdas hñe.

§.VI. DE PLVRALITATE BENEFICIO

rum vel pbẽdarũ. No. q̃ qnq̃ caſus ſunt vt dr' in ſumma. Piſana: & quaſi idẽ di. Arch. xxj. q. j. clericꝰ, in gbꝰ põt qui s abſq̃ diſpẽſatiõe duas vel plures eccl'ias vel pbẽdas hñe: & intelligiꝭ hoc de eccl'ijs nõ hñtib⁹ curã aiarũ. & de pbẽ. in diuerſis eccl'ijs. Nã in eadẽ eccl'ia nõ põt abſq̃ diſpẽſatiõe plures prębẽdas hñe. Vñ qđ' dr' in prio caſu & tertio quãtũ ad eccl'ias curatas fieri nõ põt p epm: niſi p modũ vnionis pẽſatio vniẽdo plures eccl'ias: quã vnionẽ põt facere eps vel ſim pliciter & in ꝑpetuũ: vel ad vitã ei⁹ cui cõferunt: de cõſen qs hñe ſui tñ eorũ q̃ ibi hñt aliq̃d' ius vt patronoꝝ: & q̃ fiat ex cã rõnabili: vt, ꝓpter tenuitatẽ. Prim⁹ eſt qñ eccl'iæ ſunt ita re pl'es ecclesiæ. q̃ neutra ſufficeret ad ſuſtẽtationẽ. x. q. iij. vnio. extra de reli. do. qa monaſteriũ. Sec⁹ eſt ſi vna pendet ex altera. extra de ætа. & q̃li. c. eã te. Terti⁹ eſt. ꝓpter raritatẽ clericoꝝ. xxj. q. j. clericꝰ. in fi. Quart⁹ eſt ſi eccleſia eſt pbẽdæ annexa vel dignitati: in q̃ caſu cũ ipe teneaf in maiori eccl'ia pſonalr deſeruire: teneꝰ in ipa parochiali hñe idoneũ & perpetuũ vicariũ q̃ cõgruẽtẽ habeat de illi⁹ eccl'iæ, pũctib⁹ portionẽ. extra de pbẽ. c. extirpãdæ. Quint⁹ ſi vnã habeat intitulatam & aliã cõmendatã. xj. q. j. qui plures. Sed talis commenda parochialis eccleſię nõ põt fieri niſi ei qui attingit vigeſimũ quintũ annũ & ſit ſacerdos: & tali non poteſt cõmitti niſi vna & pro euidẽti neceſſitate vel vtilitate: & nõ durat niſi per ſex menſes. extra. de elec. c. nullus. lib. vj.

§. VII. DISPENSATIO SVPER

pluralitate beneficiorū nō ꝓdest in his casib⁹. Primo vide licet qñ imperās subticuit aliqd quātūcūq; modicū bñficiū: qñ etiā cōcedit vt gs duo bñficia habentia curā aiarū possit hre simul: intelligit de duob⁹ primis bñficijs post ꝯcessionē. Itē si mādat alicui, puideri de bñficio nō obstāte ꝙ aliud habeat: ꝙ nō est dispēsatū vt habeat ābo simul, eē de pbē. c. si motu. li. vj. Itē si papa motu ꝓprio alicui aliqd beneficiū obtinēti, aliud cōferat nō habita mētione de priori: nō ꝓpter hoc iualida est gratia: dūmō in lra ꝓpria exprimat ꝙ papa motu ꝓprio ꝯcedat. Sec⁹ si ad petitionē alterius gratiā facit. eē de prebē. c. si motu ꝓprio. lib. vj.

§. VIII. DE PLVRALITATE PRE

benbarū sine cura absq; dispēsatione habēda: vtrū hoc sit pctm mortale, Rñ. ad hoc Tho. in quodli. viij. q. vij. ꝙ ois q̄stio in qua de pcto mortali querit: nisi exꝑsse ei⁹ vitas habeat piculose determinat: qa error quo nō credit esse mortale qd est mortale nō excusat a toto: licet forte a tāto. Exror ꝙ credit esse mortale qd nō est mortale: cōsciētia ligat ad mortale. Prēcipue ꝙ periculosum est vbi veritas aliq̄ est: qd etiā in hac q̄stione accidit. Cū em hec q̄stio pti neat ad theologos inquātū depēdet ex iure diuino vel naturali: & ad iuristas inquātū depēdet ex iure positiuo: inue niunt theologi theologis & iuriste iuristis ꝓtraria sentire. In iure tñ diuino nō inuenit exꝑsse determinata: cū in sacra scriptura de ea nō fiat mētio: q̄uis ad eā ex aliqb⁹ auto ritatibus scripturę argumenta possent induci: q̄ tñ nō dilu cidāt ꝙ itatē ostēdūt. Cōsiderādo eā ꝙ ꝑm ius naturale sic videt dicēdū ꝙ actionū hūanarū multiplex est differētia. Quędā em sunt q̄ habēt deformitatē eis inseparabilr annexa vt fornicatio: adulteriū: & alia hmōi q̄ nullo mō bñ fieri possunt. Et de numero talīū nō est hre plures pbēdas: ga qd est de nūero illoꝝ in nullo casu dispēsationē recipe re pōt qd nullus dicit. Quędā ꝙ sunt actiones q̄ de se sunt indifferētes ad bonū vel malū: vt leuare festucam de terra: vel aliqd hmōi: inter quorū numerū quidā cōputāt hoc, ſ. habere plures præbēdas: dicētes ita licitum esse hre plures præbendas sicut hre plura poma. Sed hoc nō videt verum esse: cū hre plures præbēdas in se inordinationē cōtineat: vtpote ga nō est possibile aliqē in pluribꝰ ecclīs deseruire in qb⁹ est pbēdat⁹, cū pbēdæ videant esse ordinate q̄si stipendia deo ibi ministrātium. Sequit etiā diminutio cultus diuini dum vnus loco pluriū cōstituit. Sequitur & in quibusdā defraudatio volūtatū testatorū q̄ ad hoc eccl'ijs talia bona cōtulerūt: vt certus numerus deo seruientiū ibi haberet. Sequit & inqualitas: dum vnus pluribꝰ beneficijs abūdat: & alius nec vnū hre pōt: & multa alia hmōi q̄ facile est cōsiderare: vñ nō pōt cōtineri inter indifferentes actiones: & multo minus inter ea q̄ sunt ꝑm se bona: vt dare eleemosynā & hmōi. Sunt ꝙ quędā aliæ actiones q̄ absolute cōsiderate quandā deformitatē & inordinationē important: quę aliquibus circūstantijs aduenientibus bonę efficiuntur: sicut occidere hoīem vel percutere: etiam de se de formitatem quandā importāt: sed si addat malefactorem ꝓpter iustitiā delinquentē causa disciplinæ: nō erit pctm: sed virtuosum, Et in harum actionum numero videt esse plures præbendas habere; q̄uis in ordinationes aliquas cōtineat: tñ possunt alię circunstantię superuenire: ita honestantes actū ꝙ prędictæ inordinatiōes totaliter euacuātur: vtpura si sit necessariū in pluribꝰ ecclīs ei⁹ obsequiū: aut possit plus seruire ecclīæ: vel tātūdē ētiā absens q̄ aliꝰ prę sens: & si qua alia sint hmōi: & tūc istis cōditiōibꝰ cū recta intētione supuenientibꝰ nō erit pctm: etiā nulla dispēsatione interueniēte: si cōsidereť ꝑm ius naturale tm: ga dispensatio ad ius naturale nō ptinet: sed ad ius positiuum. Si ꝙ hac intētione qs plura bñficia habeat: vt sit ditior vel lautius viuat: vel vt facili⁹ ad epatū valeat ꝓmoueri in aliq̄ ecclesia vbi prębēdar⁹ existit electꝰ: nō rollunt prędicte deformitates sed augent: qa cū tali intētione etiā vnū beneficiū hre: qd nullā deordinationē de se importat: est illicitū. Et si quidē dicendū esset ꝑm ius naturale nullo iure positi uo supueniente: nūc autē certū est p antiqua iura esse, phibitū. Patet etiā huic, phibitioni cōsuetudinē esse ꝓriā: ꝓpter quā quidā dicūt illa iura esse abrogata. Nā p ꝓriā cōsuetudinē iura hnmana abrogāt. Quidā autē dicūt p hāc cōsuetudinē antiquo iuri non derogari: eo ꝙ q̄dā decretalis dicit. Multa p patientiā roleranť: q̄ si fuerint in iudiciū deducta iustitia cogente cessarēt. Et hæc cōtrouersia iuristis est relinquēda: q̄uis videat ꝓbabile ꝙ iura illa antiqua inquā tū cōtinēt ius naturale nō ꝑm abrograri p ꝓriā cōsuetudi nē vt pote irrōnabilē. Sed quātū ad ꝑ qd de iure naturali cōtinēt: solū possunt esse abrogata: ꝓcipue si dissimulātes hāc cōsuetudinē ꝓriā in quoꝝ ꝑtate est illud ius mutare in tendūt p hanc dissimulationē antiqua iura mutare. Si igit antiqua iura q̄ hoc, phibēt in suo vigore manēāt ꝓria con suetudine nō obstāte: certū est aliquē plures præbēdas nō posse hre absq; dispēsatione etiā illis circūstātijs supueniēte bꝰ: q̄ ꝑm cōsideration ē iuris naturalis actū poterāt hone stare. Si aūt antiqua iura sunt p cōsuetudinē abrogata: tūc ꝑdictis circūstantijs supuenientibꝰ etiā sine dispensatione licitū est plures ꝑbēdas hre: sine quib⁹ circūstātijs illicitū est: quātūcūq; dispēsatio supueniat: eo ꝙ dispēsatio humana nō aufert ligamē iuris naturalis: sed solū ligamē positiuū: qd p hoiem statutū, p hoiem dispensari pōt. Hec ola Tho. Sed hodie vt dictū est, ē. recipiendo sectam prębēdā si sit canonicalis vacat prima. Et no. Tho. ꝙ si quis habet plures prębēdas: innitens opi. illoꝝ magistroꝝ qui dicūt simpliciter hoc esse licitū: illa opi, nō est vera: nō ꝓpterea excusanť a pcto. Sed & si est vera opi. quā sequitur. ſ. tenere prębēdā esse licitū: si tñ ex cōtrarietate opi. dubitat de veritate opinionis quā sequit: nihil ominus tenet plures prębē das peccat mortaliter: quia discrimini mortalis sic se expo nit: sed si non dubitat & vera est eius opi, non peccat.

§. IX. DE PLVRALITATE PREBEN

diu trãsiuit illud tps ꝑm Guil. & Host. Quidã tñ exponũt
hmõi publicationẽ postq̃. f. in singulis locis fuit publica
ta: & hoc benignius ꝑm Host. sed primũ verius ꝑm Io. an.
Qui vero sc̃m talia statuta pręsumpserint iudicare: vl in
formã publicã scribere iudicata: statim tales sũt excõicati
sc̃m Host. secus autẽ si in priuatã formã scriberẽt. Ioã. an.
Officiales vero & cõsiliarij tũc ligãtur si scirẽt ea esse con
tra libertatẽ eccl̃iasticã: consenserint delicto: vt qa ea ser
uauerunt vel dederũt consiliũ ꝙ seruentur: vel negligẽtes
fuerunt ea de suis capitularibus delere vel officiũ dimittere
q̃cito de eis certificati sciũt & cognoscũt ea esse contra li
bertatẽ eccl̃iæ concessam aliquo tm̃ medio interuallo ad ar
bitrium boni viri. Aliæ vero pſonæ noĩatę in hac decre.
licet seruãt hmõi statuta non sunt excõicati ꝑm Inno. & Io.
an. Hęc ille, qui qdem dicit de facientibus contra libertatẽ
seu priuilegium vniuersalis ecclesiæ.

¶ Excõicatio cõtra oẽs dños prohibẽtes subditis ne faciãt obsequa corpalia pſonis eccl̃iasticis. Cap̃. XVIII.

NOS QVI TEMPORALE DO
minium obtinentes suis subditis ne prælatis aut
clericis seu personis ecclesiasticis quicũq̃ vendant
aut emant aliquid ab eisdem: nec ipsis bladum molant:
coquant panem: aut alia obsequia exhibere pręsumãt: si
qñ interdicũt cum talia in derogationẽ libertatis eccl̃iasti
cæ pręsumãtur eoipso excommunicatiõis sn̄ię decernim⁹
subiacere. Bonifa. de tẽpo. eccle. li. vj. libertatis. licet isti q̃
ad ꝙba viderent nõ infringere libertatẽ: tñ infringebãt fa
ciẽdo fraudẽ de pſona ad pſonã. de q̃ dic vt. xiij. q. iij. plæ
ricq. Ioã. an. Quærit hic Dũcus de sctõ Genimina. quid si
ista ꝓhibitio fiat p illũ qui nõ habet dñium: an hẽat locũ
pœna hic posita? Rñdet ꝙ nõ ꝑ tex. q hic dicit de dñis, phi Statutũ
bẽtib⁹ suis subditis: & exponit illd tpale ꝑ sęculari dñio. Italiæ.
Et subdit. Sed pone ꝙ fiat statutum sicut in Italia i multis
ciuitatibus & dñis: ꝙ prohibeat ne quis donet vel vendat
rem immobilem alicui nõ existenti de iure statuentiũ nõ
subeũti onera cõmuniũ vel dñorũ: & irritat donationẽ vl̃
vẽditionẽ & pœnã imponit: an p talia statuta ic̃ludãt: do
nationes & venditiones in eccl̃esijs. Et ꝙ non ic̃ludant &
ꝙ non teneãt talia statuta quo ad eas ꝓbat p. c. eccl̃ia sctẽ
Marię. de cõsti. & ꝑ plures rõnes. Et ꝙcludit ꝙ hmõi statuẽ
tes hac pœna non sunt ligati ex quo non fuit statutum ex
pſsum de ecclesia: qa si hoc fuisset: tunc ligati essent: qa sta
tutum est cõtra eccl̃iasticam libertatẽ. Tenuit em̃ illud sta
tutum ꝑm cõem sn̄iam oĩm doctoꝝ quo ad laicos trans
rẽtes in laicos iurisditionis alienę: sed si istud excẽderẽt ad
ecclesias inciperent ligari: nec esset absurdũ dicere ꝙ iudex
ecclesiasticus posset illos ad quos ptinet cogere ad declarã
dum statutum: vt nõ respiceret cõtractus faciẽdos cũ eccle
sijs. e. ij. de hęre. c. statutum. Refert em̃ Io. an. in nouel. ꝙ Vin
cẽ. & Abb. dicunt ꝙ statuto facto laicoꝝ, ꝙ cõi vtilitate: ꝙ
vadens de nocte soluat tm̃: clerici non sunt subiecti: sed ꝑ
suũ iudicẽ sunt arcẽdi. di. xcvj, bene qdem. secus dicunt de
dãno in pascẽdis pecoribus vel ad aquã ducẽdis: tũc em̃ te
nent pastores de dãno ꝓprer mercedẽ quã accipiũt.

¶ Excommunicatio ꝺ vsurpates patronatum de nouo i lo
cis pijs: vl̃ vsurpãtes bona vacãtiũ ecclẽarũ. Ca. XIX.

CANCIMVS VNIVERSOS ET
singulos qui regalia custodiã siue guardiã ad
uocationis seu defensionis titulum in ecclesijs:
monasteriꝭ: siue qbuslibet alijs pijs locis de no
uo vsurpare conãtes bona eccl̃iarũ, monasteriorũ, aut loco
rũ ipoꝝ vacãtiũ occupare pſumũt: quocũq̃ dignitatis ho
nore pfulgeant: clericos etiã eccl̃iarũ: monachos monaste
riorũ: & personas cęteras locoꝝ eorũdẽ: quæ hoc fieri ꝓcu
rant: eoipso excõicationis sn̄iæ se nouerint subiacere. Boni
fa. de elec. gñali. lib. vj. vniuersos & vniuersas. nã appella
tione si qs & si qua continẽt. ff. de ver. signi. l. j. & ij. Et ꝑm
Bar. ꝙbum masculinum ꝓlatũ a canone cõprehẽdit fœmi
ninum. qđ ꝓbat. xvij. q. iij. si qs suadẽte. qđ ver̃ nisi ꝑ eã
dẽ vel alia iura excipiat fœmina j. eo. indẽnitatib⁹. Io. an.
qđ Archi. intelligit de canone puniente crimina. Singu
los: vt q̃n pſona vsurpat suo noĩe infrascripta. Vniuersos
vero dixit: puta q̃n aliqua vniuersitas sibi infrascripta vsur
pat de nouo. Archi. Regalia. dic ea q̃ capit rex vacante ecc Iura re
clesia: vt patet in regno Frãcię & Angliç. Nã illa vocãt re galia q̃
galia iura regis in quibusdã eccl̃esijs vacãtibus compẽten sint.
tia quibus de ꝓlato ordinatis illa pcipiũt prælati. vt noĩ.
rex. Archi. Guardiani. qa dicũt se debere custodire eccl̃iam
vacantem donec de prælato fuerit ei ꝓuisum: vt patet exẽ
plũ in eccl̃esia Parmẽsi: vbi tales custodes laici & nobiles
appellãtur vicedomini. patet etiã exẽplum in eccl̃ia Florẽ
tina. Et sumitur hoc ꝺbum & precedẽs. f. custodiã. ꝙ eodẽ.
vñ expone siue ꝙ id est. Et intelligũt quidã hoc comꝑhen
di sub hoc noĩe ius parronatus: qđ nõ credo: sed intelligo
simpliciter sicut sonat: cũ quis aliter notatur. j. de iure pa. Ar
chi. Sed Io. an. sic dicit. Custodiã & quę sequuntur expone
ꝑm Bar. id est ius parronatus qđ sc̃m diuersas regiões di
uersa sortiũ vocabula. Et addit quocũq̃ noĩe censeãt: vsur
pantes de nouo tale ius in ecclesijs & alijs pijs locis: & bo
na ipsoꝝ vacãtiũ occupãtes: excõicati sunt ipso iure. Alijs
vt hospitalibus & alijs quocũq̃ noĩe vocatis. Ioan. and. de
nouo vocatis. f. a. xl. an. citra ꝑm Bar. de cõsue. c. fi. & hoc ꝑ Differt
literam quæ legitur vel ex antiqua cõsuetudine: quę. f. hab occupa
beẽ. j. in tex. hic non posito. Io. an. Bona de qbus nulla est ri & iua
laicis attributa prãs: al̃s facultas: occupare in malã partem di.
sumiẽ: & ꝓprie mobilia dicũntur occupari: immobilia di
cuntur inuadi: sæpe tñ vnũ sumit ꝓ reliquo. Procurat for

te occasione discordiæ inter eos fusciatæ. Et dicuntur p̃curare opẽ:cõsilio:p̃suasione:& cooperatione. Ioã. an. Nota q̃ cõmittens sacrilegium in auferẽdo res sacras vel non sacras:sed de loco sacro:nõ sunt de iure cõi excõicati:nisi hoc facerẽt cũ effractione vel incẽdio. vt eẽ de sen. excõ. cõque sti. in glo. sed si tales post monitionem nõse emendarent: sunt excõicãdi. sic etiã alẽ auferentes bona eccl'iarum non sunt ipso iure excõicati nisi vacãtiũ. vt isto. c. gñali. de ele. lib. vj. qd' aũt dr̃ in decre. xj. q. iij. canonica. de violatorib⁹ eccl'iarum. vt. xvij. q. iiij. oẽs. de raptoribus bonor̃ eccl'iar̃ q̃ sunt excõicati: intelligendũ est p̃m Richar. in. iiij. de violatione & raptu quę fiunt cũ probabili: alẽs personali: effractione vel violentia & hmõi.

¶Excõicatio contra compellentes prælatos & personas ecclesiasticas ad submittendum ecclesias vel ecclesiastica bona eis. Capitulum. XX.

LAICI QVI PRELATOS VEL capitula eccl'iarum seu alias p̃sonas ecclesiasticas ad submissiones hmõi faciẽdas hactenus cõpulerũt post ꝓpetẽtẽ admonitionẽ remissa submissione quã p̃ vim vl' metũ exegerãt eccl'ias & bona eccl'ię eis submissis: taliter in sua libertate dimittãt. Illi ẏo q̃ plãros aut p̃sonas ealdẽ ad talia faciẽda cõpulerint cuiuscũq; sint conditionis aut status excõicationis sint sñia innodati. Ex cõtractibus p̃terea sup̃ p̃missis hmõi licẽtia & cõsensu interueniente hactenus initis: aut quos in futurum iniri contigerit seu occasione illorum laici vltra id quod ex natura contractuum ipsor̃ vel adhibita in ipsis lege p̃mittitur: aliquid non vsurpent. Qui ẏo secus egerint nisi legitime moniti ab huiusmodi vsurpatione desiterint restituẽdo etiam quæ taliter vsurpauerunt: eoipso sñiam excõmunicationis incurrant. Greg. x. de re. eccle. non alie. c. hoc cõsultissimo. lib. vj. Submissiones hmõi. i. de quibus dixerat in prin. vbi prohibet prelatos & ecclesias sibi commissas bona immobilia seu iura ipsarum laicis submittere absq; capituli sui consensu & apostolicę sedis licentia speciali. s. instituendo vel recognoscendo seu p̃fitendo ab illis ea tã q̃ a superioribus se tenere: seu ab ipsis eadem aducendo vel ipsos patronos vel aduocatos ecclesiarum seu bonorũ ipsorum perpetuo ad tempus non modicum statuendum. Talis ergo submissio hic p̃hibet: non autem alienatio bonorum ecclesiasticorum. Et no. q̃ comprehenditur etiam hic fœminæ. s. religiosę: & quod dr̃ aducando exponitur tanq̃ ab aducatis recognoscendo. Et quod dr̃ ad tempus non modicum: inde trahit q̃ ad modicum tp̃s p̃nt vocari in patronos vel defensores. & dr̃ modicum tp̃s infra. x. annos. vl' p̃m Bar. relinquetur iudicis arbitrio. & quod dr̃ cõpetentem monitionem intelligetrinam: nisi facti necessitas aliud suadeat. Io. and.

que alie natio bonor̃ eccleſię licita.

¶Excõicatio cõtra concedentes represalias & vtẽtes in clericos & bona clericorum. Capitulum. XXI.

ALLI QVI REPRESALIAS AD uersus p̃sonas ecclesiasticas seu bona ipsarum concedunt vel extendũt ad eas nisi p̃sumptionem hmõi reuocauerint a concessionis vel extensionis tpe infra mensem si personæ singulares fuerint: sñiam excõicationis incurrant: si vniuersitas ecclesiastico subiaceat interdicto. Greg. x. de iniur. c. etsi pignoratiões. lib. vj. Ecclesiasticas. vt clericos: templarios: hospitalarios: conuersos: & deo deuotos. xij. q. j. duo. Ioan. an. Extendũt. facit differentiam inter extendere & concedere: qa ciuitas vel superior dr̃ cõcedere: sed ille cui concedũtur extẽdere: puta qa ciuitas Bonoñ. dedit rep̃salias ciui suo contra Florentinos: quas extendit ille ad clericos. Io. an. Pręsumptione. i. cõcessione vel extensione represaliarum qd' est cõtra libertatem eccl'iasticam. Io. an. Mensem. q̃ si infra mẽsem istum p̃cessum fuit ad actum: qa fuit eccl'iastica p̃sona pro alia pignorata. i. represalia facta ꝑ eum: nunquid hæc postea habebit locum infra mẽsem. dic p̃m Bart. q̃ in statum pristinum reuocãdum erit infra mensem. de sen. excom. q̃ cũq; vel p̃m Guil'. reuocatio reintegra fieri debet antẽq̃ p cedatur ad actum: alẽs locum habet pœna. Io. an.

¶Excommunicatio contra grauantes personas ecclesiasticas in se vel in suis pro eo q̃ noluerunt eligere eos pro q̃bus rogati erant. Capitulũ. XXII.

SCIANT CVNCTI QVI CLERI cos vel quoslibet p̃sonas eccl'iasticas ad quos in aliquibus monasteriis aut aliis p̃is locis spectet electio. p eo q̃ rogati seu alẽs inducti eũ. p quo rogabat seu inducebãt eligere noluerũt: vel p̃sanguineos eor̃: aut ipas eccl'ias monasteria seu loca certa bñficijs seu aliis bonis suis p̃ se vel p alios p̃soliando: seu alẽs iniuste p sequendo grauare p̃sumpserint: se ipso facto excõicationis sñia nouerint innodatos. Greg. de elec. li. vj. Cũcti etiã eps. Ecclesiasticas. vt conuersos templarios: q licet nõ sint clerici: sunt tñ ecclesiasticę p̃sonę. Spectet de iure cõi. In collegiata ecclesia ad collegiũ spectat electio: & si non est collegium ad patronum: nisi aliud inducaẽ de consuetudine. Si aũt non esset collegiũ vel patronus: p diocesanũ habet ibi ordinari. x. q. j. regẽda. & hęc vera quo ad electionẽ p̃la ti: de inferiori nõ. ẽ. eo. ti. cũ eccl'ia vulterana. Io. an. Rogati. qñ preces inducãt simoniã. dic vt. viij. q. ij. in summa. & viij. qõ. j. Moyses. Inducti per p̃missiones vel alio modo. Io. an. Alios. sed nũquid hæc pœna locũ habebit in p̃sentãte patrono: videẽ q̃ non: qa de electiõe tm̃ loquit̃: & nõ de præsentatione: & hæc est pœnalis: & iõ restringẽda. dic q̃ si patron⁹ est clericꝰ vel p̃sona eccl'iastica locũ habebit cõstitutio: nec hoc est odiosum: sed fauorabile eccl'iarum fauore. Si aũt patron⁹ est laicus pœna locũ nõ habebit: cũ cõstitutio dicat clericos vel eccl'iasticas p̃sonas. Ioã. an. Idẽ Guil'. Bar. Archi. Io. mo. qui dicunt etiam idem in postulãte sententiam. & p̃m Greg. eṕi bñ potẽt absoluere. Io. an. Ex quo conditione canonis huius absolutionẽ sibi papa non reseruat. eẽ de sen. excõ. c. nuper. Noẽ. q̃ Arch. hic mouet quæstionem de mandatario. i. de eo q ex mandato alterius aliq̃d horum operat̃: vtrum icidat in canonẽ' allegat p & cõtra dicẽs: finaliter cõcludit q̃ dici põt q̃ mãdatari⁹ talis ligetur: essi non verbis huius. c. tamen mẽte maxime cum participet in crimine & sit actor mali. Cap⁹ singularis.

¶Excõicatio contra impedientes litigare in foro ecclesiastico in causis quę de iure vel consuetudine: vel ex impetratis a curia p̃n̄ ibi tractari. Cap̃. XXIII.

STATVIMVS NE QVIS IM petrationes lr̃arum n̄rarum ad nos vel ad forum eccl'iasticum recurrentes sup̃ causis q̃ ad idẽ forũ vel de antiqua cõsuetudine ptinere nosc̃ũt ad desistẽdũ vel in foro seculari de q̃nib⁹ hmõi litigandũ: p eorũdẽ iudicũ eccl'iasticoꝝ ipetrantiũ: aut litigãtiũ seu volẽtiũ litigare: aut p̃iquoꝝ ipsoꝝ seu reꝝ illoꝝ: seu eccl'iarũ suarꝝ captionẽ: modisve aliis q̃buscũq; cõpellat. seu cõpelli faciat vel ꝓcuret: nec p se aliosve impediat: q̃ minus corã iudicib⁹ eccl'iasticis delegatis seu ordinarijs q̃rulãtes de causis q̃ vt p̃missum est ad cognitionem ptinẽt eorũdẽ possint libere iustitiã obtinere: nec ad p̃dicta faciẽda dẽt auxiliũ. p̃silio. vel fauorẽ. Si q̃s ẏo ꝙ̃ præsumpserit seipso facto nouerit excõicatiõi subiacere: a q̃ nisi tã iudici cui⁹ cognitio fuerit ipedita vel iurisditio vsurpata q̃ parti q̃ i ꝓsecutiõe turbata fuerit sui iuris: de iniurijs: de dãnis: de expensis: & interesse pri⁹ p eũdẽ fuerit integre satisfactũ nullaten⁹ absoluaẽ. Bonifa. eẽ de imu. eccle. q̃m. lib. vj. Nullaten⁹. i. nullo mõ. Quid si ante satisfactionẽ tales fuerũt absoluti: nõ credo q̃ talis absolutio teneat hæc ista spãl'r. phibẽte lr̃a. Arch. & Io. dicit q̃ tũc demũ facta satisfactiõe poterit absolui p ordinariũ: qa papa sibi nõ retinuit.

¶Excõicatio ꝙ̃ dños & eorũ officiales grauãtes aut licẽtia grauandi dantes clericos vel suos consanguineos propter sñias latas contra eos. Cap̃. XXIIII.

VICVMQVE PRO EO q̃ i reges pricipes & barones nobiles baliuos vl' quoslibet ministros eor̃: aut quoscũq; alios excõicatiõis suspẽsiõis siue interdicti sñia fuerit ꝓmulgata. licẽtia alicui dederit occidẽdi. capiẽdi: seu alẽs i p̃sonis aut in bonis suis vl' suoꝝ grauãdi eos q̃ tales sñias p̃tulerũt: siue quoꝝ sunt occasiõe. platę: vl' eadẽ sñias obseruãtes seu taliter excõicatis excõicare nolẽtes: nisi licẽtiã ipam reintegra reuocauerit: vl' si ad bonoꝝ captionẽ occasiõe ipsi⁹ licẽtiæ ẽ ꝓcessũ: nisi bona ipa fuerint infra octo dierũ spatiũ restituta: aut satisfactio ꝓ ipis ipẽsa: eoipo se tẽtiã excõicatiõis incurrãt. Eadẽ q̃q; sint sñia inodati oẽs q ausi fue-

Vtẽtes ausi fuerint p̃dicta licẽtia data vti vel aliq̃d p̃missoꝝ: aut q̃ praua li cõmittẽda dari licentiã. phibuimus: alẽs cõmittere q̃stionẽ centia. suo motu. Qui aũt in eadẽ sñia p̃masserint duoꝝ mẽsiũ spatio extũc ab ea nõ p̃nt nisi p se. apo. absolutiõis bñficiũ obtinere. Greg. x. de sen. excõ. li. vj. Reges. est autẽ ordinarius regis cp̃s i cui⁹ diocesi deligit vel domiciliũ habet. dif. xcvj. si impator. Io. an. Et dicit. Arch. q̃ nõ solũ regẽ imo & ipe ratorẽ poteſt eps excõicare. ñ. q. vij. §. item cũ Dauid. Ministros. ad clericos potest referri: & sic ꝓprie insequit verbũ suspensionis. Io. an. Licentiã. multo fortius idẽ in iussa vel mãdato. Archid'. Dederit. clare demonstrat hæc lr̃a q̃ si alig̃s contẽplatione excõicati faciat ea q̃ hic in litera numerãtur ipse excõicatus nõ dicitur in culpa: nisi subsequẽs post factũ ratũ habeat. Archi. Suoꝝ. i. consanguineoꝝ vel familiariũ. & sic no. casum in quo percutiens & mãdãs pcuti laicũ est excõicatus. ad idẽ. ẽ. de elec. sciãt. eo. lib. Io. an. Grauãdi. puta ne qs emat ab eis vel eis vẽdat: vel his similia. Ioã. an. Re integra. i. antecq̃ ad occidendum vel capiendum vel alẽs grauãdũ easdẽ p̃sonas in aliquo fuerit ꝓcessum. vnde videt q̃ si re integra fiat reuocatio mãdati vel talis licẽtię: locũ nõ habet qd' hic ſegtur. Si aũt ad aliquẽ actũ sit ꝓcessum p eũ: cũ licẽtia est cõcessa statim licẽtiã dãtes sunt liga-
graujor offenſa p̃sonæ q̃ rerũ. ti: vt hic pater. de hoc de pœ. dist. j. si qs nõ dicã: sed videtur ꝓtra. j. pxi. ibi. nisi bona ipsa &c. dico q̃ grauior est offẽsa p̃sonæ q̃ rerũ de qua offensa loquit̃ litera. quo casu ipso facto statim ligant vt dictũ est. lr̃a aũt sequẽs loquit̃ in offensione rerũ ad quas restitutionẽ termin⁹ octo dier̃ prefigit vt. j. pater. Arch. Impẽsa. s. cũ res nõ extat vt placet læso. In curiã autẽ modo duplici funiculo tunc ligati: qd' esse põt. iij. q. iiij. engeltrudã. Io. an. Vti. & sic mandans & mandatarius eadẽ pœna puniũtur. Alẽs. ideſt præter aliquã licentiã. Ioã. an. Obtinere. similiter in incendiarijs eccl'iarũ: q ex quo denuntiati fuerint nõ possunt absolui ab alio q̃ a papa. ẽ. eo. tua. Et si papa hoc non expressisset perpetuo potuisset ordinarius ipsum absoluere. ẽ. c. nuper. Io. an.

¶Excommunicatio contra exigentes vel exigere facientes pedagia vel gabellas a personis ecclesiasticis pro reb⁹ suis vel ecclesiarum. Cap̃. XXV.

CONSTITVTIONEM FELICIS recordationis Alexã. papæ. iiij. p̃decẽ. nostri q̃ statuit eccl'ias & personas ecclesiasticas ad pedagia & guidagia pentius nõ teneri: nec ad exhibẽdũ vel soluẽdũ tallias. p reb⁹ suis. ꝓpriis quas nõ causa negotiãdi deferũt vel deferri faciũt: seu trãsmittũt volẽtes. p pter multoꝝ insolentiam & abusum pene adminiculo ad iuuare. Adijcimus districtius inhibẽdo cõtraria cõsuetudine quorũcũq; quæ dicẽda est verius corruptela nõ obstãte vt nec collegium: nec vniuersitas: nec aliqua etiã singularis p̃sona cuiuscũq; sit dignitatis, conditionis, aut status a prefatis p̃sonis seu ecclesijs: p p̃sonis ipsis aut rebus prædictis tallias exigat vel extorqueat: vel p se vel p aliũ suo nomine vel alieno: aut eos ad hmõi p̃soluẽda cõpellat, quive ro cõtrafecerint si p̃sonę fuerint sæculares excõicationis: si aũt collegium vel vniuersitas ciuitatis castri: sed loci alterius cuiuscũq; ipsa ciuitas castrũ vel locus interdicti sentẽtiam ipso facto incurrãt: nec ab excõicatione hmõi absolutionẽ vel interdicti relaxationẽ obtineãt donec exacta plenarie restituerint & de trãsgressione satisfecerit competenter. eẽ de cẽsi. c. q̃q̃. li. vj. Si vniuersitas vel singularis p̃sona ecclesias vel ecclesiasticas p̃sonas cõpulerit soluere pedagia vel guidagia vel exactionis. p rebus suis quas causa negotiationis nõ deferũt: vel p p̃sonis singulariꝰ excõicati sunt: & vniuersitas interdicta. Io. an. in sum. Item nota
Negotiari qd fit. q̃ res clericoꝝ eodẽ priuilegio gaudẽt q̃ res ecclesiaꝝ quãtum ad istud. Negotiandi. hoc verbum a multis non plene intelligit. vñ dic q̃ ille dr̃ esse negotiator: qui rem cõparat vt rẽ integrã & immutatã vẽdẽdo lucretur: sed qui rẽ cõparat vt materia sit sibi aliq̃d inde operãdi: puta ex ferro clauos & alia artificiata ille nõ est negotiator. Hãc emꝑ negotiationẽ clerici exercere nõ debẽt. vt. lxxxvij. dis. fornicari. Si aũt deferant vel deferri factãt clerici res causa mercimoniæ: hac immunitate nõ gaudent. & sic est arg. ꝙ̃ emptores redditũ clericoꝝ q volunt in his gaudere immunitate illa qua & clerici: vt nõ. s. soluant guidagia & pedagia de emptis a clericis. Francis. de zaba. q̃rit an id qd' hic dr̃ de pedagijs locum habeat in gabellis & datijs q̃ leuãtur in ciuitati bus Lõgobardię? Et rñ. q̃ Stepha. dicit q̃ sic: quia idẽ iuris de ipis. ar. xiij. q. iij. putãt: &. c. pleriq;. & de priuil'. c. quãto. & ex hoc dicit q̃ tota Italia est interdicta: & clerici irregulares hoc non seruantes. hæc ille. sed hodie taliter excõicati nõ sunt vitãdi: nisi denũtientur. vt habes. j. de cle. excõ. mi. c. fi. Singulares. Generaliter loquitur: vñ credo q̃ comprehẽdat etiã epos: si obnũciatur. eẽ eo. de sent. excõ. lib. vj. c. ga periculosum. q̃ nõ loquitur in sñia excõicatiõis: vt hic. sed suspensionis & interdicti. Archi. Obtineãt. cũ papa si taliter absolutionẽ nõ retineat alijs concesse videbit. eẽ de sen. excõ. nup. Arch. Restituerint. hoc ẏ bũ demonstrat q̃ absolutionẽ p̃cedat restitutio. sic. ij. q. vij. accusatio. vbi de hoc in glo. Excõicatos. q. videẽ &. c. &. xvij. q. iiij. de p̃byteroꝝ. in fi. vbi plene de hoc in glo. &. xj. q. iij. excõicatos. i glo.

¶Excommunicatio contra imponentes tallias, collectas, vel p̃stantias clericis sine licentia papæ. Cap̃. XXVI.

ADVERSVS CONSVLES RE ctores ciuitatũ & alios q̃ eccl'ias & viros eccl'iasticos tallijs seu collectis & exactionib⁹ alijs aggrauare nituntꝰ: volẽs immunitati eccl'iasticæ Lateran. pcc. q̃ uidere p̃sumptionẽ hmõi sub anathematis districtione ꝓhibuit: transgressores & fautores eorum excõicationi subiacere præcepit: donec satisfactionẽ impenderint cõpetentẽ. &. j. circa finẽ: & successorẽ ipsi⁹ nisi satisfecerit infra mẽsem manere decernũ⁹ eccl'iastica cẽsura cõclusum donec satisfecerit competẽter. Et in eadẽ post dicta ĩmediate sequẽti. Verũ si q̃n forte eps simul cũ clericis tanta vtilitatẽ vel necessitatẽ ꝓspexerit: vt absq; vlla coactione ad releuandas vtilitates & necessitates cões vbi laicorũ nõ supperũt facultates subsidia p ecclesias duxerint conferenda p̃dicti laici humiliter & deuote recipiant cũ gratiarũ actione. ꝑter imprudentiã tũ quorũdã Romanus pontifex prius cõsulaẽ. Inno. iij. eẽ de immu. eccle. Lateran. concilii de quo. ẽ. c. nõ min⁹. vbi ferẽ talis sñia excõicatiõis cũ ista tũ additione seu cõditione si admoniti desistere noluerint vbi dicit glo. Ber. q̃ si se nõ correxerint post admonitionem sunt ipso iure excõicati. Et dicit Host. q̃ sufficit vna admonitio: maxime q̃ a canõ iste induct⁹ est in fauorẽ ecclesiaꝝ & odiũ tyrannoꝝ: quoꝝ alig sunt adeo ẽribiles q̃ nec facile est eos tertio admonere cũ quãtũcũq; monẽtur appellẽt: nec audẽt prelati dare sñiam timẽtes sorsitã plura pderẽ. Prouidet ergo q̃ sufficiat vna admonitio cũ competẽti termino. Appellatio ẏo excludit: qa a correctione canonis nõ appellat: nec ꝓtero est impudãdũ si a canone sñia ꝓferatur. Addit etiã & ferẽ sñia excõicationis in prędicto. c. non minus. cõtra euacuãtes auctoritatẽ & iurisdictionem prelatoꝝ: ita vt nihil ptãtis in eis in suis videaẽ hoĩb⁹ remãsisse: nisi moniti desisterint. vbi dicit Io. an. sup̃ verbo iurisdictionẽ & spũalẽ. interdũ hic tñ loqtur de tpali quasi etiã rectores hodie nõ solũ diminuere: sed etiã in totũ subtrahere molitũtur & tales si moniti nõ desistant sunt excõicati ipso iure. Et hac sñia infiniti ligãtur q nõ vitanẽ. vt dicit Host. q̃ periculosissimũ est. Successorẽ ipsius. s. in illa dignitate vel rectoria: p̃sueuerunt emꝑ vniuersitates sibi eligere rectores annuales: ne dilectũ p̃decessoris p̃iudicet successori: sed iã est. ꝓriũ delictũ ex quo ipm nõ purgat: qa cõsentit. vt dicit ibi glo. & hic Ber. infra mensem. s. a tpe sui regiminis cõputãdũ: & etiã interim si cõsensit his ꝓpter q̃ fuit excõicatus p̃decessor ei⁹ cũ p id appareat q̃ in crimine damnato participat & sic ligaẽ eadẽ sñia. De hoc aũt tpe quo ad sententiã huiꝰ canonis nihil minui põt: tñ ordinari⁹ hũc terminũ ex cã abbreuiãdo sua sñia posset taliter ligare. Io. an. Inclusum. ergo est canõ latæ sñię. Io. an. Satisfecerint. omne damnũ emẽdãdũ eccl'iæ: qd' ex ipsi⁹ exactione ipsi contingit: sed & si cõsiliũ dedit de collecta imponẽda ad restitutionẽ ipsius teneẽ. Si ẏo cõsiliũ nõ dedisset forte nõ cogeretur ad emẽdationẽ collectæ: sed alẽs interesse qd' obuenit eccl'iæ ac ipsi⁹ regimine emẽdabit: & forsitã pniam spũalẽ & etiã pecuniariã ipsum subire p̃m q̃ bon⁹ iudex arbitrabit̃ oportebit. hęc aũt tm̃ locũ habent cũ qs succedit in regimine illius q est excõicatus ex p̃dictis causis vel aliter qualitercũq; ꝓpter libertatem eccl'iarum violatam: secus si ex illa causa esset ptãs excõicatus vel cõsiliarij vel vniuersitas seu ciuitas interdicta: tunc emꝑ succesſor⁹ nõ esset excommunicatus p̃m Inno. cuius est quasi tota ista glos. hoc intelligas sic p̃m Hosti. videlicet q̃ mẽsis iste seu præsumptio quæ ex lapsu

A correctione nõis nõ appellatur.

sumitur ad alios casus nō extēditur. Illud aūt certum est ꝙ quicūq; succedit excōicato & fouet factū dānatū ,ppter qđ prædecessor excōicatus fuit. Eādē sententiā incurrit Io.an. & addit ꝙ si nouus rector operam dedit quātūcūq; potuit ꝙ hoc emendaret: sed vniuersitate resistente qđ intendebat nō potuit obtinere: nō propterea excusatur, nisi oīno relinquat regimē. Io.an. Necessitatem iustam & honestā. Inno. quorūdā prælatoꝝ: q sine iusta causa dabant subsidium & soluebāt. Inno. Cōsulatur. Nota hic ꝙ Bonifa. i. vj. eo. ti. c. clericis, fuit lata sententia excōicationis a qua absolui non poterāt circa sedē apostolicam in laicos imponentes collectas & tallias clericis vel alias exactiōes & psonas ecclesiasticas: & talia dātes eisdē absq; licētia sedis apostolicę: quæ quidem constitutio Bonifa. in cle. eo. ti. c. qm. extat reuocata. Et ꝙ in istis duabus decre. scilicet nō minus. & aduersus circa hmōi materiā dicit ibi ꝓcipit obseruari. Quæritur si ad clericum aliqua de iusta causa calamentum rusticī & possessiones perueniant: & ꝓ modo illarum & quantitate soluebat rusticus in questis & collectis qui cōiter fiebāt in loco ratione regiminis vel alia. Vtrum ipse clericus tenea tur similiter in prędictis pro modo et rata possessionum. Omissis aliis allegationibus ꝓ & contra: finaliter dici potest ꝙ talis clericus liber esse debet a prædictis, quod ꝓbatur p. c. qa nonnulli. de immu. eccle. li5. vj.

¶ Excommunicatio cōtra extorquētes absolutionē a censuris ecclesiasticis per vim vel metum. Cap̄. XXVII.

ABSOLVTIONIS BENEFIciū ab excōicationis sniā vel quācūq; revocatio nē ipsi⁹ aut suſpēſionis: seu etiā iterdicti ꝓ vim vel metū extortā p̄sentis ꝓstitutionis auctoritate oīno viribus euacuam⁹. Ne aūt fine vindicta violentiæ crescat audacia eos q reuocationē seu absolutionē hmōi vi vel metu extorquēt excōicatiōis snię decernim⁹ subiacere.

Facta ꝓ metum; quō obligāt. Greg. x. eō de his q vi me. li5. vj. Absolutionis huiꝰ decre. fuit dubitatio: qa regulariter q̄ ꝓ metū fiūt tenēt seu valēt et obligāt. qđ dic vt no. xv. q. vj. auctoritatem. Fallit tn̄ in casibus ibi notatis ꝫ quos addo istū & qa sicut iniusta ex cōicatio ligat sic videbaſ de iniusta absolutione de pœni. dis. i. ꝗbū. Io.an. Excōicationis etiā iniuste, humiliter em̄ debet petere absolutionē nō ꝓ metū cōpellere: qa sniа pastoris siue iusta siue iniusta tenet. xi. q. iij. c. i. ꝑm em̄ Guil. & Bar. Reuocationē, differētiā facit inter absolutionem & reuocationē. Et pōt dici absolutio solēnis q̄ fit iuxta formā ecclesiæ. Reuocatio verbalis sine solēnitate vel vbi tenuit excōicatio: locū habeat absolutio: vbi non tenuit excōicationis reuocatio: vel referr̄ reuocatio ad absolutionem ad cautelā. Io.an. ſed interdictum ,pprie dicit relaxari. Archi. Suspēſionis: intelligo indistincte: vt loquiť. i. siue ab officio siue a bñficio: siue ab ingressu ecclesiæ. ſ. de sen. excō. is cui. Io.an. Interdicti, ista tria sunt paria q̄ oīa sub censura ecclesiastica cōtinētur de verbo si quręnti: & secum trahunt executionē vnde sequens appellatio nō suſpēdit ea⁹ effectū de appel. c. pastoralis & in scriptis ferri debet. de sentē. excō. c. cū medicinalis. li. vj. Io.an. Vin. Vis est maioris rei impetus cui resisti nō pōt. ſ. cōmode. ff. e. l. ſ. Metus autē repidatio mentis ínstantis vel futuri periculi causa. ff. eo. l. ſ. Et exigitur ꝙ prę̄sens sit metus: licet futurū sit periculū. & quis metus excuſet. no. ā. eo. dilecti. Io.an. Et dr̄ metus quasi mētē tenēs. vis tn̄ plus est q̄ metus. Omne em̄ qđ vi fit p metū fit: sed nō ecōuerſo. ſed cū met⁹ infertur ei resisti pōt licet cū periculo. & cū multis modis accipi posſit metus accipiatur large vt sonat hæc litera. & hoc in odiū facientis.

Metus qs obligatori⁹.

Nota tn̄ ꝙ licet aliqua verba dicāt talia q̄ videantur incurere, timorē: illa tn̄ nō semp sufficiunt ad iustū timorem: & idcirco hoc relinquo arbitrio boni viri ꝫm illud qđ dicit in glo. in pluribus aliis. c. eō. eo. tit. cū dilectus. Archi. Extortā. factū requirit hæc litera. Archi. Euacuamus. ergo taliter absolutus remanebit vt prius excōicat⁹. Archi. Et q̄uis in excōicatione p vim vel metū extorta idē videatur. ſ. ꝙ ipso iure nō valeat: & par ius ligādi & soluendi esse voluit. de pœni. dist. i. ꝗbū dicit cōtra ꝙ valet ꝫm Bar. glo. x. q. iij. quatuor. Io.an. Ratio est: qa vtrobiq; aīæ ꝓsulitur: qđ est faciēdū in dubio: pōt tn̄ ꝓ exceptionē elidi. vt no. i. d. c. quatuor. Extorquēt. ergo si metū intulit & iudex absolvere noluit: nō habet locū hęc pœna: qa ꝗba &c. de cle. nō resi. relatū. aliter tn̄ puniret. Io.an. Excōicatiōis. Nota excōicatus accipit excōicari. qđ dicit vt no. iij. q. iij. engeltrudā. Si aūt nō ipse excōicatus: sed alius metū hunc inferat sic excōicatus erit: & sic nō sumaſ pdictū argumētū. Sed nunqd in hoc casu ipse excōicatus: vel interdictus: vel suspēsus incurrit hāc pœnam? dic ꝙ sic: si mādauit vel eius noīe factū ratū habuit. eō de elec. scriptū. Nec dicā istos pœnam euadere: licet absolu⁹ postea ratum habuit illud qđ ab initio coactus fecerat: qa statim ab ,itio ligati fuerūt absoluti: tn̄ potuerūt ꝙ suū ordinariū cū cōditor canonis sibi non reti nuerit absolutionē de sen. excō. nup. & in hāc pœnā incidit ꝙ ꝙ pœnā amissionis reꝝ ad hoc cōpellit ipm excōicatorē. ā. eo. c. abbas. Io.an. Subiacere. quid si cōpulit ꝙ vanū me- Metus tum de quo timere non debeat: nūquid tūc locum haberet vanus. pœna? dic ꝙ non ꝫm Bar. qa talis metus non inducit restitutionem: nec proprie appellatur metus. Io.an.

¶ Excōicatio contra cogentes nō seruare interdictū: vel ex communicatum non vitari. Cap̄. XXVIII.

TERESVMPTORES QVI IN LOcis interdicto suppositis: quēcūq; de cętero diuina celebrare officia quomodolibet cogerc: aut qui modo p̄dicto ad officia eadē audienda aliquos excōicationis p̄sertim vel interdicti ligatos sniа reuocare: seu qui ne excōicati publice aut interdicti de ecclesijs dū in ipsis missarum agūtur solēnia a celebrantib⁹ moniti: exeāt ,phibere: ne cnō excōicatos publice & interdictos qui in ipsis ecclesijs noīatim a celebrantibus vt exeāt moniti remanere p̄sumpserint excōicationis sniа a qua per sedem dūtaxat apostolicā possint absolui: sacro approbāte cōcilio innodamus. de sen. excō. grauis. in cle. Præsumptores. hęc pœna nō extēdit nisi ad dnos tpales excepto vltimo casu: ibi: necnon excōicatos. Dnos aūt intellige etiā prælatos q habēt tpale dūiū in loco. Paulus. Quomodoliber omnē modū cōpulsionis realē psonalē: directū & indirectū cōprehēdit: vt si res eorum occupāt cōsanguineos grauāt in psonis vel rebus. facit de elec. c. scīat cūctī. lib. vj. Io.an. Cogere p̄sumpserint, qđ sequiť. & est primū mō prædicto. ſ. voce pręconia. Vox p̄conia. de quo. ā. dixerat. Vox preconis q̄ndę paucis innotescit: & hoc respectu fortior videť vocatio p cāpanā: sed qa preco loquiť & edictū ponit ex patre mādātis: iō maior est cōtēptus. Io.an. Euocare præsumpserit, qđ sequiť: & est secundū. Publice occulte em̄ excōicatos non vitamus in publico. vj. q. iij. c. iij. xj. q. iij. audi. §. cū ergo. Missarum. in aliis ergo diuinis officijs non est locus pœnæ. Io.an. Moniti. nō dicit noīatim: vt in ,pxi. ver. per qđ patet quo ad ,phibentes sufficit gñalis monitio: puta qa monet ꝙ oēs excōicati & interdicti exeāt: & ille ꝓcipit ꝙ nō exeāt. Io.an. Si autem ꝓceiperet vel ,phiberet nō subditis: non esset locus pœnę: ꝫm Paulū. Prohibere p̄sumpserint, qđ sequiť. & est tertiū. Nominatim ex generali monitione nullus ligatur ex eo ꝙ remanet: soli ergo noīatim moniti remanētes ligabuntur. Io.an. Remanere. intellige etiā si ipsi dñi tpales non mandent hoc. Io.an. Excōicamus. excōicatus ergo iterū excōicatur. de hoc. iij. q. iiij. c. engeltrudam. Io.an.

¶ Excōicatio ꝑ facientes statuta ꝙ vsurę soluanť: vel soluentę nō repetanť aut restituanť: & iudicātes ꝫm ea. Ca. XXIX.

SVICVMQVE COMMVNITAtū ptātes: capitanei & rectores: ꝓsules: iudices: cōsiliarij: aut alij qcūq; officiales statuta hmōi de cætero facere vel dictare: aut ꝙ soluantur vsurę: vel ꝙ cū soluę repetunť: non restituanť plene libere scienter iudicare p̄sumpserint sniam excōicatiōis incurrāt: eādē etiā sententiā incursuri: nisi statuta hmōi hactenus ædita de libris cōitatū ipsaꝝ sic sup hoc ptātē habuerint ītra tres mēses deleuerint: aut si ipsa statuta vel cōsuetudines officium eoꝝ habētes quoquo mō p̄sumpserint obseruare. Cle. v. de vsur. in cle. Cōitatum. Ipsa aūt cōitas nō incurrit hanc pœnā. de sen. excō. romana. li. vj. Cōsules. noīa sunt officialiū ꝫm varias locoꝝ cōsuetudines. & qa oīa nō pōt specificare submittit ita clausulā gñalē: vt cōpręhendat oēs quocūq; noīe cēseanť. Pau. Cōsiliarij. ad talia dātes consilium. Pau. Officialis ergo si qs talia statuta non vt officialis scriberet vel dictaret non est excōicatus, nō ob. ne cle. vel mo. senrē tiā: qa ibi duo requiritur. ſ. ꝙ scribat vel dictet: & ꝙ homicidia sit postea secutū: qa tūc ,dat cōsiliū vel auxiliū vel fauorē. vt ibi do. Inn. & Host. sed hic scribēdo faciēdo vel dictando

dātio mī incurrit pœnā absq; alia executione statuti. Pau.

Vsuræ ꝓpręg. Statuta hmōi de quibus, ā. dixerat: q̄. ſ. exigi & solui vsuras cōcedūt: vel ad soluēdū debitores cōpellūt vel grauia onera imponūt vsuras repetentes: sicut si esset statutum ꝙ vsuras repetētes in foro ecclesiastico ꝙ potestatē cogātur vsurario mutuare tātā pecuniā: & tāto tpe quanto tenuit repetens pecunias vsurarij, soluūtur vsuræ in casu a iure nō cōcesso: secus si in casu cōcesso. vt. ſ. eo. titu. c. ſ. & c. salubriter. Pau. Improprie tn̄ dr̄ vsura in prędictis, call eg. Laudul. vt ergo locus sit pœnæ necesse est ꝙ statuto caueatur ꝙ vsurę soluantur: vnde non sufficeret si statuto caueretur ꝙ vltra duos vel tres denarios ꝙ libra nō soluať in mēse: qa supra illā sentētiā, phibēdo nō videť ꝙ hoc vsę ad illā cōcedere. ar. de treu. & pace. c. j. Pau. & Io.an. De mentali autē vsura hic nō videť loq; hęc lra: qa licet creditor i judicio ꝓfiteatur suā prauā intētionē: tn̄ repeti nō posſit vt vsura: sed vt qua si vsura & iniuste receptū. vt no. Host. eo. ti. c. cōsuluit. vbi dicit ꝙ vsura mētalis debet restitui. Itē ibidē Innoc. & Ray. in sum. Pau. Repetātur ab eo ꝙ potest, nec ob. c. qa frustra. eo. ti. Pau. Restituātur qñ de earū exactione constat in iudicio iudicare: & q iudicata scripserit si iudex ꝫm p̄dicta statuta, de sen. excō. nouerint, in fi. vbi ꝙ nō iudicaretur ꝫm p̄dicta statuta: tūc scribens sniam nō incurrit pœnā: sed solū iudicās: nisi velis dicere ꝙ etiā in primo casu hæc cōstitutio pœnalis nō extēdit ad psonas nō exp̄ssas: vt videtur verius ar. de reg. iur. in pœnis. li. vj. Pau. etiam Io.an. dicit ꝙ de scribentib⁹ iudicata nō exprimit hæc constitutio. Incurrāt, incōtinēti sine tpis interuallo. & sic faciētes dictantes & scribētes talia statuta: ac iudicātes vsuras esse soluendas vel nō repetādas vel repetitas nō soluēdas statim sunt excōicati. Aliud in his q statuta ibi facta debēt delere: q videlicet si hīt ptātē delēdi de iure & de facto vt dicunt Pau. & Inno. si nō deleuerint post tres menses etiam ipsi sunt excōicati. Consuetudines. h. d. quia qñq; nō statuūt talia: sed assuescūt. i. in cōsuetudinē deducunt. Io.an. Obseruare. officiales scilicet expresse. si em̄ nō expresse ea seruent: nō sunt excommunicati. Io.an. & Pau.

¶ Excommunicatio contra deferentes arma: vel ligna: vel mercimonia ad Saracenos. Cap̄. XXX.

EXCOMMVNICAMVS ET anathematizam⁹ illos q cōtra christū & ppl'm xp̄ianū Saracenis arma: ferrū & lignamina deferunt galearum: eos etiam q galeas eis vēdunt vel naues: q in piraticis Saracenoꝝ nauib⁹ curā vel gubernationē exercēt: aut machinis aut qbusdam aliis impēdūt aliqđ eis cōsilium vel auxiliū in dispendiū terræ sctē: ipsoſq; rerū suaꝝ priuatione mulctari: & capiētiū seruos fore censemus ꝓcipiētes: vt p oēs vrbes maritimas in diebus dñicis & festiuis hmōi sniа publice innouēt: & talibus gremiū claudiť. miū nō aperiať ecclesię: nisi totū qđ ex cōmercio tā dānaro peeperint: & tātūdē de suo in subsidiū terræ sctē trāsmiſerint. &. j. ꝙ si forte soluēdo nō fuerint sical's reatus raliū ꝙ in pœna ipsoꝝ aliis interdicať audacia similia p̄sumendi. Inno. in cōcilio gñali, eō de iudęis. c. ad liberandā. Cōciliū gñale de quo hic repetit cōcilium Laterañ. de quo. ā. c. ita quorūdā. & addit pœnā imponendā tpe absolutiōis ibi & talibus. Notandū ꝙ tales excōicati nō absoluunť ab excōicatione: nisi id totū qđ ex cōmercio dānato peeperint: & tantūdē de suo in subsidiū terræ sctē trāsmiſerint: si tn̄ absoluātur non facta satisfactione tenet absolutio: sed reduci debēt in prīstinam excōicationis sniam: nisi hoc faciāt ꝫm Egidiū. Idem Io.an. & Pe. de ancha. Sed q̄rit ex quo isti pri Notabi uanť bonis suis & bona cōfiscanť quō vltra pœnā puniū lis caſ⁹. tur & transmittūt in subsidiū terræ sctē qđ receperūt ex cōmercio &c. Et rndēt prædicti doctores ꝙ ante cōfiscationē ipsoꝝ hæc pœna vel soluiť de bonis q̄ſtis post ꝓfiscationē. vel dicas ꝙ pœna ꝓfiscationis imponiť a iudice ſeculari: sed pœna restitutiōis ei⁹ qđ pœpetū est: & tātūdē de suo imponiť p ecclesiasticū iudicem. Et ꝫm Pe. de ancha. Pœna priuationis oīm bonoꝝ nō imponiť ipso iure: sed p sniam ec iudicē ſeculare sic al's reatus: qa potuerūt subiici ꝗbus⁹ loco pœnæ. Et no. ꝙ hæc pœna q̄ inducit p ecclīa. ſ. datiōis eius qđ pœpit qs p tale cōmerciū & tantūdē de suo: si non trāsmittit in subsidiū terræ sctē: qa. ſ. nescit talis cui debeat dare: applicari seu dari debet camere aplicę: nec hāc pœnā relaxare pōt: nisi papa vel is q habet ab eo sup hoc ꝑmissio

nē. vt est summ⁹ pœnitētiarius. Vñ q in hūc canonē incidere cōsueuerūt se cōponere sub tali pena cū camera apostolica dādo certā partē eius: & de residuo solet eis fieri remissio. sic audiui a sapiētib⁹ practicari in curia: & hoc q̄n talis soluere pōt: nā q̄n nō potest faciēdū est qđ dicit in. c. supra dicto. Quis aūt debeat absoluere a tali sniа dicit glo. sup. c. ꝙ olim, ꝙ ep̄s ex quo papa sibi nō retinuit quod olim habuit locum: nūc aūt secus. vñ dicit Io.an. & Pe. de ancha, super. e. c. ꝙ hodie papa tpib⁹ qb⁹ solet facere gñales ,pcessuter in anno tales excōicat: & tunc a tali sniа solus papa absoluit hæc ille. ꝫm⁹ etiam pœnitētiarius videť hīe ptātē tales absoluēdi. Et nota ꝙ illud. c. ꝙ olim, ,progatur. i. extēdit dif dicta pœna excōicatiōis ad alium casum q̄n in illis duabus decretalib⁹: scilicet ita quorūdā. & ad liberādā. cōtinetur: videlicet quicūq; ac q̄cūq; alia mercimonia q̄ ibi portanť durāte guerra inter nos & ꝓs: & etiā si fierēt treuga: qa ꝙ treugā nō tollit guerra: sed incermittit. Itē no. ꝙ Nico. iij. in quadā extrauagāti: q̄ incipit olim tā in gñali, statuit & innouat ꝙ nullus arma: ferrū, equos: lignamina: victualia: & alia quæcūq; mercimonia in Alexādria vel alia loca Saracenorum terræ Egypti deferre vel mittere: seu de suis portub⁹ vt eis deferanť extra here vel extrahi ꝑmittere: aut eis vel auxiliū vel fauorē p̄stare præsumat: al's sunt excōicati ipo facto: nec pōt absolui nisi tātūdē de bonis ,pprijs in dicte terræ subsidiū cōuertēdū exoluerint quātum ad partes p̄dictas detulerint: aut miserint: aut deferri vel de ipsoꝝ portubus deferendū eis extrahi ꝑmiserint. Et sil'r statuit de oib⁹ terris Sol dano subiectis. ſ. incurrant etiam prędictas & alias pœnas tpales. Quæ extrauagās innouata est ꝑ Bonifa. vj. & iterū ꝑ Cle. v. qui absolutionē ab huiusmodi sniа: præterq̄ in mortis articulo papæ reseruauit. vt patet i extrauagā. q̄ incipit. Multa mēris &c. & hinc hodie statur: qđ etiā patebit. j. ex ipso, ꝓcessu papæ annuali q fit in curia. Veneti aūt sup hoc habēt licētiā a papa mar. v. quātum ad mercimonia & victualia ꝑ plures annos: nō autem quo ad arma & lignamina habēt licētiā vñ nō incurrit p̄dictā pœnā. & idē de aliis etiā q habeꝛt similē licētiā. quo. ſ. ad mercimonia. secus si portarēt feu portari facerēt arma seu lignamina: qa tūc incurrerēt. Nota etiam ꝙ accedēs ad sepulcrū dñi cā deuotionis sine licentia papę est excōicatus & eius absolutio papæ reseruať vel summo pœnitentiario vt reperi in li5. pœnitentiarię summi pœnitētiarij. accedēs ad sepulcrū dñi.

¶ Excommunicatio contra spoliantes romipetas & contra piratas & absolutio papę reseruatur. Cap̄. XXXI.

EXCOMMVNICATIONI SVBdātur q Romanos aut alios xp̄ianos ꝑ negotiatiōe vel aliis honestis causis nauigio vectos aut capere aut reb⁹ suis spoliare p̄sumūt: illi etiā q xp̄ianos naufragiū patiētes spoliant rebus suis: nisi ablata reddiderint excōicationi se nouerint subiacere. ex cōcilio Laterañ. ex̄ de rapto. excōicationi. Prima pars huius. c. di. Hoſt. ꝙ est canō latæ sniæ. Et addit ꝙ piratæ ter ī anno abore papę excōicātur solēnirer. Sccꝺa pars di. ꝙ est canō ferē de sniæ. Inno. Tan. Vin. & Goff. dicunt ꝙ est ista sccꝺa pars latæ snię. Io.an. di. ſic. Credo ꝙ prima pars sit canō ferendę sniæ: excæpto eo qđ dictū est de piratis qui sunt excōicati a papa, ter in anno. Sccꝺa pars est canō latæ sententię: ita tn̄ qđ præcedat admonitio. vt dicit glo. & ,pbat hoc vis verboꝝ. rō diuersitatis satis patet. & sic ps pōt ,itelligi de quolibet nauigio. Idem Io. de lig. dicēs ꝙ ista est cōis opi. & ꝙ primū dictū intelligiť de quolibet nauigio: cuius Hoſt. restringat ad maritimum. Quantum ad secm dicit si post admonitionē nō restituūt ablata statim sunt excōicati: si aūt restituat nō sunt excōicati. Idem Pe. de ancha. & addit, qui aūt peregrinos & mercatores nō nauigātes: sed al's itinerātes spoliāt excōicari debēt: sed nō sunt ipso iure excōicati. ex̄ de treu. & pa. c. i. Hæc ille. Hic tamen nota ꝙ spoliantes romipetas vel euntes ad curiā vel redeuntes pro causis agēdis in curia sunt excōicati excōicatione papali. vt. j. patebit in processu annuali papæ. Excōicatio papalis in spolian tes romipetas.

¶ Excōicatio contra clericos participantes sponte & scienter in diuinis cū excōmunicatis a papa. Cap̄. XXXII.

CLERICOS QVI SCIENTER ETſpōte participauerūt excōicatis a nobis: & ipsos in officijs receperunt: eidem excōmunicationis

sentẽtia cũ ipsis nõ dubitam⁹ inuolui: quos etiã ꝓ absolutiõis bñficio habẽdo ad nos volum⁹ remitti. Cle. iij. de sen. excõ. c. ſignificauit. Circa expoſitionem huiꝰ decreti. eſt triplex opi. ſolẽnis. quarta cõiter reprobaꝫ. Eſt ergo. j. Hoſt. q̃ etiam ponit in ſumma cõfeſſoꝝ. ꝙ illa ſit noua excõicatio nis ſpecies ad quã incurrẽdã quinq; requiruntur. Iſtã etiã ſequitur. Io. an. opi. vt ponũt in rex. Primo ꝙ cõicans cũ excõicatis ſit clericꝰ. Secũdo ꝙ cõicet ſcienter vel participet: Tertio ꝙ cõicet ſpõte. & dicit Goff. excludi hic coactionem abſolutã nõ cõditionalem. Quarto ꝙ cõicet in diuinis: & hoc intelligendũ ſm Goff. de oĩb⁹ diuinis officijs tã de his quæ in eccl̃a dicũtur q̃ de his quę extra. ſ. horis canonicis. Quinto ꝙ cõicet ſeu participet cum excõicatis noiatim a papa in hmõi diuinis: talis excõicationẽ incurrit abſoluẽdus nõ niſi ꝑ apl̃icã ſedẽ: qui aũt aliꝭ excõicatis a canone cõicat in diuinis: licet peccet: nõ tñ eandẽ ſnĩam incurrit. & de hoc. ſ. c. de minori excõicatione. Scda eſt Pe. de ancha. q dicit ꝙ q cõicat cũ excõicato a papa ſponte & ſciẽter & i diuinis eſt excõicatus eadẽ ſnĩa. & iſtũ dicit eſſe verum intellectũ huius. c. & ita reperi ex recollectis eiuſdẽ. Idẽ videtur dicere Guil. Spec. & Goff. Tertia eſt Tan. ſ. ꝙ qui participant cũ excõicatis apapa eodẽ crimine ꝓpter qd̃ ille eſt excõicatus eadẽ ſentẽtia ligãtur: & ſic ſunt abſoluẽdi a papa. eꝫ eo. nuper. Hãc opi. dicit glo. credo veriorem. Inno. etiam dicit ſic poſſe intelligi. Io. an. & Io. de ligna. dicunt ꝙ videtur ad hærendum huic vltimæ expoſitioni.

Nota bene.

¶ Excommunicatio contra ſepelientes interdictos excommunicatos vel publicos vſurarios. Cap. XXXIII.

EOS QVI PROPRIE TEMERITATIS audacia defunctoꝝ corpa (non ſine conſẽſu cleri ſui eccl̃iæ) in cœmiterijs tpe interdicti i: aſib⁹ nõ cõceſſis a iure excõicatos publice vel noiatim interdictos: vel vſurarios manifeſtos ſciẽter ſepelire ꝑſumũt: ipſo facto excõicationis ſnĩę decernim⁹ ſubiacere: a q̃ nullatenus abſoluanꝫ: niſi prius ad arbitriũ dioceſani eꝑi eis qbus ꝑ præmiſſa fuerit iniuria irrogata ſatisfactionem exhibuerint cõperentẽ. eꝫ de ſepul. in cle. c. j. Eos. includit vtriuſq; ꝓfeſſionis ꝑſonas laicos & eccleſiaſticos exẽptos & nõ exẽptos. Pau. Proprie temeritatis audacia: ſciẽtiã notat quaſi ꝓprio auſu: & ſumitur i malã partẽ: vbi aũt nõ faceret temere: puta ꝓbaꝫ dicit ſepeliẽdũ fuiſſe abſolutũ: vel veriſimiliter putat ſepulturã nõ ꝓhibitam illi rõne ſtatꝰ: & ſic errat i facto nõ habet locũ hęc pœna. Pau. In cœmiterijs. Pau. idẽ ſi in eccleſia: ſecꝰ ſi in cãpis vel locis priuatis. T pe interdicti. nã tũc interdicta eſt ſepultura. Nõ cõceſſis a iure. hoc dicit ꝓpter clericos q ſeruauerunt interdictũ qbꝰ ꝓceditur tpe interdicti ſepultura cũ ſilẽtio & abſq; cãpanaꝝ pulſatione. vt in ꝑdicta decre. qd̃ intellige ꝓpter priuilegiatos circa cõfratres. In quatuor ỹo feſtiuitatibus in qbꝰ celebrari põt eo tpe. ſ. interdicti. alta voce non puto mortuos ſepeliri debere. vt de puile. c. cũ & plãtare. Io. an. & idẽ Pau. & Zen. Excõicatos ab hoĩe vel a iure: & intelligas de maiori excõicatiõe: licet eñ excõicati minori ſic decedentes ſepeliendi nõ ſint: vt Inno. eo. ti ſacris. huic tamẽ pœnę locꝰ nõ eſt. Io. an. Publice. & ꝑ ꝑ q̃d̃ dicit publice: dico ꝙ ſi eſſet occulte dato ꝙ ſepeliẽs ſciret: non eſt locꝰ huic pœnę: licet priuet ſepultura: ſi de hoc cõſtare põt: ſed talis eſſet excõicatꝰ minori ſm Ala. & Ber. qd̃ placet Pau. aut nominatim interdictos. Pau. A diuinis & participatiõe ſacramentoꝝ tales puniunt ꝓpter ſuã priuatiõe. vt no. Inno. & Hoſt. ſecus ſi interdicti ab aliquo tpali vel ſpũali exercitio

Interdicti noĩa tim qui ſint.

iuriſdictionis miniſterij vel officij: qa tales nõ ſunt priuati aliꝭ diuinis: ergo nec ſepultura. Qui dicantur noĩatim interdicti. Laud̃. di. ꝙ noĩatim interdicti ſiue ſint denũtiatione noĩati ſiue ſpãliter ſint exꝑſſi. vt no. Inno. Sed q̃rit quid iuris ſi notoꝝ eſt de fautoribꝰ q occaſionẽ dederũt interdicto p eꝫm lato: nõ ſunt tñ noĩati in ipſa ſnĩa interdicti: q̃ in ſcriptis ferẽda eſt. vt de ſen. excõ. c. cũ medicinalis. li. vj. Nũ qd ſepelientes hos fautores incurrẽt: licet ſint interdicti in gñe: qa dictũ eſt in ſnĩa ĩterdicim⁹. Ala. cũ fautoribus ſuis credit ipſe ꝙ nõ quãtũcũq; ſint notorij. ar. de cle. excõ. c. poſtulaſtis: cũ hęc cõſtitutio ſit pœnalis: ideo reſtringenda. Et aduerte ꝙ p illũ text. q ꝓhibet noĩatim ĩterdictos i cœmiterio ſepeliri videt a ꝓrio ſenſu ꝙ interdicti nõ noĩatim ſepeliri poſſint. qd̃ tenet glo. vbi locꝰ interdictꝰ nõ ſit. Goff. dicit iſtã opi. verã: niſi q̃n ꝓ certo ſcireꝫ eos tale qd feciſſe vel ꝓmiſiſſe ꝓpter qd̃ erãt interdicti: tales eñ nõ debẽt ſepeliri in cœmiterio. vbi ỹo nõ ſunt certi habet locũ glo ſm eũdẽ ꝓ glo. tñ facit qd̃ dixit. ſ. poſt Laud. ſcilicet vt nõ ſufficiat facti notorietꝰ: niſi adſit iſta q̃litas noiatim ꝙ modũ. de quo ſ. Manifeſtos. q priuati ſunt ſepultura & factione teſtamẽti: niſi ſatisfecerint vel cauerit ſm formã illi⁹. c. q̃q̃. de vſu. li. vj. Et ſi apparuerint in tali ſigno pnię & poſt mortẽ pręſtatio cautionis ſufficit ad vitandũ hãc pœnã cũ talis ſepultura non ſit ꝓhibita: ſed nõ valet teſtamẽtũ: qd̃ ab initio eſt nullũ ex ꝑſona teſtãtis. Idem etiã videꝫ ſi primo fecit teſtamentũ & poſtea fecit vſurarꝰ manifeſtꝰ: qa per cõſequẽs delictũ infirmaꝫ teſtamentũ. Pau. ſciẽter. ſecꝰ ſi ignorauit. Pau. Sepelire. nõ ſolũ actualiter ponẽtes corpꝰ ſed dicẽres diuinũ officiũ ſup fun⁹ incurrũt eã pœnã: imo forti⁹: qa plꝰ cõtenũt. Idẽ intelligas de ſepelientibꝰ de facto in cœmiterio etiã abſentibꝰ clericis. Pau. ſed Io. an. ſup dicto verſi. ſepelire. ſic dicit. hic occurrũt dubia q̃ principis declarationẽ plꝰ q̃ glo ſſanus expoſcũt. ſ. an portãtes ad ſepulturã: q tñ non ſepeliũt ſunt excõicati. Item de comitãtibꝰ ſunus. Itẽ de ſo dictis⁹ & fabricãtibꝰ vel aperiẽtibꝰ ſepulturã. Itẽ de pręlatis clericis: vel miniſtris eccl̃iarum: i quoꝝ cœmiteriꝭ ſepe liũtur q id nõ ꝓhibẽt vel patiũtur. Itẽ de clericis portantibus crucẽ: cereos: & ſimilia. Et poſt q̃dã ſic dicit. Cũ hic puniat ſepelientẽ nõ admittentẽ intereſſentẽ & cooperatem. Sepelire aũt eſt mortuũ humo vel tumulo cõdere: videtur aũt ſolos humo vel tumulo corpꝰ imponẽtes ligatos eſſe: facit ꝓ hoc æquitas ne ex vnius funere multitudo ligetur. Item cõſtat ꝙ portãtes comitantes vel fabricantes ſepultu ram: ſi nõ ſequereꝫ talis ſepelitio excõicati non eſſent. In cõtrariũ eſt: qa eſſet hæc conſtitutio ludibrio: ſi vnus ſol⁹ ri baldus vel ſeruiens per quem id poterit expediri ligari dicatur reliquis vſuratis pompoſe & ſolenniter expedire. Io. andre. Stephanus vero non dubitat omnes iſtos ligari.

Nota ꝙ Ioan. cal de. in tractatu quem fecit de eccleſiaſtico interdicto. circa ſi. mouens prędictũ dubiũ ſeu queſtionem ſic dicit. Mihi ꝓcul dubi videtur ꝙ nominatim interdictꝰ vel etiam non nominatim interdictus: ſed tempore interdicti in caſu nõ ꝑmiſſo a iure: ſi cũ diuino officio eſt ſepultus oẽs prædicti. ſ. aperiẽtes ſepulturã vel fabricãtes: vel fodientes terram: vel ponẽtes in ſepulcro: vel portantes cruces vel cereos: vel portãtes funus: vel aſſociantes cauſa honoris: vel amicitię: vel clerici diuinũ officium faciẽtes: vel nõ ꝓhibẽtes cũ poſſunt: oẽs pœna excõicationis ligant ꝑ iſtã cle. eos. Ratio eſt: qa hoc caſu oẽs ſunt participes criminis ſiue cooperatores. ad hoc de ſen. excõ. c. nup. xj. q. iij. ꝑcipue. Si vero ſine officio clericoꝝ defunctus talis ſepultus eſt etiam in loco cœmiteriato: licet ſit tutius dicere prædictos oẽs forte legatos excõicationis ſnĩa. de qua iſta cle. agit. tñ (licet trepidus) credo iſtos non ligari dicta pœna: ſed qa videnꝫ contẽnere generalẽ ꝓhibitionẽ poterũt arbitraria pœna puniri etiã ꝑ iudicẽ eccl̃iaſticũ. iij. q. iiij. engeltrudã. Ad hoc dicẽdũ finis cle. me mouet ibi ꝑ quæ ỹ bavi denꝫ remoueri priuilegia q̃ clericis vel eccl̃iaſticis ꝑſonis ſolẽt cõcedi & nõ laicis. vt ergo ỹba nõ videãtur ſuperuacue appoſita. de ma. & obe. ſolite. Oporteꝫ ꝙ intelligaꝫ de his gbus talia priuilegia ſolent cõcedi: vt dictũ intelligaꝫ ſm ꝙ clauſula adiuncta. põt adaptari. j. q. ij. facerdos. Sed priuilegia exẽptionis ſolẽt cõcedi clericis & eccleſiaſticis ꝑſonis. de illis ꝙ debet intelligi principale dictũ ca. Itẽ ſepultura eccl̃iaſtica ꝓprie reſpicit clericos ad quos id pertinet. xvj. q. iij. placuit. & cũ funera ad ſepulturã deferunt diuina officia cãtare. xiij. q. ij. diuina. & ſic cõcludit ꝓpoſitũ. Sepulturа eccleſiaſtica.

relaxatiõis: ideo quicquid dicat & quibuscũq; verbis vtatur is qui valet absoluere a tali vinculo: si intendit absoluere vere absoluit, sicut, ŝ. dictum est de absolutione ab excõicatione. Sed queriť quis possit absoluere a suspensiõe? Quis pt absoluere. Circa hoc Paulus in cle. monasterio, de re. cc. non alie. sic dicit. Vbi papa ponit pœnam suspensionis vel interdicti propter contumaciã canonẽ condẽdo puto q; inferior possit absoluere. de sen. excõ. c. nuper. nisi ipse papa sibi reseruet absolutionẽ vel alteri expresse & determinate pœnæ committat. & hoc tenet Vin. Hug. Goff. Inno. Bern. & Io. in glo. ij. q. j. si inimicus. & xvij. q. iiij. si quis deinceps. & Hosti. Idem iudicium est si cõstitutionẽ inferioris approbat & confirmat. de cõsti. c. ex frequẽtibus. plus enim operat cõfirmare q; cõdere siniam. põt tñ quilibet suffragane? relaxare cũ nõ sit maioris efficaciæ q; cõ eius. sic intelligit ca. graue. de prẽben. & hoc nisi alteri reseruetur absolutio. Si vero suspensiõis pœna & hmõi imponit p̃ sniam. i. ab homine: tũc ligans debet absoluere nõ inferior. extra de offi. ordi. c. cũ ad eccl'iarũ. saluo casu. c. pastoral'. e. ti. Idẽ tenet Guil. in specu. Si vero suspẽsio sit ꝑpetua q̃ habet vim priuationis: vt no. Vin. de trãsla. c. ij. & Guil'. in specu. tit. ij. ŝ. nunc ostendendum. non habet locũ absolutio: sed necessaria est dispẽsatio cõsequens collationẽ: & tũc est videre an tale sit crimen in quo possit eps dispensare & habet cõferre vel non. In primo casu poterit eps dispensare & concedere puta beneficium vel officium executionis ordinum quo ad dispensationem. In secundo casu non poterit. xliij. di. multis. Et de suspensione quę ponit in. d. c. monasterio rum. dicit idem Pau. non puto hanc de sui natura operari priuationem. alias papa expressisset hoc. arg. de deci. c. ad audientiam. vnde credo eam posse per ordinarium relaxari ratione premissa: sed si nõ relaxetur durabit perpetuo. x. q. j. perpetua. Nota q; sententiæ oẽs suspensionis latæ per quoscũq; prælatos contra fratres predicatores & contra indulta priuilegiorũ suorũ sunt ipso facto irritę & inanes. Alexander. meritis vestri. Etsi cõtra alios occasione ipsorum fratrũ sunt etiã irritæ & inanes. Alexander. nimis iniqua. Itẽ magister ordinis & singuli priores prouinciales cõuentuales & eorũ vicarii in locis & cõuentibus sibi cõmissis fratribus sibi subditis: necnon & aliis fratribꝰ eiusdẽ ordinis interdũ ad eos declinantibus vndecũq; possunt impartiri beneficiũ absolutionis a suspensione: excõicatione vel interdicto: quas sniãs incurrissent in ipso ordine vel añ ingressum eius: ac etiã laicos qui ipm ordinẽ vellẽt ingredi: nisi adeo enormis esset excessus vt merito esset sedes apostolica consulenda. Boni. & Alexan. virtute. Itẽ prędicti prælati possunt dispensationẽ obtinere a suis cõfessoribus & absolutionẽ super suspẽsiõe & irregularitate quã cõtraxissent. ex eo q; protulissent snias suspensiõis & interdicti sine scriptis ex incautela. Clemens. exigẽtibus. Videtur autem esse Differẽtia inter suspensionẽ: depositionẽ & degradationẽ differẽtia talis iter suspẽsionẽ: depositionẽ: & degradationẽ stricte sumẽdo ipsos terminos. nam large frequẽter recipit in iure vnũ ꝓ altero. vt di. xlv. clericus. Primo suspensio videť iportare priuationẽ executiõis legitimæ ordinis vel officij eccl'iasticorũ simpl'r vl'ad tẽpus & cũ spe dispẽsatiõis: q̃ q̃cq; a iure q̃cq; a iudice inferť. Depositio importat priuationẽ executiõis legitimę officiorũ & bñficiorũ ecclesiasticorũ possessionis simpliciter & ex toto absq; spe restitutiõis. retẽto tñ priuilegio clericali: ga cõueniri nõ põt in iudicio ſculari: nec capi nec puniri a laicis: & sit per sentẽtiã hoĩs cõiter: nec põt inferri hęc pœna ab inferiori ẽpo qui hoc agere põt erga ꝓpriũ subditũ assistẽte sibi canonico numero eporũ si est in sacris. al's sufficit propria snia ep̃i sine aliorũ p̃sentia. Depositus aũt & degradatus restitui nõ põt ad officia sua nisi p dispẽsationẽ papæ. Itẽ vbi in iure dicitur: suspendatur vel degradetur: cõminatio est sententiæ ferendæ non lata sententia. vt. xxxv, distin. eps. Degradatio vltra pœnam depositionis hoc addit: quia priuatur omni priuilegio clericali cum certa solennitate: character tamen ei auferri non potest: nec a quacũq; creatura: cuius Io. an. videat tenere ꝓrium. s. q; possit ei auferri ſm Tho. in iiij. & Io. in glo. di. l. accedens. & Inno. tenet q; nõ. De modo & forma degradatiõis habes extra de pœnis. c. degradatio. lib. vj. & in summa pisania. Nota tñ q; non oĩs degradatus est tradendus curiæ ſculari: sed solũ in tribus casibus. Primus est in crimine hæresis. extra de hęre. ad abolendam. & hoc nisi ad pniam incõtinenti redire voluerit: sed si relabatur: non plus parcitur ei. Sed's est in salsario Irarũ papæ. extra de cri. fal. c. ad salsariorꝫ. Tertius cũ quis deprehenditur propter talẽ calũniã quã intulit suo epo. j. q. j. si qs sacerdotũ. Vnde cum in curia Romana his tribus quidam sacerdos interfecisset sacristã sancti Petri: vt sic rapere posset bona sacristiæ: requisito consilio peritorum super hoc cõsuluerũt q; non debebat propter hoc tradi curię ſculari ad occidẽdũ ſm iura: sed poni in perpetuũ carcerẽ vel caueam ibi sustentandum pane doloris & aqua angustiæ. Papa tñ Martinus de plenitudine potestatis illũ degradatum fecit tradi ſculari curiæ. & sic fuit occisus. Põt etiã nihilominꝰ per solũ epm suum cõuocatis abbatibus & aliis religiosis & prælatis & literatis suę diocesis qñ sacerdos vel alius in sacris fuerit curiæ ſculari pro hęresi tradendus vel degradandus sicut ei videtur expedire. extra de hęre. c. quoniam. lib. vj. hæc autem degradatio cũ quis propter hęresim vel aliud est tradendus curię ſculari sic facienda est præsente potestate. dicit degradans illi vt in forum suũ recipiat degradatum: debet tamen intercedere pro eo q; non moriať. extra de verbo. sig. nouimus.

TITVLVS. XXVIII. DE IRREGVlaritate. ¶ Qñ contrahať irregularitas propter indebitam executionem ordinum vel officiorum diuinorum. Cap. I.

REGVLARITAS SIC DIFfinitur a Speculatore: q; est nota seu impedimẽ tum canonicum ex facto seu defectu prouenies: qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri: & in eisdem ministrare. Irregularitas contrahitur multis modis & causis: & ad sciendum qñ qs efficit irregularis ex indebita celebratione vel executione ordinis: Io. Cal'. ponit talẽ distinctionem. Celebrans aut vtens officio ordinis: aut est fœmina: aut est masculus. Et si est mulier siue laica siue religiosa: non efficit irregularis: ga cum nõ sit capax ordinis clericalis: non cadit in eam irregularitas: per quã quis impeditur in ordine vl' ordinis officium celebrare. sumitur hęc rõ ex. c. debitum. de biga. &'. xxxiij. q. v. hæc imago. Si ergo mulier excõicata vel interdicta vel in loco interdicto vel indebite tractet officia sacra: temere agit & puniri debet. de pœ. & re. noua. non tñ ē irregularis. Si est vir tunc aut est furiosus: aut fanæ mentis. Et si furiosus propter quam cũq; celebrationem nõ efficit irregularis nec peccat. Idem de infante. in cle. si furiosus. de homi. Si fanę mẽtis: tunc aut talis est laicus aut clericus. & si laicus est & cum solẽni apparatu alicuius ordinis celebrauit. s. exequendo actũ alicuius ordinis siue cõuersus sit ali cuius religionis siue ſcularis: licet hoc sit rigorosum videť q; sit irregularis. de cle. nõ or. mi. c. j. nec cũ tali vt valeat promoueri ali? q̃ papa põt dispẽsare: sicut & cũ ordinato & suspẽso celebrãte alius q̃ papa nõ dispẽsat: ergo idẽ est in isto casu. nõ tñ hoc videť intelligẽdũ de ordinibus sacris & apparatu. nam officia minorꝫ ordinũ licite ſm Thom. in. iiij. & alios doc. possunt exerceri etiã ab illis q nõ sunt ordinati in ipsis. Si aũt hoc agit sine solẽni apparatu: talis non efficitur irregularis. Si vero est clericus tũc aut celebrat in ordine quẽ non habet: aut in eo quẽ habet. & si primo modo hoc agens in ordinibus sacris est irregularis.

§. I. DE SVBDIACONATV TAmen dicit Guil. q; si est in minoribus potest cantare epl'am dũmodo sine solennitate. Et addit Inno. q; est hoc licitum qñ deest subdiaconus: & tunc etiã cantet sine ornamentis subdiaconi: sed solẽnis apparatus subdiaconi videtur esse manipulus. Dicit etiã Pet. de Pa. in. iiij. q; tunicellam licet ẽt nõ subdiacono portare: ga non est ei propria vestis sicut manipulus quẽ nullus inferior subdiacono portare debet. hoc Pe. Vñ si talis cãtet epl'am cum tunicella sine manipulo, tamen & non porrigendo calicẽ diacono vel sacerdoti: quod est ꝓpriũ officiũ eius & principalis actus ordinis talis: & vbi est cõsuetudo q; etiã in minoribus cantet epl'am: illo modo non videtur irregularis. Secus autem vbi cum manipulo & porrigẽdo calicẽ. vel vbi nõ est mos q; cãtẽt nisi subdiaconi. De aliis ordinibus superioribus nõ ẽ quæstio: ga sine dubio incurritur irregularitas. Si vero clericus celebrat in ordine quem habet: tunc autem est excõicatus maiori: vel celebrans vel officiũ exercens in loco interdicto ab

Quid irregularitas.

Suspensus celebrans.

Suspensus a canone.

Suspensus rõne defectus.

eo ab hoĩe vel a iure: aut est suspẽsus. Si primo modo: tũc in vtroq; casu efficitur irregularis & indispensabilis nisi ꝑ papam. de sen. excõ. ca. is qui. lib. vj. Dicit tñ Guil'. q; in minoribus ordinibus cõstitutus. ministrando seu exercendo officiũ suum & cum solẽnitate cũ est excõicatus non efficit irregularis: ga illa duo ca. si qs eps. j. & ij. & xj. q. iij. non loquunť de eis: & pœnę sunt restringendæ. Secus de subdiacono. sed sine solẽnitate legendo epl'am subdiaconus vel diaconus vel presbyter excõicatus: credunt quidam q; nõ incurrant irregularitatem. Si aũt clericus est suspensus sumẽdo stricte suspensionẽ. s. quo ad se: & quod alios. nã qui est suspensus quo ad se tm: puta ꝓpter mortale quod cũq; vel propter minorẽ excõicationẽ: vel pp iniunctionem a cõfessore: talis celebrãs nullã irregularitatẽ incurrit. vt. ŝ. dictum est. Sed suspensus quo ad se & alios: aut est suspensus a canone: aut ab hoĩe. Si ab homine seu iudice: tunc aut ignorauit ignorantia probabili: & tũc nõ efficitur irregularis aut ignorantia crassa & supina: & tunc est irregularis: & multomagis si sciuit se esse suspẽsum: & hoc quocumq; sit suspẽsus siue sit suspensus simpliciter: siue ad tẽpus determinatũ vel nõ determinatũ. ẽt si rõne defectus vel insamię puto talem durãte suspẽsione celebrantẽ esse irregularem: nec posse secũ dispensari nisi ꝑ papã. ad hoc. xj. q. iij. si qs p̃sbyter. ñ. q. v. p̃sbyter. ñ. de sen. excõ. cũ medicinalis. li. vj. Si vero ẽ suspẽsus a canone: tũc aut rõne criminis aut rõne defectus aut ratiõe infamię vel scandali. Si primo mõ: tũc aut simpl'r est suspẽsus: & sic celebrãdo est irregularis. xij. q. iij. si qs eps. Aut est suspẽsus ad tẽpus determinatum & sic interim celebrãdo est irregularis. aut ad tps inde terminatũ: & tũc aut cũ cõditiõe q; satisfaciat: aut cũ cõditiõe donec pœniteat. Si cũ cõditiõe donec satisfaciat vt. lxxxj. di. si qui sine. &. c. sequẽti. de coha. cle. & mu. c. sicut. & ĩ cle. de deci. in. c. j. cũ filiibus. Et tũc licet qdã contradicant puto si sic suspẽsus añ absolutionẽ celebrat est irregularis: qa in hoc factum iudicis est necessarium vt habeat pro absoluto vt dixi de æta. & quali. ordi. c. cũ bonæ. & Sic cũ factũ hoĩs sit necessariũ: sequiť q; quo ad suspẽsionẽ dei canon aliqd addit: vnde. d. c. de coha. cle. & mu. Si vero est suspẽsus cũ cõditione donec pœniteat: vt extra de elec. c. ofĩus. & tunc est æquũ tenere q; interim celebrãdo non efficiat irregularis: ga talis suspensio videť esse dei ad quã nihil addit canon: nec vt habeat ꝓ subdata aliqd factũ iudicis est necessariũ & ideo dicendũ est de ea vt de suspensione dei tm. Si sec'o mõ sit suspẽsus a canone. i. rõne defectus. tũc aut rõne defectus ordinis: aut ratiõe alterius defectus. Et si ratione defectus ordinis: vt clericus per saltum promotus quantum ad ordinem omissum in quo si exercet officiũ anteq; recipiat est irregularis: sed celebrãdo in ordine ad quẽ ꝑ saltũ ẽ promotus quẽ habet nõ est irregularis. distin, liij. sollicitudo. Si ratione alterius defectus: vt bigamus: illegitimus: corpore vitiatus: ordinatus ante ætatem legitimam vel a non suo epo: hoc casu cõcordãt oẽs q; celebrãdo non est irregularis: ga hoc nõ est expressum in iure: & ga qñ curia mãdat cũ iã ordinatis in suprascriptis defectibus dispẽsari nil dr̃ de irregularitate. di. lvj. ap'lica. &. c. Cenomanensem. Stylus autẽ curię est attendendus. de crimi. fal. q; graui. Nec ob. q; ordinatio facta ante legitimã ætatẽ. vel a non suo epo fuerit cũ pcto: ga principalis cã propter quã diximus tales suspẽsos est defectus nõ pctm: ergo rõne defectus non crimine talis censendus est suspensus. Et hac rõne puto q; licet irregularis ex celebratione diuinorꝫ sit suspẽsus a canone propter hanc irregularitatẽ. si tñ al's non est suspẽsus a iure vel ab hoĩe puta qa absolutus est. ab excõicatione & suspensiõe: sed nõ est secũ dispensatũ sup̃ irregularitate: vel nõ suspensus contrahit irregularitatẽ. talis non contrahit nouã irregularitatẽ. qa hoc nõ est expressum in iure. Si tertio modo est suspẽsus a canone. f. ratione scandali, vel infamię: & tũc celebrãdo nõ est irregularis. de cleri. peregri. ca. j. Sed bene faciunt alĩ absolinẽdo propter infamiã quæ est contra illũ vel vt scãdalũ euitetur. Et per hoc sequitur ſm Inno. q; illi quorꝫ crimina sunt notoria: qui ẽt post pœnitẽtiã ꝓhibẽtur celebrare propter scãdalũ & infamiã. vt de coha. cle. & mul. c. si. si ante absolutionẽ celebrant, nõ incurrunt nouã irregularitatẽ. Ex allegatiõe quã facit videť intelligere de notorio fornicatore. qd' piũ est tenere. Et qd' notatur in dicto ca. j. de sen. excõ. li. vj. intelligať de notorio fornicatore ante pœnitẽtiã celebrãte: ne videat sibi ipsi cõtrarius. tñ de rigore sola pnia nõ tollit suspẽsionẽ canonis i notorio fornicatore. vt videť expressum. l. di. peruenit. qa requiriť factum iudicis: vt supra dictũ est de suspẽso a canone donec satisfaciat. Sed absolutione facta a snia canonis a qua põt hoc casu eps absoluere: qa cõditor canonis sibi nõ reseruauit. Si pœnitet remanente irregularitate quam contraxit hmõi fornicator notorius ex celebratione diuinorꝫ de qua nondũ est dispensatus: ex noua celebratiõe nouã irregularitatẽ non incurrit. Dicit enim ipse Inno. q; talis celebrans anteq; pœniteat efficit irregularis indispensabilis nisi per papã: sed anteq; secũ dispenset celebrãdo etiã pœnitẽs. i. dimissa concubina. nõ cõtrahit nouã irregularitatẽ: & forte talis fuit intentio Inno. hic. Hæc oĩa notantur per Anto. de Bu. sup ca. si celebrat. de cle. excom. mi. Sed abbreuiata aliqualiter sunt & mutato aliqualiter ordine addit's solũ in tribꝰ locis. vt patet dictis breuibꝰ. Tho. Pe. de Pal'. & Guil. Nota tamẽ q; ex precedentibus videť q; ordinatus ante legitimã ętatẽ sit ipso iure suspẽsus ab executiõe ordinis sic recepti. Sed solennes doctores tenent contrarium cõiter. videlicet Ray. in summa. Guil'. in gl. eius. Arch. i Rosario. di. lxxvij. Bern. de cle. per sal., pmo. c. j. Anto. de But. extra de tempo. or. vel non est compos. Pau. de Leaza. & Frã. de Zab. super cle. generalẽ. Hi oẽs dicunt q; talis non est ipso iure suspensus. sed suspendendus: & interdicenda est ei executio ordinis recepti ante legitimã ętatẽ vsq; ad ętatem legitimã. & si postq; fuerit ei interdicta executio a iudice suo fuerit vsus ordine tali ante legitimam ętatem: erit irregularis. si autem nõ fuerit ei interdicta, & sic vtitur ordine ante legitimam ætatem recepto non est irregularis. vt dictum est. Idem etiam audiui a quibusdam peritis.

¶ De irregularitate propter homicidium vel mutilationem.

Capitulum. II.

CONTRAHITVR ETIAM IRregularitas pp homicidiũ vel mutilationẽ mẽbri. Pro cuius declaratiõe nota q; cũ homicidiũ vel mẽbri mutilatio fieri cõtingat mẽte solum verbo & opere. Si solũ mẽte fiat: nunq; inducit irregularitatem: quia lex promptionis factum requirit. xv. q. j. ca. fi. immo & si quis vibret gladiũ aio occidẽdi, & tñ nõ sequiť effectus mortis vel mutilationis: non incurrit irregularitatem etiam si vulneraret. & certum sit q; non est mors secuta vel amissio membri: neq; directe vel indirecte. qd' ꝓpterea dico qa si vulnus intulisset non de se mortale: & vulneratus vel pp imperitiã medici, vel ꝓpter defectum custodię. ga. f. non cauet sibi a noxijs mortuus est: vulnerans est irregularis ſm Laudul'. extra de homi. c. Petrus. qd' dictũ allegat Pe. de Ancha. Nam si vulneratũ ad mortem nouo ictu accelero mortẽ vel alio modo: homicida reputor. dicit idẽ. Illi aũt qui intersunt vindictæ sanguinis seu morti & nõ præstant consiliũ vel auctoritatẽ: non sunt irregulares ſm Inno. & Guil. etiã si appeterẽt illius mortẽ. Item qui videt aliquẽ occidi & delectať: & posset etiam sine sui periculo liberare si vellet: cũ iuris pessime faciat: non tñ est irregularis: sicut nec etiam medicus qui dimittit infirmũ mori, nolẽs mederi: & dines q dimittit pauperẽ fame mori. xv. q. j. si qs nõ iratus. Verbo aũt contrahiť irregularitas triplr: scilicet mãdato, defensione, & cõsilio. Mãdato quidẽ qñ mandat occidi aliquẽ vel mutilari: & sequiť effectus. dict. l. si qs vi duam. si tñ reuocasset mãdatũ & expresse & sine vlla fictione prohibuit & anteq; sequeret effectus: non est irregularis ſm Inno, extra de simo. sicut tuis. Sed etsi quis mandat aliquẽ verberari inhibẽs expresse ne occidat vel mutilet: & ille nihilominus occidit vel mutilat: est irregularis mãdator sicut executor: ga mãdãto ĩ culpa fuit. extra eo. is q. li. vj. Itẽ eps vel alius ꝓlatus q; habet iurisdictionem tẽporalẽ debet cõstituere iudicẽ ſcularẽ q audiat cãs & ꝓcipue sanguinis: & illi põt & debet ꝓcipere q; faciat vnicuiq; iustitiã. Si aũt talis iudex interroget eũ in spãli quid agendũ in tali qui. f. meretť pœnã sanguinis: põt rñdere: cõsule pertos, & caueat ne pp suã rñsionẽ directã vel indirectã ille intelligat q; debet eũ sanguine punire ſm Ray. Si ex hac. f. responsione reus occideretur vel mutilareť, esset irregularis. Põt etiam prelatus delegare alicui specialiter super aliquo maleficio: vthomicidio & hmõi in iurisdictione sua commisso: vt inquisita veritate iustitiã exequatur. & si cui cõmittet sic exequať & occidat: non ꝓpterea ille prelatus est

Differentia inter suspensionẽ: depositionẽ & degradationem.

Verbo contrahit irregularitas.

irregularis.extra ne cle,vl'mo.c.eps li.vj.Itē nō solū iudex in causa sanguinis vbi sequit effectus est irregularis: q̄uis sit recta intētione ex debito processu agat iuste faciat & meritorie.dis.j.aliquantos.sed ēt assessor: testis:notarius scribēs vel proferēs sniam vel scribēs attestationes vel legēs dum publicant: vel scribēs vel dictans literas pro vindicta sanguinis:oēs hi irregulares sunt:qa cooperant in mādato sniæ ꝑm Ray.di.l.si quis viduā.& extra ne cle.vl'mo.c.sniam.sed si i hmōi snia nō eēt secutus effectus ꝑm Guil'. q̄uis sint irregulares eps pōt super hoc dispēsare. Princeps autem qui legem condidit cuius legis auctoritate homines sunt traditi morti:non efficitur propter hoc irregularis:vt dicunt quidā & bene:qa incertā personā nō animaduertit. ita notat Archi.xxiiij.q.v.officia.

§.I. HOMICIDIVM VERBO DE

fensiōis cōmittit triplr. Vno mō:qa defendit cām sanguis.i.mutilatiōis vl'mortis aduocādo,& ꝯ siue aduocet ꝓ actore siue ꝓ reo:cū actor obligeť ad pœnā taleonis: qa agēdo pro reo agit ꝑ actorē. Vñ si sequitur effectus est irregularis quantūcūq; fuit te aduocet:in dispēsabilis nisi ꝑ papā:sed si nō sequit effect⁹ ē dispēsabilis ꝓ epm ꝑm Guil.Sed'o mō ē cū qs suadet his q volebāt defendere occisum ne defendāt hoc facit corrupta ītētōe vt ille moriať.Nā si pr'vl'mr vl' alī⁹ cōsanguine⁹ seu amic⁹ retrahat amicū suū vel filiū volentē a morte liberare:qa timet ne ipse ibi adiuuādo occidať:nō ē irregularis, Tertio mō cū prelati vl'alij clerici ad defensionē rerū suarū ponūt q̄relā de malefactoribus suis: seu q eos dānificauerūt penes iudicē ſcularē & emēdā petāt sibi fieri & ꝓuideri ne talia ꝑsumant ꝑ eos.si hmōi q̄re lis iudex mortē inferat exigēte iustitia:nō sunt irregulares dicti clerici: si protestati sunt expresse ꝙ pœnā sanguinis nō intēdūt.extra eo.ꝓlatis.li.vj.Itē licitū est prelatis eccle siasticis ob defensionē rerū eccl'iæ vel fidei inuocare cōtra violētos brachiū sæculare: & hortari tales qdē ne occidāt vulnerent vel mutilēt:qa hoc esset directe ad homicidium prouocare:sed eccl'iā patriā fidē defendāt liberent: & terrā ab infidelib⁹ occupatā ad christū reducāt.& sup hoc eccl'ia facit magnas remissiones. & licet hinc inde alīq occidanť nō est prælato imputandū:immo peccaret nisi cōtra tales se opponeret. de hom.postulasti.&.xxiij.q.iij.c. maximianus.&.q.viij.igitur.&.c.hortatu.&.c.scire.

§.II. HOMICIDIVM VERBO CONSULTATIŌIS CŌMITTIT

Rñsiōe, rñsione:ꝓsuasiōe & approbatiōe. Rñsiōe qdē puta quērēti an liceat occidere paganū vel iudici malefactorē.si rndeat ꝙ licet perpēdēs ꝓbabil'r ipse respōdēs ꝙ interrogās velit facere ꝑm cōsilium eius:irregularis est.di.l.si quis.secus aūt de rñsione generali cognitiōis vel opinionis:ex qua nō credit aliquē inde iudicandū vel occidendū.Dicit archi.xxiij.q.viij.pessimā.ꝙ si iudex laicus interroget clericū quid agendū de aliquo q esset pœna sanguinis de iure puniēdus.Pōt clericus rndere. Hoc non pertinet ad me:cōsulatis peritos. & caueat sibi clericus ne ꝓp suā rñsionē directā vl'indirectā itelligat iudex ꝙ debet sanguine puniri:ꝑm Ray.Dicunt quidā tn ꝙ pōt dicere ꝙ puniat eū ꝑm ꝙ ius dictauerit: dūmō nō exprimat ꝙ puniat eū ad sanguinē vel mortē.vt no.Hug.dist iij.oīs. Sed ipse archi.sup.d.c.oīs.dicit istud dictū.l.Hug.pōt intelligi esse verū qñ crimē nō nimiū eēt puniēdū: alioqn si ex cōsilio suo.l.rndēdo siue speciali siue generali sequit propinquū homicidiū:irregularis est ꝑm Host.extra de homi.sicut dignū. Approbatione: vt cū quis audit aliquos velle facere homicidiū siue noīe suo siue alterius:& ipe approbat: vel cum tractať a pluribus de morte alicuius in cōsilio:& ipe cū aliis assentit & ex hoc sequit homicidium.secus si prohiberet.Sic'r si qs consulit alteri ꝙ occidat:& ante factum reuocat consiliū:sed firmiter credit ꝙ illa reuocatio non valet ad impediendū homicidiū:si non indicat ei qui est occidendus vt sibi caueat:est irregularis. si autē solam reuocationē firmiter credit sufficere,nō erit irregularis ex quo reuocauit cōsiliū.j.q.iij.qa prælatus ꝑm Inno. Persuasione cōsilij cōmittit homicidiū siue incurrit irregularitas si quis persuadet alicui vt exponat se periculo ꝓ iure suo vel pro patria:si scit eū verisimr moriturū:& mors sequať:irregularis est ꝑm Inn.& Hosti.Secus si consulens hoc nō estimabat.xxiij.q.iij.pro membris.Sed si quis suadet alicui ꝙ indubitāter se morti exponat,ꝓ Christo & ecclesia:nō erit irregularis:licet sequať mors ꝑm Inno.& Host. Item si volēti fugere inimicos ꝓpter timorē mortis:cōsulat qs ꝙ remaneat & procurabit pacem,& sic remanēs occisus est:ꝑm Guil'.si nō habet ꝓbabilē cām credēdi ꝙ illi immineret pi culū mortis:irregularis est.secus si habuit ꝓbabilē cām credēdi:puta qa inimici illius erāt ei adeo cōiūcti: ꝙ meri to potuit ꝑsumere ꝙ posset eos cohibere.Itē si qs consulit non homicidiū quidē:sed aliud vnde secutū est homicidiū ꝑm Inno.distinguendū est:qa si verisimiliter potuit æstimare ꝙ inde sequebatur mors irregularis est:vt si suasit ictum machinæ vel ballistæ: vel ꝙ eatur ad capiēdū castrū qd' nō poterit de facili capi sine morte hoīm : & sic mors ē secuta.Si vero nō potuit ēstimari ꝙ nec verisimile erat ꝙ sequeret mors:tunc si cōsuluit super re illicita:est irregularis si sequit mors.extra eo.cōtinebať.& idē si mādat. Secus autē si cōsuluit rem licitam,& eo mō distinguit si is cui cōsulit nō occidit sed occidit. Itē qꝫ cōsulit ꝙ infirmus vertať vt infirmus citius moriať:si ex tali trāsuersione citius moritur:consulēs est irregularis,& qui hoc facit etiā ꝑm Guil'. Itē si qs clamet latrones:si hoc facit propter timorē corporis sui,nam timet ne aliqui vel inter eū occidere: non est irregularis:qa nō intēdit mortē alicuius:sed sui liberationē,ꝓ qua licet implorare auxiliū ꝑm Inno.sed si nō propter hoc facit:& intelligere poterat ꝙ ex clamore vel alio actu suo homicidium sequi poterat:irregularis est. Idē Hosti. Item si cum ducitur latro captus dicit ei aliquis claudite ei os ne clamet:& latro occidit,credit Guil'.ꝙ qui illud dixit sit irregularis quia fuuit ducentes dando consilium. & eodem modo si quærentes malefactorem indicauit eum: nisi forte ignorauit:& ignorare probabiliter potuit nesciēs ꝙ ad mortem quæreretur.

§. III. HOMICIDIVM FACTO

cōmittit tripliciter:qa necessitate: casualitate:& voluntate. Homicidiū necessitate ē duplex:qa aut necessitas est ineuitabilis:aut euitabilis.Si quis ergo occidat vel mutilet necessitate ineuitabili.i.ita arctatus vel angulatus ꝙ nec fugere nec clamare nec aliter potest se iuuare nisi occidat vel mutilet:non est talis irregularis. extra de homi.c. si furiosus in cle.quia vnicuiq; vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelę.di.j.iusnaturale.sed si hoc faceret ad defensionem parentum suorum vel sociorum: non ea deret irregularitatē ꝑm Io.And,in addi,spe.Idem si pro defensione rerum suarum.Item si fugere posset sed fugiēti periculum imminere posset:puta casuræ vel velocioris cursus inimici insequētis.qui audacior factus propter fugam pōt de facili fugientē a tergo vulnerare & ad terrā prosterne re & occidere,dixit Zen. vt allegat Pe.de Ancha. super cle.si furiosus,ꝙ probabiliter dici pōt ꝙ talis non fugiens propter p̄dicta:nec aliter euadere pōt:si occidit nō est irregularis,Sed insans & furiosus occidēs qūocūq; nō est irregularis:vt dicit illa cle.Et dicit Pe.de Anch. ꝙ idem est de maiori septennio si non est doli capax.xv.q.j.c. merito.& c.seq.secus si esset doli capax.Si autem est necessitas euitabilis:puta qa aliter euadere potest:vel quia potuit recedere de loco vbi expectabat inimicos eius venturos:tunc efficitur irregularis:nec ad maiores ordines ascendet:immo nec in susceptis:nisi ex magna dispensatione permittit ministrare.& q̄uis Zen.dicat si fugiendo fuga erat sibi viturperiosa & ad dedecus:etsi non ad periculū personę:& propter hoc non fugit:& propter hoc occidit:talis euadit irregularitatem.Pe.de Ancha.non credit hoc verum.l.ꝙ talis euitet irregularitatem:& hoc magis videtur verum.

§.IIII. HOMICIDIVM CASVALE

ad sciēdum qñ induxit irregularitatē.Nota distinctionem. aut qs dat operā rei illicitæ:aut licitæ.Si licitę & tūc dupl'r qa aut adhibet oēm diligentiā quam debet:aut non,ſn primo ergo casu dando operā rei.l.illicitæ dato ꝙ ꝓter oēm voluntatē eius supueniat homicidiū vel mutilatio ex opere eius:est irregularis. vñ si clericus exercitatione vel venatiōe iaculū mittit:& casu hoīem occidit est irregularis: qa talia opera debent ab eo esse penitus aliena.l.dicti.clerico. Similiter si ludo impegit lapidem contra aliquem : & ille volēs declinare impegit in aliū lapidē & mortuus est: prosector est irregularis,qa ludus noxius erat.& idem de similibus.In materia illata lignorū cooperata est ad cōbustionē & mortem hæreticorum:ꝑm Guil.sed si illa materia nō est cooperata:puta quia iam mortui erant quādo ligna attulerunt: vl'antequ accenderet ignis in illa materia non sunt irregulares.Si autem de hoc dubitať:melius est tenere certum,& se reputare vt irregularē.eꝑ de tēp.or.ad aures.Idem de clericis qui cum aliis trahūt ad māganellū vnde credit,ꝓbabil'r aliqs mortuus.qa.l.ꝑm Guil.melius est tenere certum vt dictum est.ar.de pœ.di.ij.si qs.Item q̄ peutit mulierem ꝑgnātem:vel dat ei aliquid vt faciat aborsum si ex hmōi pcussione vel rei datione illa abortitur:si iā erat formatus pœ ptus est irregularis:secus si nondum erat formatū puerperium.Qd' si dubitať vtrum ex pcussione vel rei sumptiōe secutus fuerit aborsus vel alia cā:vel vtrū esset puerperiū formatum vel non.Si probabil'r dubitat:debet a ꝓmotione & ministerio abstinere ne periculo se cōmittat: & multo magis si hoc oīno credit:si aūt habet temerariā opinionē deponat eā. Guil'.Itē si aliqs aliqd facit vl'dicit vñ accelereť alicui mors esto ꝙ oīno esset al's moriturus,efficit irregularis.si hoc est certum:puta vulnit infirmum vt citi⁹ moriať.dicit decapitādo vt ponat caput in cyppo:& ex ꝑ citius ponit.dicit aliqs fatelliti vt aptet magnariā ne plures habeat recipere ictus & fit hmōi.ar.di.l.si qs viduā.Itē q associāt homicidā vt si oportet defendāt, q̄uis nil alicd faciant:sunt irregulares si sequitur mors vel membri mutilatio.quinimmo etiā si dissuaserūt prius illi homicidę vt nō faceret:& tn pure vol'tē associauerūt.extra de cle.pug. in du.c.Hęric⁹.Vñ oēs illi q de familia rectoris vadunt ad associandum malefactorē cū ducitur ad mortē siue eq̄stres siue pedestres.cum vadāt ꝓ defensione si opprereret cuncti sunt irregulares.Qui etiā trahit ad chordam vel aliam tor turam reūm ad fatēdū maleficiū:& ex hoc fateť & occidit, est irregularis.Qui etiam acuit vel portauit magnariā cū quis est decapitandus vel mutuat vl'portat scalas vl'portat funes pro aliquo suspendendo.si'r qa glibet horū dat cām ꝓpinquam morti alterius,di.l.si qs viduam.secus de eo q fecit scalas vel funes vel gladium non ad mortem inferendā,sed ad oēs vsus:& casu postea aliquis vtit ipsis ad occisionē.xxiij.q.v.de occidēdis. Qui etiam se mutilat ex impatientia:vel si hoc fecit zelo castitatis sibi virilia amputando,est irregularis.di.lv,si qs partē.Item dicit Arch. xv.q.j.si qs clericꝰ animo irato vadit ad occidēdū aliquē: puta propter iniuriam receptam & reperiens ipm mortuū ab aliis vt satisfaciat animo suo amputat cadaueri caput: q̄uis videri possit irregularis:qa lex promotionis factum requirit vt dicit hoc capitulum & ꝓpter intētionem cum opere subsecuto.extra de biga.c.nup.quod etiam tenet Io. in gl.de pœ.dis.j.periculose.tamen ꝑm ꝙ cōiter tenent doctores non est irregularis:quia homo mortuus non est hō. & hęc est veritas:al's sequereť ꝙ omnes medici qui faciūt anathomiam essent irregulares:qd' non est verum: nec reperitur ista irregularitas posita & pœnæ sunt restringēdæ: non ampliandę. Archid.

§.VI. EX HOMICIDIO VEL MVTILATIONE Q̄ CŌTINGUNT IN BELLO

quō & qñ bellatores efficiāť irregulares.Quantū quidē ad clericos Io.cal.in addi,ad dicta Ioā,an.in nouel.extra de homici.petitio.sic distinguit. Clericus aut vtit armis incontinēti repellendo vim vi cū moderamine debito:aut aliter.Si primo modo etiam si occidat vel mutilet non est irregularis:cum.l.facit ad sui defensionē.di.j.ius naturale.Si aliter facit tunc aut agit de licentia papę:aut ꝓprio motu.Si de licentia papę,puto ꝙ in bello iusto vti possit armis offensibilibus.nam inter alia q̄ faciunt bellum iustum est auctoritas papę vel principis, & tunc si occidit vel mutilat non est irregularis ex quo papa dedit sibi licentiā.nam cum irregularitas sit pœna p cōstitutiones canonicas introducta:ex quo papa potuit dare licentiam clerico & autoritatem vtēdi armis quibuscūq; etiā sine metu irregularitatis,dando hmōi licentiā : videť ꝙ abstulit ab eo incursionē irregularitatis:qd' potest : qa cum voluntario homicida potest dispensare,de conse.dis. j.c.j,qñ papa hoc exprimeret verū videť:al's sec⁹.Si ꝓprio motu clericꝰ vtitur armis:tunc aut in bello vtitur iniusto aut in bello iusto.Si in bello iniusto tūc planum est ꝙ nō est sibi licitum siue suis fauorē p̄stet : siue timorē excutiat aduersarijs,etsi ibi aliqui sunt occisi vel mutilati:irregula

Cleric⁹ homicida q̄ñit irregularis.

libus.In sc'o casu si adhibet oēm diligentiā dando operā rei licitæ:nullā culpā vel irregularitatē incurrit si contingat in dē homicidiū:puta repabat domum : posuit signa ante eā & clamauit anteq̄ ꝓsceret tpe cōgrueti prrnseuntib⁹:vel incidit arborē & cecidit in pte ꝑ cōem æstimationē &c.Oēs em casus fortuiti ꝑuidert nō ꝑnt,eꝑ eo. Ioānes. &.c.quidam.Vñ si seruus:equus vel aliud aial aliquē occidit ꝑm Inno.non est irregularis dñs eius dū malitiā vl'culpam i mortē nō habuerit,di.l.hi q arborē.In tertio casu.f. vbi nō adhibet debita diligētia:etiā in ope licito incurrit irregularitatē. Vñ ꝑm hosti.ꝓsbyter qui mittit puerū adaquandū equū monēs ꝙ caueret de flumine:& tn submersus est:iudicat eum culpabilē.sic etiā diacon⁹ q nō removet falcē qua accincrus erat:cū sciret ludi consuetudinē, eꝑ de homi.c.cōtinebať.& sacerdos qui non remouet cultellum a corrigia cū qua verberabat famulū.eꝑ de homi , ad audientiam.Item si clericus capit furē & tradit eū iudici & hmōi:vt faciat ei restituere res ablatas quas al's rehabere non poterat:si non habeat intētionē corruptā,l.vt intendat mortē furis ipse capiēs. & sup hoc etiam facit protestationē ꝙ nō intendit vindictā sanguinis:sed suum rehabere:& non habet causam suspicandi ꝙ hoc contingere poterat:si sequatur mors illius capti furis non erit irregularis. Sec⁹ autem si aliquod horum defuerit:puta qa poterat aliter rehabere sua:vel non fecit protestationē & hmōi.extra de homi.c.fusc̄pimus.Item si clericus sciebat ꝙ aliquis capiať:& ex illa captione sequať mors vel trūcatio eius ipso tn ignorante factū & cām ꝑm Hostię.videť irregularis:qa debuit suspicari hoc posse euenire. Itē si qs vel phlebotomat aliquē cā medicinę:& inde sequať mors, ꝑm Guil'.si incisor erat peritus artis & adhibuit debitā diligentiā non tenet in aliquo.fil'r si incidēdus nō habet consuetā dispositionē mēbroꝝ vel neruoꝝ vel venarū:& ꝓpter incisionē moriť:nō tenet in aliquo incisor ꝑm Inno.si in hoc nō errauit ,ꝓpter suā inexpientiā:nec irregularis est:potⁱ⁹ em casu ꝙ culpa in hmōi præsumit mors accidere.xxiij.q.v.c. de occidēdis.secus aūt vbi ,ꝓpter imperitiā accidisset : vel ꝓpter negligentiā.Itē qñ dubitat medic⁹ in aliquo potius debet omittere ꝙ incidere ꝑm Hostię.& Inno.Physici vel chyrurgici si erant periti in arte:& nihil de ꝓtingētib⁹ omisserunt:& hñt sup hoc ,ꝓbabilē cōscientiā:nō ,phibēť a promotione q̄uis mortui sint infirmi quos curauerunt.Secus aūt qñ sunt imperiti vel negligētes circa infirmos & ex ꝑ ,ꝓbabil'r credūt vel dubitāt infirmos mortuos vel mēbris deperditos:qa sūt irregulares.eꝑ de eta.& quali.c.ad aures. Et est cōcilium Inno.& Goff.ꝙ qui volūt ,ꝓmoueri absteneāt a practica medicinæ:& p̄cipue a chyrurgia q̄ incisionem vel adustionem regrit:qa in nullo debet vacillare cō scientia ,ꝓmouendi.di.xxxiij.laici.Item custodientes infirmum vel seruitores eius qui vocauerunt minutorēvl'porrexerunt ei vinū vel aquā vel nō bene custodierunt.vñ illi ex phrenesi se ,piecerūt & hmōi infirmi mortui sunt:sed ꝑm Guil'.in oibus his vbi bona fide fiat nō debet de facili qs habere cōscientiā scrupulosam:nisi sit culpa lata & negligētia dissoluta:puta si custos infirmi phrenetici vel furiosi dimisit eū vt iret in plateā ad ludēdū vel al's'dat operam rei illicitæ:aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit:maxime cum esset deputatus ad custodiā infirmi.nam si certum est ꝙ ide ex hac culpa mors secuta est tales erunt irregulares:alias non.& si habet quis ꝓscientiā scrupulosam deponat ad consilium boni viri.

§.V. HOMICIDIVM OPERE ET VOLUNTATE ſpontanea

si qs committit veneno siue gladio siue quocūq; etiā sine pāto incidit irregularitatē.& talis nō solum non debet ,ꝓmoueri:sed si ,ꝓmot⁹ est in ꝓpetuum deponi de homici.c.sicut dignū.&.l.di.c.si qs viduā,idē iudicū etiā si interficiat Saracænū vel Paganū.di.l.clericū. & cū tali nūq̄ dispensatur in ordine vel officio. dif.l.miror, etiā si sit occultus ministrare in ordine suo non pōt.de tē. or.c.fi.poterit tn cū tali dispēsari in beneficio.de cle. pug. in du.c.ij.Nec excusať seu euitat irregularitatē si hoc facit ex p̄cepto iudicis:vt satelles q̄uis non peccet obediendo, si iusta sententia est.xxiij.q.v.miles.Sic'r non euitant irregularitatē qui iuris ignari zelo fidei & ꝓpter indulgentiā habendā quę datur afferentibus ligna ad cōbustionē hęreticorum attulerunt ligna ad cremandum hęreticos:si illa

ris est,xxiij.qō.viij,c.j.&.ij,Si in bello iusto:puta p defensione patrię vel aliorū.xxiij.q.iij.fortitudo.& tunc poterit interesse & cū armis defensionis.nō tn debet pugnare: sed hortari poterit:vt.xxiij.q.viij.vt pridē.& orationib⁹ intercedere.xxvj.di.c.fi.Sed cū armis offensibilibus non debet ibi esse:nisi ea intentionevt se defendat:non vt puniat impediente ordinis pfessione.xxiij.q.viij.c.clerici.& si in tali bello est aliquis occisus vel mutilatus ab ipō clerico est irregularis.si aūt ipse neminē occiderit vel mutilauerit non non est irregularis:licet quis ab alijs occisus sit vel mutilatus.Ad tollendum aūt duplicitatem ambiguā ad caurelā: hoc casu potest sibi imponi pnia,& sic intelligatur de clericu,ca.præsentium.vt ibi notatur in vltima glos.& hoc credo verum quicquid notat in speculo.ti.ij.Si aūt in tali bello clericus vulnerauit aliquē:sed non occidit vel mutilauit.Distingue.aut talis vulneratus fuit postea occisus ab alijs,& tūc subdistingue:quia aut habuit aīm occidēdi dictus clericus qui vulnerauit:& sic est irregularis,e.ti. significasti.ij.ibi.& si pcussor volūtatē &c.xxiij.q.fi.c.fi. aut nō habuit animum occidendi.& istud etiam subdistingue:ga aut vulnus ipsius clerici potest discerni ab alijs vulneribꝫ: & tunc non erit irregularis si vulnus nō est mortale:vt.eo. ti.significasti.aut nō pōt discerni:& tūc ꝓpter dubiū irregularis iudicatur:vt in eo,ꝙ sic.ꝙ si discerni.Res autē suas non videt licitū armis defendere cū alioꝝ offensione eo. ti.suscæpimus.Hęc oia Ioan.Cal.sed in principio sunt aliquantulum abbreuiata.Nota tamen ꝙ ex hoc ꝙ papa dat licentiam clericis ꝙ interfint bello:nō tn videt ex hoc licere clericis vti armis nisi ad se defendendum:nō aūt ad occidendum aggrediēdo:nec etiam Paganum:sed pñt tn interesse ad hortandum alios.xxiij.q.viij.omni.&.c. seq. Qđ si occiderent vel mutilarent etiā in bello iusto sunt irregulares:vt dicit Io.de Lig.dicūt etiam Inno.& Host.ꝙ pñt clamare:capere & pugnare:sed non occidite.Item dicit Hosti. ꝙ in bello iusto clericus potest dare lanceā pugnanti ante vbi plures aliquē occidunt: oēs sunt irregulares. eltū nō aūt in bello iniusto.Item dicit Ray.in summa. ꝙ vbi plures reperiunt in pugna in qua aliqui sunt interfecti vel mutilati & nescit a quib⁹:quantum ad irregularitatem oēs cēsent irregulares:& q sunt ex parte iniuriātis: & qui sunt ex parte recipientiū ti illi erant clerici:& sic illi cte mouerunt arma.dist.l.si quis post baptisma. Sed Archi.dicit.xxiij.q.fi.c.fi.ꝙ istud dictum Ray.quidam intelligunt qñ clerici erant in culpa.& hoc patet ex verbis eiꝰ dū dicit. mouerunt arma quasi voluntarie & sine necessitate. nam si defenderēt se vel socios necessarios:licet aliquis ad defendendum sit interfectus ex alia parte reliqui nō interfecissent nec interfectores iuuassent:non essent irregulares licet voluntatem occidendi habuissent:ga lex ꝓmotionis factum requirit.xv.q.j.si qs.&.c.fi.Iꝑetū Archi.distinguit inter inferentē & repellētē vim:vt repellens ex dispēsatione ꝓmoueat & tolleret in suīcæpti:dum tn constet nō p cussisse eū inferens secus qa in culpa est.ar.xvj.q.iij.porro. Notat etiam Archi.di.xxxvj.ꝙ sm Inno.& Host.si qs per cussit aliquē in iusto bello:si nō sit inde mortuus vl nemi nē suis ictibus occidat vel mutilet non efficit irregularis: etiā si alij feriant & occidāt.& sm Goff.dūmō nō ꝓcurauerit eos.eo.ti.significasti.Addunt Inno.& Ber.ꝙ si animo occidēdi percussit aliquem.licet non lętaliter. sed alij post ea occidūt:est irregularis:qa auxilium morti prębet. Item si clericus cōmodet ballistam in bello siue iusto siue iniusto:& ex hoc sequat mors,est irregularis:qa pstat cām propinquā morti.dis.l.si qs viduam.Idem sm Guil.de mutuā te gladium vl ensem in bello ipō.Dicit etiā Laudul. vt al legat Frā.de Zab.in cle.vnica. de homi.ꝙ illos qui detrudunt homes in carcerē:ita arctū & asperū ꝙ incarcerati non viuunt vltra sex vel octo menses propter arctationē carceris reputat exponentes tales ad hoc homicidas & irregulares.Hęc em pœna est magis afflictiua q̄ si ponerent in patibulo.& hoc est p̄ platos q detrudūt clericos in gabia:vbi verisimile est ꝙ infra paucos dies morientur.Frā. & Zen. & Henricus.Hæc aūt irregularitas homicidij quōcumq; & quotiescumq; sit cōtracta ante baptismum, p baptismum deletur.di.lj.si qs post baptismum.sm Inn. Goff.& Guil. sed post baptismum p solum papā dispensat: quod etiam non facile facit.di.l.miror.Idem per totum de mutilatiōe membri.De homicidio quo ad peccatum & pœnā : habes in secunda parte.

¶De irregularitate bigamię:& quomodo octo modis contrahitur. Capitulum.III.

IRREGVLARITATEM ETIAM inducit bigamia quæ multis modis ꝓtrahitur. Primo qđ cū qs successiue & diuersis tpib⁹ habet duas vxores & vtraq; cognoscit. xxxj.q.j. aperiāt.Si autem alterā non cognouisset:puta qa ante consummationē matrimonij defuncta est, non est irregularis scđm Tho.i. iiij.di.xxvij.q.ij.ar.j.q.j.ad.ij.licet magister sententiarum aliter dicat:sed non renet in hoc opinio eiꝰ. Secundo cum quis diuersis temporibus habet duas vxores.vnam de iure.aliam de facto.puta,contrahit cum consanguinea:& vtramq; cognouit.hic enim censet bigamus propter intentionis affectum cū opere subsecuto.ex de bigam.c.nup. Tertio qñ plures habet eodem tempore:vnā de iure:aliam de facto:& vtramq; cognoscit. puta contracto matrimonio cum vna & consummato contraxit etiam cū alia:vel cum contrahit cum duabus de facto: puta cum cō sanguineis & cognoscit eas: vt in dicto. ca.nuper. eodem titulo.Quarto cum contrahit cum vidua ab altero viro cognita.secus si fuisset relicta virgo.xxxij.di.feriatum.Quinto qñ contrahit cum corrupta ab alio & cognoscit eam: & hoc siue sciuerit illā corruptā siue ignorauerit.dist.xxxiij. c.curandum.Sed si ipse solus defloraſſet & postea cōtraheret cum ea non censet bigamus, dist.xxvj.acutius.ar. extra q fi.sint legi.c.tanta.Sexto qñ vxorem cognoscit ꝓpriam siue scienter siue ignoranter postq̄ cognita est ab alio.dist. xxxiij.c.si cuius.&.c.sequen.Item si vir etiā accusaret vxorem de adulterio & pendente ea accusatione ad preceptum ecclesiæ vir debitum redderet adulterę irregularis est:quia bigamus scđm Tho.Ray.& Hostien.Septimo cum qs duxit vxorem vilem mulierem:puta ancillam vel ioculatricem vel aliquam ex illis quę publicis spectaculis mancipātur:licet virginem,repellitur ab ordine.dis.xxxiij.si quis viduam.Octauo cum quis in sacris cōstitutus:vel post ꝓfessionem factam in religione contrahit cum corrupta. ex eo.a nobis.Ratio autem principalis quare bigamus prohibetur promoueri est defectus sacramēti qui est in eo:quia s.coniunctio coniugalis per eum facta non potest significare illam spūalem ꝙiunctionem Christi & ecclesię qui est vnus sponsus cum ecclesia quæ est vna sponsa. nam cum diuiserit carnē suā in plures vxores non est vn⁹ vnius.dis. xxvj.acutius.Coniunctio autem fornicaria non significat illam coniunctionem Christi & ecclesię:sed tantum coniūctio coniugalis : ideo qui non contraxit sed fornicatus est cum multis non censet irregularis.Hæc autē irregularitas non tollitur per baptismum sicut irregularitas homicidij. Rō est qa contrahit ex matrimonio & baptismum nō soluit matrimonium.di.xxvj. deinde. Vñ qui habuit vnam vxorem ante baptismū & aliam post baptismū vl ambas ante baptismum irregularis & bigam⁹ est.di.xxvj. acutius. Exuitur autem bigamus omni priuilegio clericali:& addi tur foro sæculari non obstante consuetudine & eis sub pœna excōicationis inhibitum est deferre tonsuram. eē eo.al terationis.li.vj.Solus aūt papa dispēsat cum bigamis nō eps scđm Tho.& Io.an.eē eo.d.c.Quidam dixerūt: qa nec papa pōt:qa ō doctrinam apli.sed dicūt Tho.& Pe.,ꝙ papa non pōt dispensare in doctrina apl'orum quantum ad ea q̄ sunt de iure naturali:& ea q̄ sunt de necessitate sacramentorum & fidei: sed in alijs,potest cum habeat eandem ptātem eccl'ia nunc sicut & tunc.Qđ aūt obijci posset decretalis.eē eo.nup.Soluit Tho.dicens eandem difficultatem esse in dispensando cum eo q cōtraxit cum pluribus de facto sicut si contraxisset de iure vult papa ibi ostendere. & ideo non dicitur dispensare:non qa non possit dispensare. vbi etiam dr nō posse:quia non consueuit dispensare etsi possit,sed si diffusius vis videre de bigamia habes in summa confessorum.li.iij.ti.ij.per totum.

Declerico mutilante.

Bigamia ducit ad irregularitatem.

bigamꝰ exuitur priuilegijs clericis.

¶De irregularitate propter illegitimationem. Capitulum.IIII.

IRREGVLARITATEM ETIAM inducit Illegitimatio.Rō aūt quare tales prohibent a ꝓmotiōe est scđm Ray.qa tales reputāt viles pſonæ.Dignitas aūt clericatus vilib⁹ pſo non ꝓnis dari non conuenit.Secundo etiam ad detestationē paterni sce-

bigamꝰ ꝙmotionem non ꝙmouetur.

leris,necesse incōueniens vnū puniri ꝓ alio:vt filium pro peccato patris:pœna tamen corporali: nunc̄ autem æternali:vt.j.q.iiij,per totum. Tertio quia tales solēt esse imitatores paterni sceleris& intemperati moris. lxvj. dist.si gens.& in glo.summaria.in prin.dist.Et q̄uis aliqñ reperiātur hmōi viri valde industrij & virtuosi:& ex hoc reddantur laudabiles magis.dist.lvj.nunc̄ tamen iura ad aptantur scđm ea quę vt in pluribus accidunt,In dignitatibus tamen sæcularibus tales non semper repelluntur. ff. de decur,l,spurij.Illegitimi etiam scđm iura hereditare nō possunt quod statutum est in fauorem matrimonij : & vt dicit Pe,de Anch.si fieret in aliqua ciuitate statutum ꝙ illegitimi possint hereditare nō valeret:quia esset cōtra bonos mores& nutritiuum luxurię:tamen quo ad deum & virtutum opera nil nocet illegitimatio si in se bonus sit: vt diffuse habes.lvj.dist.c.nasci.cum quinq; ca.sequen.Dicitur autem illegitimus qui non est natus de legitimo matrimonio:vl quod reputabat legitimum scđm Ray.extra eo.c.cum inter.Vnde si vir & mulier contraxerint in facie ecclesię bona fide credentes se legitime copulatos : cum tn non essent:puta propter impedimentum cōsanguinitatis: vel etiam si alter eorum tantum hoc credebat.f.legitimam copulationem: puta quia contraxit cum eo quē nesciebat habere aliam vxorem:talis reputatur legitimus: & vtriq; parenti succedit.extra eodem.ex tenore. secus si clādestine contraxissent:quia tunc videt fuisse ignorantia affectata: & multo magis si contraxerunt publice scientes impedimēt cum ambo.extra de clande.despōsa.c.cum ihibitio. scđm Tho.& Pe.Item dum quis ignorat se illegitimum cum sit scđm Hostien,probabilis ignorantia excusat eum. ar. C. de testa.l.j.vnde durante tali ignorantia non peccat faciēdo se promoueri:vel hæreditatem adeūdo:sed cum scit sufficienter:q̄uis alijs occultum esset & dispensatione indiget quo ad ordinem & dignitatem & hereditatē dimittere debet:quando patet etiam nesciebat illum.f.esse legitimum. Vtrum aūt in hac materia debeat filius credere matri? Dicit Hostien,prima facie credendum est.ar.extra de presum. c.afferte.sed tn nō cogitur ad hoc.f.credere.C.de testa.l. ne q̄ ꝓfessio.Qualitas autem matris & conuersatio eius cum alijs circunstantijs plus vel minus videtur ꝙ habeat induc̄ere talem filium ad credendum.

Illegitimus qs dicitur

§.I. LEGITIMATVR AVTEM QVIS

Legitimę qs tribus modis.

tripliciter. Primo modo per sequens matrimonium: puta cum quis cōrahit cum illa ex qua ante matrimonium habuit filios:etiam si ille vel antec̄ fumeret talem in coniugem prius:cum altero ꝓheret:quia postea moreret. Et hoc est verum si illa tūc poterat illi esse vxor quando de ea habuit filios:qa.f.vterq; solutus erat. Vñ datus de adulterio vel incæstu per istum modum legitimari non potest . extra eo.conſstus. Et hęc legitimatio valet vt succedere possit in omnibus bonis parentū.in auē.qui .mo.effi.na.le.§. quoniam.valet etiam ad habendum dignitatem & ordinem,Secundo modo per specialem indulgentiam papę.eē eo.per venerabilem.Et hæc legitimatio valet ad hocvt talis valeat promoueri ad omnes ordines & dignitates eccle siasticas vbiq; terrarum. Valet etiam ad successionem bonorum parētum & ad omnes actus legitimos seculares in terris eccl'iæ subiectis temporaliter.Si autem fiat per epm legitimatio valebit ad hocvt minores ordines possit suscipere & beneficium sine cura vbicūq;:& ad successionē bonorum & actus legititimos sæculares in terris temporaliter ecclesiæ subiectis:& etiam alijs terris quantum ad ea ꝙ quæ nō fieret alteri prejudicium:& multo magis valet ad hoc legitimatio ꝙ papam,sed in his per quę,sit alteri prejudicium:puta ꝙ succedant ab intestato non valet legitimatio:nec per papam nec per epm in terris q̄ ei temporaliter non subsunt.hoc sm Inno.& Ber.sup.c.per venerabilem. Tertio modo legitimatur quis per leges temporales & sæculares:scđm.f.modos in eis traditos qui reduci possūt ad tres.Primus est si pater filium naturalem offerat curiæ imperatoris efficiaturq; curialis.in auē.qui.mo.effi.na.le.§.si quis igitur.col'.vj.Idem si offerat eū curiæ ciuitatis de qua vel de cuius vico sit oriundus.instī.de nup.§.si.Secđs modus est si pater decedens in testamēto filium naturalem nominet legitimum hæredem:& ipse postea testamentū offerat principi:vel si pater in iustrumēto ꝙ publicā manum confecto vel alio scripto cum subscriptiōe trium testium eum filium nominet nec adiecerit naturalem.vt in auē.vt li.ma.& auię.§.ad hoc. Tertius modus est si nullo filio legitimo existente ipse naturalis filius seipm offert curię. vt in auē.qui.mo.na.leg.effici.§.j. Hæc legitimatio per leges facta valet ad temporalia & sęcularia quo ad successionem & dignitatem in terris tn subditis ptāti legitimantis:& in alijs vbi non fieret alijs prædicti? ad ordinem vel dignitatem eccl'iæ non se extendit.Inno.& Ber.

§.II. DISPENSATVR AVTEM CVM

Pluralitas priuilegiorū notat in eo: cū dī. Circūamicta varietate. siue intelligať de vestimēto de varijs coloribus cō texto: siue varijs pluribus vestimentis indutа. Plura vtiq; & varia & singula priuilegia reperiunť in virgine Maria: quæ nō sunt ex alijs fctis ex qbꝫ deprehēdiť ois gloria eiꝫ: & sunt. xij. significata p. xij. stellas corone: quā vidit Ioannes in Apo. xij. c. in capite mulierē habere dicēs. Signū magnum apparuit in cœlo ecclesiæ militātis & triumphātis. Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius: qa oīs defectus sub ea est nullos habet in se: vel mundus sub ea vtregina mūdi Corona xij. stellarum sunt. xij. varia priuilegia quibus circūamicta est varietate. Primū fuit: qa extat multiplicis prędignata nō solū in mulieribus vereris testāmēti: de quibus dictū est: sed etiā in alijs figuris & prophetijs. Hæc enim est lux primo facta: hęc fluuius paradisi ecclesię ad irrigandum ligna fructifera ecclesiæ: qui extēdit in quatuor capita. hæc arca Noe ex qua euadit diluuiū infernale qui i ea permanere inueniť p deuotionē. Hęc virga Moysi qua facta sunt tot miracula. hęc virga Aaron quæ frōduit floruit & fructificauit sine opere humano. virga em̄ esse floruit: de qua Esa. xj. Egredieť virga de radice Iesse &c. Hęc virga regis Assueri: qua tangitur anima in signum clemētię dei. Hac virga percussus pauebit Assur. i. diabolus. Esa. xxx. Hanc virgam portare iussi sunt a Christo ad prædicā dum missi Hoc lignum aquas amaras dulcorat. hęc vellus Gedeonis, hæc thronus Salomonis: hæc hortus conclusus & fons signatus de qua Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet. Et breuiter totum vetus testamentum plenum est figuris & prophetijs eius. Secundum priuilegium est: qa plenius omnibus alijs in vtero sanctificata: in cuius figuram sanctificatum fuit tabernaculum domini per Moysen. Ego puto ait Bernī. ꝙ copiosior gratia sanctificationis in ea descenderit q̄ in alijs ab vtero sanctificatis: quæ totius vitę conuersationem immunem redderet ab omni peccato quod nulli extat concessum. nam alij sanctificati in vtero materno: vt Ioannes baptista & Hieremias commiserunt venialia: essi non mortalia. Hæc autem ꝑm omnes doc. nunc̄ venialia admisit. & pie credi pōt ꝙ ea die qua fuit aiata aia rationali: ea die fuit sanctificata. Tertium priuilegiū qa ab archangelo gloriose salutata. Aue inquit gratia plena cuius multi in veteri & nouo testamento fuerint visitati & salutati. Et si angelus Gabriel ēt Zachariæ nuntiauit natiuitatē ex eo Baptistæ: tamē timorē incussit & punitionē subdidit facies eū mutū. Hāc autē etsi ex inusitata salutatione propter humilitatem eius primo exterruit: postea summo gaudio repleuit. Et opinio est aliquorū ꝙ fuerit vnus de supremo ordine. f. Seraphin ad annuntiandum tantū mysteriū. Nec obstat si dicať ꝙ ex adsistentibus angelis nullus mittiť: qa hoc verū est de lege cōi: sed ob causam singularē: deus qui mutat leges & tēpora & officia ad placitū de quocūc̄ ordine mittere potest. Et qd̄ maius nuntiū esse poterat hac nouitate maxima. Nec obstat ꝙ si dicať archangelus: qa quo ad interpretationē etiā Seraphin est archangelus. interpretatur enim princeps angelorum. Quartū singulare priuilegiū est: qa veritas increata in ea est incarnata. Pā. lxxxiij. Veritas de terra orta est. i. in virgine gloriosa, terra per profundā humilitatē. Hoc est illud nouū qd̄ Hieremias dixit dīm facturū super terrā: qa fœmina circundabit virū. Hoc est oim nouitatū mundi maximū qd̄ nūc̄ fuit nec amplius erit fœmina quę est terra: de terra formata in origine prio circūdabit nō aliun de accipiat nisi a deo: Virū nō paruulū sed perfectū omni virtute & sapiētia: qa vnitū deo. sic em Canit ecclesia. Quem terra pontus ęthera &c. Quintum: qa cū summo gaudio filium parturiuit. Esa. xxxv. Germinās germinabit lætabunda & laudās. sicut terra germinās fructus sine sui apertione imperceptibiliter: sic virgo Maria filiū clausa pudoris aula regia & hoc lætabunda. Alia etiā oēs cū dolore magno pariūt: hęc peperit sine dolore salua tore sæculoꝝ vbere lactans de cœlo pleno: immo cū summo gaudio. Sextū priuilegiū: qa simul mater & virgo qs vnq̄ audiuit talia: vt virgo esset & intacta generaretq; vnde canit ecclesia. Gaudiū matris habens cum virginitatis honore: nec primā similē visa est: nec habere sequentē. Dehoc solicita fuit interrogare quando dixit angelo. qūo fiet istud qm̄ virū nō cognosco. i. vouī me non cognoscere: qd̄ angelus declarauit: qa mater simul & virgo eēt: de spūsctō nō ab hoīe concipiēs. Septimū priuilegiū: qa resurgēs primo ei apparuit. vt pie credi & testať Ambro. etsi euāgeliste taceāt quasi vt per se notū prę supponēdo. Sed cui dubiū est: qa nō apparuit ei in habitu trāsfiguraro peregrini vel hortulani: vt Marię Magdalenæ & duobus discipulis eunti bus in Emaus propter incredulitatē eorū: sed ipa cū firmiter crederet resurgēre & sciret deū esse omnipotentē: & solū in ea fides remansisset manifestissime & gaudiosissime ei apparuit. Vnde cū propheta dicere potuit: ꝑm multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo cōsolationes tuę lętificauerūt aiam meā. Pā. xciij. Et qa sup oēs doluit in passione filij super oēs fuit consolata cū apparuit ei resuscitatus. Octauū: qa ascendente Christo remansit magistra doctoꝝ ecclesiæ apostolorum & euangelistarum. Vnde dicit Act. j. Hi omnes erant perseuerantes in oratione cū Maria matre Iesu. Conuersabatur inquit Hiero. post filij sui ascensionem cum senatoribus cœli in schola virtutum ipsa de mulctis mysterijs informauit apostolos & euangelistas. Nonū priuilegium fuit glorificatio eius in corpore nō solum in anima. vt dicunt Augu. & Bernar. qd̄ ex eo poterit elici: qa dicitur amicta sole. Dicit enim Christus de iustis in vltima resurrectione: ꝙ fulgebūt sicut sol in regno patris eorum. Mat. xiij. Amictus ergo solis est gloria corporis &c. Multa circa hoc in legenda assumptionis. Decimum priuilegiū ꝙ fuit associata a tota cœlesti curia in assumptione. In cuius figuram habetur. ij. Reg. vj. ꝙ Dauid reduxit arcam quæ significat virginem Mariam cum sex choris in magna solennitate in Hierusalem quæ significat patriam supernam. Dauid est Christus. Credendum est ait Hiero. in sermone. ꝙ ipse Saluator per se totus seituus occurrit: & eā in throno suo collocauit. Sex chori sex differētię beatorū. f. angeli: ꝓphetę & apostoli: martyres: ꝓfessores & virgines: quibus circūdata super oēs exaltata. Vndecimū priuilegiū: ꝙ est exaltata super choros angelorꝝ. f. sancta dei genitrix canit eccl'ia. Vnde Eccli. xxiij. ponunť sex exaltationes. Prima quasi cedrus exaltata sum in Libano. Libanus interpretatur candidatio: & aperte significat angelorꝝ statū qui semper fuerūt candidi puritate & sine peccato. Sicut ergo cedrus in libano est altior omni arbore: ita virgo sublimior est omni angelo. Sed'a exaltatio quasi cypressus in monte Sion. Sion interpretať speculatio: & significat altū statū prophetarū sub quo continentur patriarchę: qa gestaeoꝝ fuerūt ꝓphetica: aspiciebāt per speculū figurarū & nō clare Christi mysteria: sicut ergo in monte Sion cypressus odorifera sup alias arbores ascēdit: ita Maria sup oēs prophetas. Tertia est: quasi palma exaltata sum in cades. principales victoriosi de mūdo: cū palma martyrij fuerūt apostoli. Ecclesiarū principes: belli triūphales duces canič de ipsis: sed maxima victoriosa virgo Maria super apostolos. Quarta quasi plantatio rosæ in Hiericho. Rosa pulcherrimus florum est: sed i spinis nascitur: & significat martyres inter spinas ortos tormētorū: super quos virgo Maria exaltatur. Quinta quasi oliua speciosa in cāpis: significat confessores operibus misericordiæ deditos quos excedit. Sexta quasi platanus &c. quæ herba semper viriditatem retinet: & virginis virorē perfectæ castitatis demōstrat. Duo decimū priuilegium ꝙ est super oēs venerata & exaltata & collaudata. mirabiliter omnes deuotione efficiunt ad oia facientes multa ad honorem eius &c.

¶ De multiplici misericordia quam accepimus a deo mediante virgine Maria. Capitulum. IIII.

SVSCEPIMVS DEVS MISE

ricordiā tuā in medio tēpli tui. Pā. xlvij. Tēplū dei esse virginē gloriosam declarat ecclia cū dea cātet. Beata es dei genitrix Maria virgo ppetua tēplū dñi: sacrariū spūssancti. Et in sequentia quadam. Aue decus virginale: tēplū dei speciale: nobile triclinium. Tēplū est locus immunitatis & securitatis. Ita inquit Bernar. Securū accessum habes ad deū o homo, vbi mater stat ante filiū: filius ante patrē: mater ostēdit filio pectꝰ & vbe-

ra: & ideo nulla poterit eē repulsa: vbi sunt tot amoris īsignia. Templum est locus summæ veneratiōis. Videte ait idem Bern̄. quanto deuotionis affectu vult eam a nobis venerari & honorari: qui totius boni plenitudinē posuerit in Maria, vt si quid gratiæ: si quid salutis in nobis est: ab ea nouerimus redundare. Ad emplum fit oblatio: si quid autem o homo deo offerre desideras testatur Bern̄. in manibus Mariæ commendare memēto: ḡa manus eius mū dissimę sunt: nostrę autem plenę sunt sanguine: & ideo per manus eius non nostras acceptabunt. Denicp ipsa virgo est prima post Christum in ecclesia triumphāte quę pro curat vt regina Hester apud Asuerum, sdeum salutem ecclesiæ militantis: & sententias mortis reuocat ab inimicis a manu diaboli: & ab alijs nos defendens, per hanc multipliciter suscepimus misericordiam, & in hac quæ est templum dei sed præcipue tripliciter.

¶Primo enim suscepimus misericordiam saluationis per incarnationem.

¶Secundo suscepimus misericordiam directionis per eius conuersationem.

¶Tertio suscepimus misericordiam subleuatiōis per eius interuentionem.

§.I. MAXIMA MISERICORDIA

deus fuit vsus erga nos: ḡa dignatus est incarnari. Vñ ipsa virgo in cāt̄ico suo ait. Suscepit Israel puerū suum, i. seruū: quia scilicet sursum accepit naturā humanā de Israel deo vnēdo: & in hoc recordat̄ misericordię suæ qua fuit qua si prius oblitus ante incarnationē. Istā misericordiā suscæpimus de⁹ in medio tēpli tui, i. in vtero virginis de qua incarnatus es, p ergo natura non habuit: vsus non obtinet: ratio ignorauit: ipmēs nō capit humana: pauet cœlū: stupet terra: creatura oīs etiā cœlestis miratur, hoc totū Marię per Gabrielē nuntiatur: & per Christū adimplet. testat̄ Hiero. in sermone. In cuius figurā extat: ḡa in medio templi Salomonis in ea parte q̄ dicebat̄ sancta sanctorū posita fuit arca dñi cū ppitiatorio desup quę significat Christi humanitatē cū deitate. Arca enim de lignis Sethim facta impure scibilibus auro tecta: significat corpus Christi cōpactū ex purissimis sanguinibus virginis cū aīa eius diuinitati cōiūcta. In qua humanitate tria erāt: virga iustitiæ & iudiciariæ potestatis: lex sapientię & veritatis: manna mansuetudinis & pietatis. Propitiatoriū desup deitas supereminens ipsi tū humanitati vnita. Duo Cherubin de oliuis respiciētia in propitiatoriū mutuis vultibus sunt duo testamenta plena sapiētia quę testant̄ de Christo adinuicē. qd⁹ em vnū prædicit futurū, s. vetus testamentū: aliud, i. nouū exprimit factū, & totū hoc quod p viscera misericordiæ suæ visitauit nos oriēs ex alto. Fuit ergo in isto tēpli medio, i. vtero virginali arca, i. deus incarnat⁹ fuit & notitia testamētorū in mēte. Vnde & Beda tractans illud Luc. ij. Maria conseruabat omnia verba hæc cōferēs in corde suo: ḡa scripturas legebat & sciebat, pphetias: cōferebat quæ secū erant acta cū dño de his quæ nouerat scripta a, pphetis de dño & collata adinuicē cognouit in star cœlestiū Cherubin socia sui vultus luce concordia: & seruabat ea in mente: vt euangelistis & apostolis deferret describētibus nouū testamentū. Aug. in sermone. Quid dicā beata virgo cū de te quicquid dixero minor est laus tua q̄ dignitas tua meretur: si cœlū te vocē altior es: si matrē gentiū dicam præcedis: si formā dei appellē digna exīstis: si dominā angelorū vocem per oīa esse probaris, hæc ille. Sicut ergo locus dictus sancta sanctorū erat solēnissimus: ita q̄ nulli licebat accedere nisi summo sacerdoti. Ita & beata virgo Maria cum gratia repletur: cum spiritu sancto perfunditur: cum virtute altissimi obumbratur fit preciosior meritis: celsis sublimior fastigijs: pulchrior sanctitate: gloriosior suorum meritorum prærogatiuis: ita vt nullis vnquā vsibus iam mancipanda nisi diuinis. Hiero. in sermone. Hinc & Maximus in sermone. Scītes fratres dilectissimi auctori nostro multū nos debere cōditos plus redēptos: veneremur illū sacratissimū vterum ex quo deus vnitus homini apparuit. O fœlix Maria: o genitrix gloriæ: & puerpera sublimis: cuius viscer̄ibus auctor cœli: terræq; committitur. O fœlicia oscula labijs impressa lactentibus: cum inter crebra indicia crepitantis infantiæ verus ex te filiꝰ tibi Maria alluderet: verus ex patre tibi dominus imperaret. fœlix puerperiū: lætabile angelis: expectabile sanctis: necessariū profligatis. Hæc ille.

Augu. Augu. quoq; sic ait in sermone. O q̄ immaculata virginis tas quę omnes angelos ī cœlestia regna præcellit. O q̄ beata mater quæ Christum dominum sanctum regem gloriæ meruit generare. O q̄ beati pedes qui Christum meruerūt sustinere. O q̄ fœlicia vbera quę auctorem & redemptorē mundi lactauerunt. O ineffabilis virgo in cuius continebatur gremio: qui regebat vniuersum mundum. Hec ille.

Bern̄. Bernar. in sermone. Fac o benedicta per gratiam quam inueniſti: per misericordiam quam peperisti: vt qui mediante te fieri particeps dignatus est infirmitatis & miseriæ nostrę: te quoq; intercedente ptícipes faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ.

§.II. SECVNDO IN MEDIO TEMPLI dei, i. in cōuersatione virginis gloriosę tēplū dei existētis: quæ cōuersatio semper fuit in medio, i. in virtutibus & fm rationē suscepimus misericordiā directionis seu regulā bene viuendi. Si quidē magna misericordia est deum & errātē ad viā salutis reducere: & iter rectum ostēdere. Equidem errabant pene oēs in inuio & nō in via mandatoꝝ & virtutū incedentes quæ ducit ad vitā: sed p viā latā quę ducit ad mortē: sed nata est virgo Maria: cuius vita gloriosa lucē dedit sæculo. Vnde Maria interpretat illuminatrix: & maris stella dicit quæ ducit naufragantes ad portū. Habetis in ea magisteria probitatis & virtutis: & sciatis quid eligere quid vitare debeatis, inquit Ambro. In me cāit ipsa Eccl⁹. xxiiij.) oīs gratia viæ & veritatis: in me oīs spes vitę & virtutis. vt sciatis quid eligere & quid vitare debeatis.

Hiero. Talibus em̄ teste Hiero. in sermone, decebat virginem op pignerari muneribus: vt plena eēt gr̄a quę cœlis dedit gloriā: terris deū pacēq; refudit: fidem gētibus: finē vitijs: vitę ordinē moribꝰ disciplinā. Abūdātia aūt gratię & virtutū eius in tēplo ipo figurata fuit. Nam in medio eius in loco qui dicit sancta: erant ibi ex vno latere mēsa aurea cū duodecim panibus propositionis: ex alio latere altare aureum thymiamatis & thuribulū aureū: ac etiā cādelabrum aureū cū septē lucernis: vel ū quoq; qđ diuidebat sancta sanctorū quadricolore. Sic in templo mētis virginalis fuit mensa fidei perfectissimę duodecim articulorꝝ designatorꝝ per panes: fuit & altare aureū summę dilectionis cum thuribulo spei. vnde fumus aromatū, i. deuotissimarū orationū & cōtēplationum ascēdebat ad cœlū. cādelabrū quoq; gratię septē donorꝝ spūssancti: virtutes quoq; cardinales designata per velum quatuor colorum fm magistrū in. ij. sen. vtiq; fuerunt in ea. Prudētia qua prudenter se habuit ad angelū recogitans qualis illa esset salutatio nō subito respondens postea quęrēs. Fortitudo qua aduersa sustinuit in passione filij. Iustitia in cōseruando legem de purificatione ad quā non tenebatur de accessu ad tēplum cū filio: & alijs legalibus. Tēperātia in ieiunijs: vigilijs: & modestia & omni ca stitate. Et descendendo ad particularia. De ea sic loquitur Ambro. in li. de virginitate. Quid exequar de beatę Mariæ virtutibus: virgo erat nō solū corpore: sed & mēte qua nullo doli ambitu syncerū violasset affectum: corde humilis verbo grauis: aīo prudēs: loquendi parcior legendi studiosior: intēcta operi: verecūda sermone: arbitrū mētis: nō hoiem sed deū quærēs: nō in incerto diuitiarū sed in prece pauperis spem reponens. Benevelle oībus: assurgere maioribus: natu æqualibus non inuidere: fugere iactantiam: sequi rationē: amare virtutē: q̄n ista vel vultu lęsit parentes: q̄n discessit a propinquis: q̄n fastidiuit humiles: q̄n vitauit inopem: eos solos solita inuisere cœtus virorꝝ quos misericordia nō erubescēret nec pręteriret verecundia: nihil torui in oculis: nihil inverbis procax: nihil in actu verecūdū: nō gestus fractior: nō incessus solutior: nō vox petulātior: vt ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis & figura probitatis. Quid aūt exequar beatę Mariæ ciborum parsimoniā: officiorꝝ redūdātiam: alterum super naturā superfuisse: alterū pene ipsi naturę defuisse? Illic nulla intermissa tempora, s. quo ad officia, i. exercitia & seruitia: hic cōgemi natus ieiunio dies. & si aliq̄n reficiendi succesſit voluntas: cibus plęrumq; obuius qui mortem arceret: nō delicias ministraret: dormire non prius cupiditas q̄ necessitas fuit: & tamen cum quiesceret corpus vigilabat animus quæ frequenter in somnis aut somno interrupto continuat: & aut disposita gerit: aut gerēda pronūtiati prodire domi nescia: nisi cū ad ecclesiam cōueniret: & hoc cū parentibus & propinquis, hæc ad ipsos angeli ingressus inuenta est domi in penetralibus sine comite: ne quis contemplationem abrūperet: ne quis obstreperet: nec enim fœminas comites desiderabat: quæ bonas cogitationes comites habebat: quin etiam tunc minus sola videbatur cum sola esset. Nam quo modo sola cui tot libri adessent: tot archāgeli: tot prophetæ. denicp archangelus vbi eam reuisere solebat inuenit. Quam religiosa in propinquis fuerit, scriptura diuina cōmemorat. Nam & humilior facta est vbi se cognouit electam: & statim ad cognatam suam in montana perrexit: & ita conseruabat oīa verba hęc in corde suo: q̄uis mater dominī: discere tamen pręcepta domini desiderabat. & q̄ deū genuerat, dñi tamen præcepta scire desiderabat. Hæc oīa

Augu. Ambro. in lib. de virginitate. Item Augu. in quodam sermone. O dilectissimi quis laudes beatissimæ virginis digne decantare valeat? Facta est enim Maria ianua cœlorꝝ: sublimatio apostolorum: laus martyrum: iubilatio cōfessorum: gloria viduarum: gaudium angelorū: requies animarum. Facta est Maria salus morum: mors criminū: vita virtutum: virtus pugnantium: palma victorum. Facta est Maria excelsa sup lydera: sanctior super omnes fœminas: cuius vita inclyta: cunctas illustrat ecclesias. Hęc Augu. in sermone. Et sic per exempla vitæ eius suscepimus misericordiam regulæ & directionis bene viuendi: & per merita

Hiero. & preces eius misericordiā. Itē Hiero. in sermone de assumptione. Puto q̄ quicquid cordis: quicquid virtutis humanæ: si totum adhibeas non sufficiat vt cogitare valeas quāto indesinenter cremabatur ardore pij amoris: quanto moriebatur repleta sancto spiritu secretorum cœlestium incitamentis, dum reuolueret animo cuncta quæ viderat: quæ audierat: quę cognouerat: nouis quotidie inflammabatur desideriorum effectibus tanto validius quanto intus diuinus illustrabatur visitationibus: totam incanduerat diuinus amor vt in ea nihil esset quod mundanus violaret affectus: sed ardor continuus: & ebrietas perfusi amoris. Hęc Hiero. in sermone.

§.III. SVSCEPIMVS DEMVM ET

miam multiplicis subleuationis in miseriꝝ in medio templi huius, i. ipsa mediāte. vnde & dicit mater gratiæ mater misericordię. Tēplū si quidē Salomonis: nō solū sancta & sanctasan ctorꝝ: sed ētatria & porticus quæ erāt ante ipsum habere dicit: qđ patet ex euāgelijs q̄n elecit de tēplo ementes & vendētes: & in templo docebat & miracula faciebat. Mat. xxj. qđ vtiq; intelligitur de atrijs tēpli. ibi aūt fiebāt orationes: vt patet de Pharisęo & publicano: & offerebāt sacrificia: q̄n Salamon perfecto ipso tēplo dedicauit dño orauit vt q̄ncūq; pestis, vel corruptus aer vel bruchus: aut rubigo, aut siccitas pluuiæ propter pctā populi superueniret in patria illa: & populus ille reuersus confiteret peccata sua: & adoraret pro amotione plagę: deus liberaret eum. Item q̄n populus iret ab bellū contra inimicos vel captiui ducerent ab alijs gentibus: vel alia mala paterentur: si pœnitētes dirigerēt mentē suā ad adorandū versus tēplū pro liberatione q̄ exaudirentur: qua oratione facta apparuit postmodū deus Salomoni dicens se fuisse exauditū. vt habet. iij. Reg. vij. & ix. Sic ad, ppositū qui pœnitēs & deuotus accedit ad hoc tēplū virginale postulans adiuuari pro

Bern̄. diuersis miseriꝝ exauditur misericordiam recipiens. Vnde Pś. xvij. Exaudiuit de tēplo sancto suo vocē meam. Vnde Bern̄. in sermone. Sileat miam tuā virgo beata si quis inuocatā in necessitatibus suis te inuenerit defuisse. Nos qui dē seruuli in virtutibus tuis congaudemus tibi, sed in hac potius nobis pis laudamus humilitatē: virginitatē miramur: sed mia sapit dulcius miseris & crebrius inuocat. Hęc est em̄ quæ totius mundi reparationē obtinuit: & salutem omniū impetrauit. Quis ergo miæ tuę o benedicta longitudinē: latitudinē: sublimitatē & , pfundū queat inuestigare? Nā longitudo eius vsq; ad nouissimū diē inuocātibus eā subuenit vniuersis. Latitudo eius repler orbē terrarum: vt tua quoq; mia sit plena oīs terra: sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationē: & , pfundū sedēti-

Maria oliuę se compa rat. bus in tenebris & vmbra mortis obtinuit absolutionē: a's redēptionē. Hęc ille. Idē. Reuolue diligētius euangelicæ historiæ seriem: & si quid increpatorijs si quid durū: si quod denicp signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria: de cætero suspectam habeas & accedere verearis. Consi dera diligenter: et si vere plena sunt oia opera pietatis & gratiæ: plena māsuetudinis & misericordiæ quæ ad Mariā pertinēt inueneris: age gratias ei qui talē tibi mediatricem benignissima miseratiōe prouidit. denicp oibus oia facta, oībus misericordiæ sinū aperuit: vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi: captiuus redemptionē: eger curationē: tristis cōsolationē: pctōr veniā: iustus gratiam: angeli lętitiā, denicp trinitas gloriā: filij persona: carnis subfātiā: vt nō sit qui se absondat a calore eius. Hęc ille. Et ḡa ipsa virgo gloriosa misericors est ad oēs: cōparat se oliuę dicēs Eccli. xxiiij. Quasi oliua speciosa in campis. Oliua significat misericordiā: quia oleū fructus est lenitiuū & dulce. Ad oliuā quæ est speciosa in cāpis oēs possunt accedere & accipere fructum eius: sic ad Mariam & iusti & peccatores accedere possunt vt inde misericordiā accipiant. Ipsa est illa sancta Iudith quæ ex magna misericordia ad populū fuit cū magna prouidētia & fortitudine occidit Holofernē ferocissimū obsidētē & captiuare & exterminare volentē populū dei, i. diabolum infernalem. Vnde & in eius laudem dixerunt Ioachin summus sacerdos cum omni populo benedicentes. Tu gloria Hierusalem: tu lætitia Israel: tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter & cōfortatū est cor tuū: eo q̄ castitatem amaueris & benedicta eris in æternum, Iudith. xv. O quot sententias terribiliū flagellorum quæ meruit mundus propter peccata sua hæc sanctissima virgo misericorditer reuocauit. Nonne in visione ostensum est beato Dominico & alijs q̄ dei filius mundum exterminare volebat tribus lanceis: sed beatissima mater misericordiæ pro eo intercedens ipsum placauit: asserens se duos seruos habere: scilicet Dominicum & Francisc̄um: quos mittens per orbem cum filijs homines ad pœnitentiam reducerent. Nonne ipsa mater pietatis Theophilum qui se diabolo dederat: & chyrographum scripserat: vt eum liberaret a quadam confusione iniuste sibi illata: restituit saluti & chyrographum ī medio iactare coegit. Quis posset enumerare quantas quotidie sanitates infirmis deuote inuocantibus eam misericorditer elargitur? a quantis periculis animæ & corporis plurimos liberauit? quot diuersis angustiatos laboribus consolata fuerit? quot errantes in tenebris illuminauerit? Si igitur deum in sanctis suis laudare iubemur: multo magis in Maria matre misericordiæ: quæ vt sapiens mulier Thecuites pie pro Absalone fratricida & proteruo aduocans patri suo Dauid reconciliauit & ab exilio reuocauit. ij. Reg. xiiij. scilicet genꝰ humanū. Si ergo ait Hieron̄. virgo es lauda: quia meruisti esse qđ laudas. si cōtinens es lauda: ḡa inde tibi gratia fluxit vt possis casta existere. q̄ si coniugata vel pctōr nihilominus venerare & lauda: ḡa ex ea natus est Saluator: vnde tibi venia & misericordia promittit. Suscepimus ergo o deus & suscipimus quotidie misericordiam tuam ī medio templi tui, i. per Mariam. & ideo laus tibi in sæcula.

¶De angelis qui sunt in ecclesia dei ministri & custodes nostri. Capitulum. V.

PREVENERVNT PRINCIpes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Pś. lxvij. De angelis agendum est: quia ipsi in ecclesia triumphanti ciues ordinarij & consortes beatorꝝ in ecclesia dei ministri & custodes nostri: & multipliciter in cōi & in particulari nos adiuuāt. vt ait Grego. in homil. Illa superna ciuitas nimirum ex angelis & hominibus cōstat: ad quā tantum humani generis ascēdere credimus: quot illic contigit angelos remansisse. iuxta illud Deut. xxxij. Statuit terminos populorum iuxta numerū angelorū dei: qđ tamē est fm aliā translationē nō nostrā. hæc tamen in opinione est. Nā alij dicunt q̄ tot homines ascendent quot ex angelis ceciderūt cū ex eis hoibus dicantur ruinę angelorū restaurari. Veri⁹ esse videt qđ dicit ecclesia in collecta. Soli deo cognitus ē numerus electorꝝ in superna fœlicitate collocandus. Hi tñ vt dicit Grego. nō faciēt ordinē de per se: vt sint homines quasi decimus ordo: sed collocabuntur in diuersis ordinibus angelorū fm qualitatē virtutum eorꝝ. Licet em̄ angeli fm naturā sint perfectiores hoibus quasi deo similiores cū sint puri spūs & immortales, ,ppter qđ Christus dr̄ minor angelis fm q̄ homo. fm illud. Minuisti eū paulomin⁹ ab

angelis.qa ipse mortalis erat in via.angeli aut̃ immortales:tam ẽ in pfectione gratiæ & gloriæ multi sancti excedũt gloriã multoꝝ angeloꝝ.Et de virgine gloriosa canit ecclesia.Quia exaltata ẽ super choros angeloꝝ.Et qa ipsi angeli diligunt nos & solicitãtur pro salute nostra:ideo qa per laudes diuinas iter est ad videndum cum eis salutare dei.i. saluatorẽ:iõ nõ solũ cõiunguñ psallentibus:sed & prgue niunt eos ad excitandũ,ad psallẽdum & laudandum deũ. Prgenerunt ergo &c.Vbi tria notantur.

¶Primo dominium ex quo exaltantur: ibi.Prgenerunt principes.

¶Secundo exercitium quo delectãtur:ibi.Coniuncti psallentibus.

¶Tertio consortium quo sociantur:ibi.In medio iuuenculorum tympanistriarum.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

angeli dicuntur principes.non solum vnus ordo eorũ qui dicũtur principatus:sed omnes a maiori vsq; ad minores. iuxta illud Pſ.cxij. Vt collocet eum cum principibus:cum principibus populi sui.Omnes enim habent magnum dominium super dæmones:super homines:super elementa:& super elementares res.Principantur dæmonibus refrenãdo malitiam eorum ne hoibus tantũ noceant quantũ vellent corporaliter & spũaliter.Vnde angelus Raphael apprehẽdit & religauit diabolum nomine Asmodeum in deserto superiore:ne posset nocere Tobiæ iuniori cum accepit Saram in vxorem: sicut læserat & occiderat septem maritos eius quos successiue ipsa Sara habuerat. vt habetur Tob. viij.In bello spirituali quod agimus contra dæmones:vel potius contra nos multipliciter iuuant: & suscipientibus eorum victoriam prestant.quod innuitur Apo.xij. vbi dicitur.Factum est prlium magnum in cœlo:& Michael pugnabat cum dracone& angeli eius.s. boni.& draco & angeli eius.s.mali cum illis.& non prgualuerũt:nec locus eorum amplius inuctus est in cœlo: & proiectus ẽ draco ille. Dimittẽdo pronũc de prlio facto in cœlo empyreo i principio creationis eorũ:qd̃ bellũ intelligit cõtraria volũtas auersionis a deo quo ad malos & auersionis ad deum quo ad bonos.Vnde boni quasi victoriã habẽtes: qa non sunt imitati malos confirmati sunt.Et draco Lucifer cum sequacibus quasi deiecti de cœlo ceciderunt.Videamus de prlio qd̃ quotidie geritur in cœlo militãtis ecclesiæ in gñe vel in cœlo cuiuslibet aiæ.Draco iste Sathanas cũ satellitib⁹ suis discurrit p cãpũ sensualitatis vsq; ad cãpũ rõnis.Rimatur vt ait Grego.xxviij.moral̃.cõspersiones seu complexiões hoies fm quas intelligit ad diuersa vitia inclinatos. Suggerit sanguineis vana gaudia mundi:& lasciuis lasciuias. iracũdis irã & vindictã:phlegmaticis pigritiã & inanẽ gloriã:melãcholicis suspitiões & desperatiões. Sed cõtrario angeli boni purgãt phãtasiã a phãtasmatibus vitioꝝ.ppo nẽdo bonas repũtationes: vt passiõis Christi:vel vanitatis mũdi:mortis instãtias:exẽploꝝ sctoꝝ:premij cœlestis:cruciatus inferni. In libertate hoĩs est acceptare suggestiones dæmonum: vel instigatiões & repsentatiões angelorum & cũ conatum adhibet ad repellendũ prauas suggestiones dæmonũ & assentiendũ illuminatiõibus angeloꝝ : vincit Michael cũ suis in tali prlio:& draco prosternit̃:qa debilitat virtus eius:imo & qñ quis pfecte vincit aliquod vitiũ tẽtatus:diabolus q tentauit non potest redire ad illũ tentãdũ:precipue de illo vitio fm Origenẽ & Magistrũ sent̃.in ij.lib.Nõ est ergo timendum nobis:qa etsi aduersarij multi:tamen plures sunt adiutores & fortiores pro nobis præliãtes.In cuius figurã legit̃.iiij.Reg.vj.q cũ exercitus regis Syriæ obsedisset ciuitatem Helisæi prophetæ: vt caperet eũ & propter hoc discipulus dolendo clamaret hoc videns captũ timens : cõfortauit eũ Helisæus dicens. Noli timere: qa plures sunt nobiscum:ipsoq; orante aperuit dñs oculos discipuli: & vidit montẽ ecõtrario plenũ equoꝝ & curruũ igneorũ q erant angeli in adiutoriũ Helisæi:vñ & factũ est vt Helisæus captus non fuerit sed ipe habuit hostes in manibus suis.Et de victoria nostra ipsi angeli gratulantur & cõsolant̃ nos.Vnde ad hoc innuendum postq̃ christus vicit tẽtationes diaboli in deserto scribit̃ Mat.iiij.Ecce angeli accesserunt & ministrabant ei:& nõ solũ ipsi angeli boni nos adiuuant in bello tentationũ:sed & ipsi prgueniunt conatũ. vnde dr̃.Prævenerunt principes incitando ad bonũ.Principant̃ etiã & habent magnã potestatem super homines flagellãdi & puniẽdi & bonos & malos. Vnus angelus vna nocte occidit.clxxxv.milia de exercitu Sennacherib qui obsederat Hierusalem & regem eius Ezechiam virum sanctũ:vt habetur Esa. xxxvij. Similiter angelus dñi occidit gladio pestis.lxx. milia de populo Israel propter peccatũ Dauid inanis gloriæ de numerãdo faciendo sibi populũ subditũ gloriãdo de multitudine:& propter peccatum populi ipsius eo q̃ coniurauerat cum Absalone contra Dauid,ij.Reg.vlti. Gabriel quoq; archangelus Zachariam cui apparens reuelauerat conceptum Baptistę:qa nõ credidit percussit eum mutitate dicens ei. Pro eo q̃ non credidisti verbis meis:eris tacens : & non poteris loqui vsq; in diẽ natiuitatis eius. Principant̃ insuper super creaturas irrationales.ipsi em̃ sunt motores orbium seu planetarum vnde sequitur generatio rerũ in inferioribus,propterea dicit Salomon Eccl̃s.j.Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus.loquitur ibi de sole & vocat spiritum: quia spiritus est.i.angelus est motor eius: non q̃ planetę sint corpora animata vt quidam dixerunt. Tota em̃ materia elementaris eis est subiecta ad nutum quo ad motũ localem. Vñ & angeli fuerunt qui fecerunt pluere ignem & sulphur super Sodomam & Gomorram. Gen̄.xix.

Angeli principãtur prio

Angeli iuuant nos in prælio.

Angeli principãtur secũdo

Angeli principãtur tertio.

§.II. QVANTVM AD SECVNDVM

scilicet exercitium in quo delectantur: est psalmodia.i.laudare deum.Hoc enim est officium angelorum & omnium beatorum in ecclesia triumphãti. vnde in libro Esdræ: quẽtamen non habemus dicitur.In excelso throno vidi sedere virum quem adorat multitudo angelorum psallentium vnum. Ecce cuius imperium manet in ęternum.Et ideo dominus dixit ad Iob.Vbi eras cum me laudarẽt astra matutina & iubilarent omnes filij dei.i.angeli.Apo.vij.dicitur.q̃ omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorũ & quatuor animalium & adorauerunt deum dicentes:Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio : honor virtus & fortitudo deo nostro &c.Et Tobię penul.dicitur. Per omnes vicos eius. s.supernæ Hierusalem cantabit̃ alleluia:qd̃ interpretatur laudate deum omnes.Cũ ergo continue angeli faciant exercitium hoc:nec vnq̃ intermittant merito coniunguntur psallentibus & laudantibus deum: naturale est enim vt quilibet conuertatur & coniungatur cum his qui exercent opus & artem suam: vt agricola cum agricolis:artifex cum artificibus:cantor cũ cantoribus:doctor cũ doctoribus:sic angeli psallẽtes & laudãtes cũ psallẽtibus & choris angelorũ. Ibi prævenient angeli expectãtes qui veniant ad laudandũ deũ:& coniunguntur psallẽtibus:& etiã in alijs locis orantibus & laudantibus deum. Vñ Bern̄. Discurrit angelus medius inter dilectam & dilectũ:obsecrans illũ:excitans illã:efferens vota:afferens dona:& prẽcipue in mysterio missę. Vñ Greg. Quis fidelium dubiũ habere potest in illo Christi mysterio in ipsa immolationis hora angelorum choros adesse &c.de cõse. dist̃.ij. quid sit. Apo.viij. dr̃.Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureũ in manu sua:& data sunt ei incẽsa multa:quæ sunt orationes sanctoꝝ:vt offerret eas in conspectu dei. Thuribulũ aureũ est officiũ charitatiuũ qd̃ habent.s.orationes feruentes quæ sunt vt thus ardens deo offerendũ:non q̃ deus ista non sciat per se:sed in verbo respiciens angelus quasi consulit quid inde p hoĩbus orantib⁹ habeat agere. vnde & Raphael angelus dixit Tobiæ.Cum orares & sepulturas faceres ego obtuli orationẽ tuam dño &c. Tobiæ.xij. Et similiter Act̃.x. Oranti Cornelio Centurioni gentili apparuit angelus dicens. Corneli oões tuæ & elemosynę ascenderunt coram deo:mitte ergo & accersi Simonẽ.hic dicet tibi,qd te oporteat facere.s.pro salute tua & cõiter orantibus hoĩbus factę sunt reuelatiões angeloꝝ. Sic Danieli orãti,p liberatione populi,sui apparuit ei angelus q reuelauit liberationẽ toti⁹ humani generis a seruitute diaboli per Christũ determinans in.lxx. hebdomadis tempus incarnationis qũ fieret. vt patet Dañ.ix. Et qa nos in patria habemus facere idẽ officiũ cũ eis,s.laudare deum. ideo ẽt hic suo exẽplo ad hoc nos inuitauit & grãs agẽdo de beneficijs. vnde nato Christo facta ẽ multitudo militię cœlestis cũ angelo qui nuntiauerat eã pastoribus cum gaudio laudantiũ deum & dicentiũ. Gloria in excelsis deo &c. Luc.ij. Et angelus dñi descẽdit cum Azaria & socijs suis in fornacem.

fornacẽ.& fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flãtem: inducens eos ad laudandum deum in oĩbus creaturis.

§.III. QVANTVM AD TERTIVM

consortiũ quo sociãtur.ibi notatur in medio iuuenculorũ tympanistriariũ. Non est hoc intelligendũ fm corticẽ lr̃æ. Litera em̃ occidit,ait apl̃s.ij. Cor̄.iij. Non em̃ credendum est angelos in medio stare mulierũ magis q̃ virorũ:& iuuenũ corpore q̃ senũ:& pulsantiũ tympanũ magis q̃ non pulsantiũ.immo nec vsitatum est mulieris pulsare tympanum.Loquitur ergo de aiabus quæ cum virtutibus deditę sunt dicunt̃ iuuenculæ.Iuuẽculæ em̃ sunt pulchrę ad ostendendũ:sunt fortes ad operandum:sunt inclinatę ad amandũ:sunt sœcundæ ad generandũ.Sic animæ virtuosæ sunt pulchræ per modestiã & cõpositionẽ debitã exterioris hominis.Cañ.j.Ecce tu pulchra es amica mea.Sunt fortes ad sufferendum aduersa & vincendum tentationes.j. Ioan.ij. Scribo vobis iuuenes fortes estis & vicistis malignũ. Sũt fœcundæ ad producendum filios bonorum operum.apostolus In omni opere bono fructificantes.Sunt & feruidæ ad amandum deum & proximum. Cañ.j. Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Sunt & tympanistriæ per austeritatẽ vitæ.cum enim pulsatur in tympano percutit̃ pellis mortui animalis.sic per abstinẽtiam percutit̃ corpus nostrum mortuum,i.morti subiectum. Pulsabat Paulus tympanũ cum dicebat.Castigo corpus meum:& in feruiturem redigo. Sic exponit Greg.illud. Laudate dominũ in tympano & choro.i.in abstinentia & vnitate: in choro enim etsi sit multitudo vocum,est tamen concordia cantus. Sed notãdum q̃ fi tympanum nimis fortiter percutiatur: nõ sonus sequit̃:sed fractura,& ideo moderate percutere oportet in abstinentia,silr̃ & mortificatiõe corporis: necesse est seruare discretionẽ.& pro mensura sumenda & cõseruatio subiecti & bonæ habitudinis ad ea quæ sibi incumbunt faciẽda fm illud apl̃i. vt castigati & non mortificati In medio horum psallentium angeli reperiuntur cũ his delectabiliter coniunguñt:qa cũ his intelligunt se esse sociandos. Vñ & in forma iuuenũ cõiter apparẽt.qd̃ patet ex no.& vete. testa. Nã mulieres quæ iuerant ad monumentũ Christi ad vngẽdũ corp⁹ eius.viderũt iuuenẽ q angelus erat in eo cooperti veste cãdida.Mar.vlti. & Raphael Tobiæ occurrit in forma iuuenis, ꝓpter qd̃ dixit ei. Vñ habem⁹ re o bone iuuenis. Tob.v. Et qa abstinẽtia plurimũ valet ad castitatẽ seruãdã cui permaxime pulchritudo spũalis attribuit fm Tho.in sum.ideo cũ tympanistris ꝓiunguntur.nõ cũ deliciarũ amatoribus vbi castitas periclitatur.Sicut aũt angeli cũ his cõiunguntur virtuose se habentibus:ita & in morte se eis cõiungentes ad ciuitatẽ supnæ patriæ eos deferunt. prout dr̃ de Lazaro mendico terrena substãtia : sed ditissimo virtutib⁹.Factũ est vt moreret mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.Luc.xv.qui nunc est paradisus cœlestis.Ista deportatio quadrupliciter intelligitur secundũ Vincen. in spe.histo.lib.ij.Primo quia angeli ad bonũ nos ꝓuocãt.per qd̃ ascendũt animę ad paradisum. Secundo qa ad gaudiũ paradisi desiderandũ in articulo mortis eoꝝ affect⁹ ꝓuocãt & accendunt ita q̃ postposito naturali affectu quẽ habent ad corp⁹ libenter exeant.sicut legitur de quibusdã sanctis. vt beato Dñico & Frãcisco. q cũ gaudio & magna fiducia mortem expectabãt. Dñicus cõsolabatur fratres cõtristatos de suo recessu: ꝓmittens se vtiliorẽ post mortem.Franciscus dicebat.Educ de carcere deus animam meã ad confitendũ noĩ tuo &c. Tertio qa dæmones angeli arcent ne impediant exeuntes:videlicet tentationibus eos deuincendo.Sicut em̃ dæmones in morte durius insestant ad decipiendũ aias ista & angeli efficacius iuuãt.Vñ in lib. de similitu,narrat Anselmus de quodam monacho sui monasterij q̃ post mortẽ apparẽs cuidã dixit.ter vrsus inuasit me:sed vrsari⁹ dñi dei liberauit me.Appellabat aũt vrsum diabolum & vrsarium Michaelem archangelum:ter vrsus inuaserat eũ:quia ter tentauit eũ in morte. Primo de peccatis commissis ante baptismum:qa adultus baptizatus fuerat. Secundo de pctis commissis post baptismum ante religionis ingressum. Tertio de peccatis in religione commissis. Et cum in prima esset quasi in procinctu desperationis nesciens quid responderet.angelus illustrauit eũ & incitauit eum ad spem dicens sibi illa per baptismum remissa.Similr̃ cum in secunda quasi deficeret angelus suggessit fiduciã dicẽs cõmissa post baptismũ p religiõis ingressum fuisse cõdonata.In tertia rñdit tentatus angelo instigante per austeritatẽ religionis & mortificationẽ voluntatis de mũ per patientiã in infirmitate sibi fuisse dimissa & sic angelus dæmonẽ coercuit ne salutem eius impediret.Quarto dicũtur deferre aias in paradisum:quia qualẽa priuilegiatas personas magnę sanctitatis ipsi angeli in assumpto ab eis corpore aereo visibiliter animas in cœlũ deferunt.sicut legit̃ de beato Nicolao,& de beato Benedicto, & de beato Martino cuius aiam vidit sanctus Seuerinus archiepus Colonien̄.ab angelis associatã psallentibus in cœlum deferri & diabolũ non potuisse impedire translatũ eius. Et multoꝝ magis hoc creditur de dñi matre.q̃ chori angelorũ in cœlum sociauerunt de hoc mundo migrantem.

Aię virtutibus deditæ dictæ sunt iuuẽculę.

Angeli aias deportant in paradisum.

¶De numero & virtute angelorũ locutione & ministerijs eorum & custodia quo ad nos. Cap̃.VI.

Col̃.j.

ij.Cor̄. vj.

BENEDICITE OMNES ANgeli domino potentes virtute: facientes verbũ illius.Pſ.cij.Gloriosus deus in principio creauit cœlum & terrã,i.angelicã naturã pure spiritualem & naturam humanam terrestrem & corporeã sui capaces.vnde & primũ hominẽ de terra formauit quantum ad corpus:& in terra agri Damasceni ex quo alij traducerẽtur fm corpus.Naturam aut̃ angelicã spiritualiter distinctam in omnibus suis singularibus creauit in cœlo empyreo fm Tho.in.j.parte.q.lxj. Cũ enim natura angelica preſideat tota toti naturæ corpore:cõueniẽs fuit vt in corpore supremo,i.in cœlo empyreo crearetur. Nõ est cõtra quod ait angelus Lucifer. Ascendã in cœlum.Esa.xiij.quia intelligitur illud de cœlo sactissimæ trinitatis cui se voluit adæquari:nõ de cœlo empyreo in quo erat fm Tho,Creata autem fuit natura angelica sicut & humana in principio temporis ante qd̃ nihil creatũ est.q̃uis enim Greg.Nazianze. & quidam Greci antiqui doctores dixerint angelos fuisse creatos ante homines & ante tẽpus,vt refert magister sent̃.in.ij.lib.allegando autoritatẽ etiam Hiero.Nihilominus cõmuniter tenetur probabilius a Latinis q̃ non fuerunt creati ante: sed in principio cũ creatura corporali fm Tho.in.j.par.q.lxj. Cum tam angeli q̃ creatura corporea in constitutione vnius vniuersi cõueniant: nulla aũt pars est perfecta a suo toto separata : non est probabile vt deus cuius perfecta sunt opera. Deut̃.xxxij.seorsum creaturam angelicam crearet ante creaturas corporeas.tamen contrariũ sentire non puratur erroneũ propter autoritatem dicti Greg.maximi fm Tho.vbi.ũ.vtramq; enim creaturã creauit deus ad ipsum laudandum vt dicitur.ij.sen.dist̃.j. quod optime fit vbi vtraq; in triumphãti ecclesia simul:in militanti autem ecclesia quãto perfectius hoc ab homine agitur:tanto perfectioni,status patriæ magis appropinquat̃. vnde Pſ.animã suam excitans in illo Pſ.ad deum laudandum & benedicendum inuitare videtur ad idẽ angelos nõ imperatiue vel suasiue ad eos loquẽs sed indicatiue. vt exẽplo eorum magis incitentur. Benedicite ergo omnes angeli &c.id ẽ vos angeli benedicitis dominum, vbi quatuor de angelis videnda sunt.

¶Primũ de ordine collectionis:ibi.Omnes angeli.

¶Secũm de qualitate locutionis:ibi.Benedicite.

¶Tertiũ de vigorositate actionis:ibi. Potentes virtute.

¶Quartum de velocitate obeditionis:ibi. Facientes verbum illius.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

Ex quo Pſ.ait oẽs angeli,innuit plures esse angelos. Et antiqui ꝓbi posuerũt esse angelos plures quos appellãt substantias separatas. Et Plato quidem dixit esse substantias separatas species rerũ sensibilium, vtpote supponeremus ipsam naturã humanã esse separatã quã dicebat per se humanitatẽ & sic de alijs speciebus rerum. Et fm hoc oportebas substãtias separatas seu angelos esse fm numerum specierum sensibiliũ. Aristoteles aũt hoc reprobat : sed videt ponere numerũ specierũ substãtiarũ: separatum fm numerũ corporũ cœlestiũ. Imperfectã igit̃ & nõ verã notitiã de hmõi habuerunt. Dicendũ ergo fm Tho. in.j. parte. q.l.q̃ angeli inquantũ sunt immateriales substãtiæ in quadam maxima multitudine sunt, omnẽ materialẽ multitudinẽ nib⁹ an excedentes. Et hoc est quod dicit Dion̄.x.c. de cœle. hierar. gelorũ.

Deordi

Multi sunt dei exercitus supernarū mentiū: infirmā & con
stricta excedentes nostrarū materialiū cōmensurationem.
Ratio hmōi: q cū pfectio vniuersi sit id qđ deus intendit
præcipue in creatiōe rerū: quāto aliqua sunt magis pfecta
tāto in maiori excessu sunt creata a deo. Sicut autem in cor
poribus attendit excessus ſm magnitudinē ita in rebus in
corporeis attēdit excessus ſm multitudinē. Videmus autē
q corpora incorruptibilia q̄ sunt perfectiora iter corpora
excedūt quasi incōparabiliter corporalia. Nam tota latitu
do actiuoꝝ & passiuoꝝ est aliqđ modicū respectu corpoꝝ
cœlestiū. vñ rationabile est q substātię immateriales exce
dāt substantias materiales: quasi incōparabiliter. Et qđ dr
Dan. vij. Milia milium ministrabant ei, & decies centena
milia assistebāt ei. Ponit ibi numer⁹ determinatus p inde
terminato. Cum igit angeli sint valde multi, vbi aūt mul
titudo ibi pfusio nisi sit ibi ordo: q aūt a deo sapientissimo
sunt vtiq; ordinata sunt scd'm apl'm ad Rom. xiij. Hęc ergo
collectio angelorum distincta est in triplicē hierarchiā: &
quęliber hierarchia in tres ordines. Vñ Greg. in mora. No
uē sunt ordines angelorū cū p sacra eloquia: angeli: archā
geli: throni: dnātiones: virtutes: principat⁹: ptātes: cherubin
& seraphin, aperta narratiōe memorant: supernoꝝ ciuium
quātæ sint distinctiones ostendit, de pce dis. ij. principiū. In
prima igit & suprema hierarchia ponunt seraphī vt supre
mi, deinde cherubin & throni. in media ponunt dnationes
principatus & ptātes. & in tertia virtutes archāgeli & āgeli
ſm Greg, & hmōi ordine relucet mysteriū trinitatis. nam
ex vnitate hierarchiæ innuit vnitas diuinæ essentię. In tri
partito ordine ostēdit trinitas psonarū: 8' ipse qđē de⁹ tri
nitas: q oia operat in singulis diuidēs prout vult. Amat in
seraphin vt charitas: nouit in cherubin vt veritas: sedet in
thronis vt equitas: dnat in dnationibus vt maiestas: regit in
principatib⁹ vt principiū: tuet vt virt⁹ in virtutib⁹: reuelat
vt lux in archāgelis: assistit vt pietas in angelis. Et in pria
hierarchia equitas in thronis refert ad patrē: cognitio veri
tatis in cherubin ad filiū: ardor amoris in seraphin ad spm
scm. In scd'a hierarchia maiestatis dnatiōis ad patrē: recti
tudo principādi ad filiū. sal⁹ intuēdo ptātē ad spm scm. In
tertia operatio ꝑtutū ad patrē: reuelatio lucis ad filiū: ispi
ratio intellectus ad spiritū scm. In quolibet est tria neces
sario distincte reperiri scd'm Diony. s. essentia: ꝑtus seu po
tentia: & operatio: & tū i vno sunt, & sic oēs angeli benedi
cunt dnm: trinitatē & vnitatē insinuātes, s. eoꝝ conditioni
bus. Et nota q angeli differūt non solum numero: vt Mar
tinus a Petro & hmōi. vt quidam asserebāt. s. q oēs angeli
ferūt in vnius hierarchię vl' saltē vnius ordinis differrēt numero:
specie, sed cōuenirent in vna specie: sicut oēs hoies sunt vni⁹ spe
ciei humanæ: sed differūt etiā in vno ordie vnus ab altero
specie: sicut ouis a capra, equus a leone. Et q nō sit possibi
le etiā duos angelos nedū oēs vnius ordinis esse vnius spe
ciei, probat sic be. Tho. in. j. par. q. l. Ea q̄ cōueniūt in specie
& differūt numero: tantū cōueniūt in forma & distinguun
tur materia ſr: sed angeli nō sunt cōpositi ex materia & for
ma. Dicit em Dion. iij. c. de diui. no. q primę creaturę sicut
incorporales: ita & immateriales intelligunt. vñ sequit q
impossibile est duos angelos esse vnius speciei: sicut esset
impossibile dicere q essent plures albedines separatæ: cū
albedines nō sint plures nisi ſm q sunt in pluribus subie
ctis. Dicit em phs. iij. Meta. q in his quę sunt eiusdem spe
ciei nō est inuenire prius & posterius: sed i angelis ēt vni⁹
ordinis sunt primi medij & vltimi ſm Diony. ergo nō sūt
eiusdē speciei. Et hinc cōprehēdi pōt mirāda spectositas &
perfectio talis collectionis angelorū. Nā minimus angelus
est pfectior ſm naturā quolibet hoie. & qlibet angelus ad
dit vnū gradū pfectionis naturalis supra alium immedia
te inferiorē: q̄ species rerū sunt sicut numeri ſm phm. viij.
Meta. in qbus qlibet numer⁹ addit vnā vnitatē sup imme
diate precedentē: sicut ternarius addit vnū ad binariū: ita
qlibet angelus cū sit alterius speciei ab alio: addit maiorē
perfectiōis gradū naturalē, & sic etiā maiorē gradū glorię.
Cū igit sint de intimo ordine ad minus tot numero quot
hoies in mūdo: q̄ qlibet habet vnū ad sui custodiā: si erūt
dicamus per vnū numerū respectu mille miliones gradus
maioris pfectionis magis q̄ primus: & sic discurre p alios
ordines suprapositos. Benedicite ergo omnes angeli do
minum: sicut opera benedicūt & laudant magistrū quādo
sunt pulchre facta. Tanta ergo perfectio & nobilitas ange
lorum nobis insinuat magnificentiam creatoris: & sic be
nedicit deum.

§. II. SECVNDVM QVOD EST

cōsiderādū in angelis est de modo locutionis eoꝝ. q̄a dicit
benedicite. Benedicere est dicere bene. Vñ & loquit apl's &
dicit. s. Cor. xiij. Si linguis ho. lo. & an. & c. Z ach. ij, etiā dr
q vnus angelus dixit ad alterum angelum qui loqueretur
ipsi prophetæ. Est ergo locutio in angelis: sed non mō no
stro cum non habeant corpora & linguam & hmōi. Ad in angeli
telligendum igitur quomodo angeli loquantur alter alte quō lo
ri est notandū scd'm Tho. in. j. par. q. cvij. q voluntas mo quant.
uet intellectum ad suam operationē. Intelligere aūt est in
intellectu tripl'r. Primo quidē habitualiter vel ſm memo
riam vt dicit Aug. scd'o vt a tu cōsideratam & concęptū.
Tertio vt ad aliud relatum. Manifestū est aūt q de primo
gradu transfertur intelligibile ad scd'm per imperium vo
luntatis. Vñ in diffinitione habitus ponit quo quis vtit cū
voluerit. Silr & de scd'o gradu transfertur in tertiū per vo
luntatem. Nam per voluntatem concęptus mētis ordinat
ad alterum puta vel ad agendū aliquid vel ad manifestan
dum alteri: quando autem mens se conuertit ad actum cō
siderandi quem habet in habitu: tūc loquitur quis sibi ipsi.
Nam ipse cōceptus mentis interius verbum vocat. Ex hoc
vero q concęptus mentis angelicæ ordinatur ad manife
standum alteri voluntatem ipsius angeli: cōceptus mētis
vnius angeli innotescit alteri. & sic loquitur vnus angelus
alteri. Nihil est enim aliud vnum angelum loqui alteri q̄
concęptum suum manifestare. Concęptus quidem mentis
interior in homine claudit duplici obstaculo ne videatur.
Primo quidē voluntate quæ ipsum cōcęptum mētis vult
adintra retinere & nō extra manifestare. Scd'o modo clau
ditur concęptus mētis hominis alteri per grossitiem eorū:
quæ non permittit videre interiora: sed in angelo non est
obstaculum corporis: q̄a nō habet illud: sed tantū volun
tatē: q̄n ergo angel⁹ vult vni cōcęptū suū mānifestare & nō
alteri: tūc illi loquit & ille intelligit. Alijqb⁹ nō vult mani Angeli
festare nō intelligūt: & illis nō dr loqui. Notādum etiā q differē
angeli alio modo loquuntur deo. alio modo angelis, alio ter lo
modo hoibus. Et deo qdē loqui dicunt: vl' cōsultādo diui quunt.
nā voluntatē de agēdis: nō q de⁹ discat aliqd ab eis qđ ne
sciret: sed sicut discipulus loquit magro: nō vt doceat: sed
vt doceat. Et sic Tobię dixit angel⁹ Raphael q obtulerat
oōnes suas deo quasi ei loquēs & cōsulēs respiciēs in ꝑbo
eterno qd esset circa illū agēdū p ministeriū suū. Vel etiā
loquit angelus ad deū eū laudando de salute hoīm & dila
tiōe diuinę glię: sicut cū nato Christo angeli cātabāt glia
in altissimis deo. Luc. ij. Vel eius excellētia qua nūcq cōpre
hēdit admirādo. sicut dicit Greg. ij. mora. q angeli loquun
tur deo cū p hoc qđ sup semetipsos respiciūt: in modū ad
ministratiōis surgūt & sic intelligit illa locutio quā dicit
Esa. vj. audisse seraphin clamātia. Sctūs sctūs sctūs dns de⁹
Sabaoth, vbi innuit mysterium trinitatis in vnitate essen
tiæ quod summe admirantur nō ignorādo sed venerando:
Philippus etiā crucifixus.Bartholomęus excoriat⁹:postea decapitatus fuit Matthęus gladio per latera transfuerberatus est.Simon & Thaddęus a pontificibus idolorum trucidati sunt . solus Ioannes euangelista etsi Romæ in dolium olei feruentis fuerit missus ex quo illæsus exiuit:vitā tamen post omnes alios apostolos in pace finiuit:licet alij qui vt.ā.dictum est opinentur eum adhuc viuere in paradiso terrestri:& per Antichristum cum Enoch & Helia decapitandum.Cum autem in die iudicij congregabunt oēs gentes vt iudicentur:& congregabūtur cum deo Abraam Isaac & christo non iudicandi: sed vt assessores cum christo iudicaturi.Hoc em̄ christus eis promisit dicens.Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę sedebitis & vos super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel.Matth.xix.Sicut autem nomine duodecim tribuum intelliguntur omnes fideles: sic & sub duodecim thronis omnes qui perfecte cōtempserunt mundum vt viri apostolici:vnde & Paulus non excluditur ab hoc.

§.III.MALIGNORVM PRAVITAS

tertio insinuatur:cum dr.qm̄ dij for.ter. vehe.eleuati sunt.
Pś.xcv Isti dij sunt falsi dij siue dæmones.De qbus Pś. Omnes dij gētium dęmonia.Siue imperatores & alij reges & dñi tpales:siue pontifices idolorū.Hi em̄ videntes pcipue dæmones q̄ apostoli p prædicationes & miracula multos cōuertebant:& de manibus diaboli extrahebant & cultus falsorum deorū euacuabāt.Hi dij fortes per malitiā & potentiā naturalē vel tpalē dij terræ nō cœli:dediti.s. terrenis vl de putari terræ infernali eleuati sunt in irā indignationē: furorē vel superbiam cōtra p̄dictos principes ęstimantes se p̄mortē eoꝝ destruere principatū eoꝝ & cultum Christianorum Mirabiles ingt elationes maris.i.mūdanoꝝ tumētium superbia cōtra deū:sed mirabilis in altis dñs ad deijciendum & exterminandum.ſm illud Pś.Deiecisti eos dū
pś.lxxij alleuarēt.Sicut em̄ in figuram Exo.j.c.quanto plus oppri mebant filij Israel a Pharaone:tāto plus crescebāt & multiplicabant.Ita populus xp̄ianorum quāto maiores pśecutiones sustinuit a tyrannis:tanto plus augebat numero & merito.Eleuati sunt ꝑ ad modicum & non sustinēt: vt scribit Iob. xxiij. ga igit dij fortes terrę dęmones eleuati sunt in superbiam contra principes populorum: ideo congregati sunt ipi principes per martyriū cum deo Abraam collocati cum principibus populi sui:id est angelis.

¶De martyribus & multiplici martyrio & vtilitate eius, Capitulum.IX.

ROPTER TE MORTIFICAmur tota die:æstimati sumus sicut oues occisionis.Pś.xliij.Post apostolos & prophetas dñm deū martyrū cādidat⁹ laudat exercitus. Vñ Io. Apo.vij.dicit se vidisse turbā magnā in ecclesia triumphātē:quā dinumerare nemo poterat ex oībus gentibus & populis & tribubus & linguis stantes añ thronū & in conspectu agni amicti stolis albis & palmę in manibus eorum et clamabant voce magna dicentes.Salus deo nostro qui sedet super thronum & agno:& oēs angeli stabant in circuitu throni laudātes deū.Et cū interrogatus esset Ioā.ipse ab vno seniorū qui erat in circuitu throni qui essent illi amicti stolis albis cum palmis in manibus.Respondit se nescire qui essent vl vnde venirent.dixit illi senior.Hi sunt qui venerūt ex magna tribulatione & lauerunt stolas suas & dealbauerūt eas in sanguine agni.Et ideo sunt añ thronū & seruiunt ei die ac nocte:& qui sedet in throno habitabit sup eos:& non esurient amplius nec sitient &c. Ista turba innumerabilis est sanctorum martyrū : ideo innumerabilis:ga valde copiosa.Dicit Hiero.q̄ omni die excępto die Calē.Januarij posset fieri festū quinq; milium martyrum cū eriam post Hiero. transferunt mille anni & vltra:quibus etiā multa milia hominū martyrio coronati sunt. Et hæc multitudo collecta est ex multis nationib⁹ mundi. Stolæ albæ sunt gloria aiarum quā acq̄sierunt ex martyrio. Vñ
Gloss. in terminio anima ab oi macula pcāoꝝ purificatur:etiā quo ad pœnā. & iō dr q̄ dealbauerunt eas in sanguine agni.i. in passione in qua imitati sunt agnum. Agnus enim immaculatus est dñs Iesus ſm humanitatē,nā qui sedet in throno est diuina maiestas:palmæ in manibus eorū est victoria quam habuerūt cōtra mūdū in suis pœnis,sicut em̄ palma semp in hyeme & ęstate retinet & cōseruat suā viriditatem : ita nec calore ,pmissionū rerū mundanarum:nec frigore cōminationum vel passionum defecerunt a viriditate & constantia virtutis vnde & cum palma martyres pinguńt.hi ergo seruiunt deo continue:& seruire deo regnare est. & dominum laudant cum angelo magna voce:amplo scilicet affectu charitatis cum angelis sanctis.Et certi sunt q̄ nullis miseriis vitæ pñtis subijci possunt.vnde apte dicere valēt ꝑ pñti statu,ꝓpter te mortificamur &c,ꝓpter magnas tribulationes & martyria hic perpessa.Vbi tria circa martyriū considęranda sunt.

¶Primo vt adsit causa rationabilis.ibi. Quoniam ꝓpter te scilicet deum.

¶Secundo subsit pœna exitiabilis.ibi.Mortificamur.&c.

¶Tertio vt non desit constantia infatigabilis.ibi.Estimati sumus. &c.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

dicit Augustꝰ q̄ pœna.s.p se non facit martyrem:sed causa cum est rationabilis propter deum,ꝓpter te ait.Et cū martyrium importet mortem violenter illatam , sic sumendo large martyrium potest dici q̄ est quadruplex seu ex quadruplici causa. quadruplex martyrium.

¶Primo ex delicti punitione.

¶Secundo ex glorię adeptione,

¶Tertio ex perfidiæ obstinatione,

¶Quarto ex vera dilectione.

Primum est qñ qs propter furtum:homicidium : vl aliud maleficiū decapitat:suspendit:comburit:& hmōi. Et quia istud nō est propter te.i.,ꝓpter deū nō est ,ꝓprie martyrū. & si morsvioletа:saluaꝝ qdē talis si pœnitet ipm:& mors illa violenta patięter ferendo diminuit sibi de pœna debita pro peccatis nō tm̄ aureola martyrij coronaꝝ.vnde & latro cū christo crucifixus etsi ,ꝓpter maximā fui cōtritionē subito post mortē cū christo fuit in paradiso.i.dei claravisione:nō tm̄ martyr.Vnde qd Hiero.ait de pœ.di.j.importuna.Christus de cruce in paradisum latronē tulit,& neqs aliqñ feram putaret cōuersionem fecit homicidij pœnam martyrij. Hęc Hiero. Intelligēdū est hoc nō quo ad aureo videlicet lam:sed quo ad aureā.i.sicut ꝑ martyriū ,ꝓprie quis subito cōsequit gl'iam:ita ille latro,& hoc ex magna cōpūctione. Nō est aūt laudabile istud martyriū:qa nō ,ꝓpter deū. Vnde Pe.Nemo vestrū patiaꝝ,quasi homicida:aut furaut maledicus:aut alienoꝝ appetitor.si aūt vt christianus.i.,ꝑpter christum:non erubescat,glorificet autē deum sub isto nomine.j.Pe.iiij.Similiter si qs occidatur propter inimicitias partialitates rixas:ꝓpter pecunias suas habēdas : vel dñiū & huiusmodi non dr martyr:qa nō est ,ꝓpter deum.Secundo exponit qs se morti & sustinet mortē propter glię.i.famę acquisitionem:sicut narrat Valerius maximus de Curtio nobili Romano:qui armat⁹ proiecit se in magnū hiatum in vrbe factū data respōsione a dijs q̄ nō clauderetur talis apertura terræ:nisi fortissimus miles se,in eam iniecceret quę p Curtiū clausa est.& multi alij,ꝓpter laudē consequendā exposuerunt & exponūt se morti:sed qa non est ,ꝑpter te.s.dñm martyriū hoc est inutile,qd notat Hiero.di. Vide quantum bonū est charitas:si ita fecerim⁹ martyriū vt velim⁹ nostras ab hoibus reliquias venerari, & si opinionē vulgi sectātes intrepidi fuderim⁹ sanguinē.huic operi non tā pręmiū q̄ pœna debet:& pfidię magis tormenta sūt q̄ corona victoriæ.Hęc Hiero.j.q.j.vide. Tertio morti ficaꝝ quis & mortē sustinet violentā ad defendendū suam hęresim.falsam opi,schisma & hmōi. sicut fecerunt aliqui perfidi hęretici.& hoc martyriū est nō solū inutile:sed etiā in augmentū dānationis ,ꝓpter obstinationē malitiæ.Cyprianus.Secū christū esse arbitrantur hi q extra ecclesiam Christi colligunt.tales etiā si occisi in cōfessiōe nois Christi fuerint:macula ista nec sanguine abluitur.Inexpiabilis em̄ & grauis est culpa discordiæ nec passione purgaꝝ. dist. xc.neq;.Vbi innuit q̄ etiā si sit fidelis christianus:& ne ab neget fidē martyriū sustineat.odiū in corde habēs contra aliquē,talis ēt nō saluaꝝ:qa nō habet charitatē.Et apls ait j.Cor.xiij.c.Si tradidero corp⁹ meum vt ardeā.s.,ꝓ christo charitatē aūt nō habeā nihil mihi prodest.Qd intelligendum est ſm Augu.quo ad regnum cœloꝝ obtinēdū:illud s.martyriū nō illi ,ꝓdest:sed ,ꝓdest ad tolerabili⁹ iudicium

subeundū. Et ponit exēplum dī. Si qs nō hās charitatē quę pertinet ad vnitatē spūs & vinculum pacis quo ecclesia cōnectit in aliquo schismate cōstituus ne christum neget patiē tribulationes: angustias: famē: sitim: nuditatem: plę cutiones: pericula: carceres: vincula: tormēta: gladium: bestias: vī flāmas: vī ipm crucē timore gehēnæ & ignis ęterni non est culpāda: sed laudāda in isto patiētia. de pœ. dis. iij. siquis aūt nō hās. Declarās subsequenter qđ h non ꝓ deest ei ad gliam cōsequēdā: sed qa min⁹ punit exquo nō negauit: sed qa nō ꝓpter re. i. deū est morti addit⁹. i. propter amorem dei quem non habebat: sed propter timorem gehennæ: nō coronatur: sed dānatur. Quarto sustinetur martyrium propter amorem dei: & hic glorioſe coronatur. sm illud Pś. Posuisti domine super cap. eius co. de la. preciosꝫ. ꝑ.xx. Et canit ecclesia, quę vox quæ poterit lingua retexere: quę tu martyribus munera præparas: rubri nam fluido sanguine laureis ditantur bene fulgidis. Martyr est grœcum: & latine interpretatur testis, ꝑ excellentiam autem dicunt martyres. i. testes, qui propter deū sustinent mortem violētam quia non potest esse efficacius testimonium eius quod dicit quis vel fatur q̄ pro confirmando q̄ sit verum vel iustum sustinere mortem sibi illatam patienter. Sunt ergo ñ. ij. qō. martyres testes christi per excellentiam, & Apostolus chri cxxiij. sti Heb. xj. ca. Post mira & magna facta ob virtutem & te art. v. stimonium fidei subditꝫ de martyrib⁹. Alij distēti sunt nō suscipientes redemptionem. i. liberationem a suis tormentis vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij ludibria & ꝟbera expti insup & vincula & carceres: lapidati sūt: secti sunt ꝗētati sūt: i occisione gladij mortui sūt &c. Et hi oēs testimonio fidei ꝓbati inuenti sunt. f. fideles. vel qa vt dicit Hiero. xj. q. iij. æstimant, Christus sapientia est: iustitia est: veritas est: fortitudo, Martyr vero & ꝓprie est non solū q mortē sustinet violentā ꝓ testificatione fidei xp̄ianæ: sed etiā, ꝓ aliis opibus virtutum cum qs mortē sustineat magis q̄ assentiat cōtra illa agere corona martyrij decorat. Nam & loā. bap. martyr dī: qa mortem sustinuit nō ꝓ professione fidei: sed pro reprehensione adulterij. Et ila mulier venerabilis cum septem filijs mortem cum variis tormentis perpessi sunt: quorum martyrium solennizat ecclesia: & solum inter sanctos omnes veteris testamēti: quia noluerunt comedere carnes porcinas eis prohibitas: tunc per legem Mosaicam: vt habetur. ij. Machabæor. vij. & sic de alijs.

§. II. SECVNDVM QVOD REQVIRI

tur ad martyrīū est pœna mortis. f. violēte, mortificamur Triplicis tota die. Notat aūt a doctoribus Bern. & alijs eē triplex genus martyrij sumendo large istud nomē martyrium. ces martyres.

¶ Primum est martyrium occisionis tantum corporalis.
¶ Secundum est martyrium affectionis internalis.
¶ Tertium est martyrium affectionis & operis.

Primum martyrīū. f. opis tm̄ fuit sctōr: innocētiū qui passi sunt ꝓ xp̄o ab Herode, in q̄bus em̄ quodāmodo fuit xp̄s occisus. ideo em̄ oēs illos occidit vt xp̄m inueniret. fuit ergo eor: martyrium ope tm̄: non em̄ adhuc habebant vsum rōnis cum essent a bimatu &. j. i. circa duos annos a natiuitate eor: sed qa ꝓ xp̄o occisi sunt merito passionis xp̄i coronam accęperunt. Vñ dr Apoc. xiiij. Hi empti sunt de terra ex omnibus primitiæ deo & agno. i. de terra hūani gñis sublati sunt p̄cio sanguinis xp̄i, ꝓ quo passi sunt coronati: vt sint primitiæ primi fructꝰ martyrīū noui testamenti ad honorē dei & xp̄i incarnati. Vñ in Cathalogo sctōr: seu litanijs añ martyres collocant: & in oratione dr. Deus cuius preconiū innocētes martyres nō loquēdo: sed morī ēdo cōfessi sunt. Sed & matres illor: infantiū q̄ maiorē dolorē habuerunt & timorē in ipa occisiōe q̄ ipsi paruuli q de morte nō perpendebāt: pie credendum est ꝙ illuminatę sunt a deo vt cōsolationē acciperent ex spe remunerationis eorū ex quo, ꝓpter Messiam occidebant. & hoc est qđ dr Matt. ij. allegando Hieremiā. c. iij. Vox in rama, i. excelsis audita est: qa magnus fuit clamor: ploratus & vlulatus multꝰ Rachel. i. circa illa loca Bethleem: vbi facta est talis congregatio & occisio paruulorū: qa em̄ ibi sepulta est Rachel: ideo ille locꝰ Bethleem vel circa eā dicebat Rachel. Matres igit & nutrices q̄ congregatę erant in illo loco fuerunt Rachel deplorans filios & noluit consolari. Rachel. i. tales matres & parentes paruulorum. qa non sunt. i. non ea ratione: qa mortui erant: & amplius non erant in mundo. Nā ista est communis via & moriuum consolationis quando qs est mortuus ex quo non est in mundo: nec reuersurus est inde sumere consolationem: vt de re irremediabili, non autem ipse mates voluerunt accipere consolationē ex hac ratione: sed voluit consolari ex eo: quia sunt in loco quietis & salutis q̄uis em̄ ad limbū descenderint: quia adhuc ianua paradisi aperta non erat. tm̄ modo sūt in magna gloria coronati. & ideo in honorē eorum cantatur loco epłe illud Apoc. xiiij, Vidi agnū stantem sup montem Sion. & cum eo. cxliij. milia habentes nomē eius &c. ponit ibi numer⁹ determinatꝰ pro indeterminato: qa nescit quot fuerint, nec videtur verisimile ꝙ tot fuerint in parua ciuitate Bethleē & finibus eius. Sc̄m martyrium seu mortificatio est tātū affectus: cum. f. quis affectat sustinere mortē violētā in honorem dei & salutem proximi qđ est signū pfectę charitatis, & q̄uis mereat magnā aureā. i. præmium essentiale nō tm̄ aureolā. & sic intelligitur ꝟbum Cypriani dicētis. In fer uis dei apud quos cogitat & martyriū mēte concipit: animus ad bonū dedit⁹ deo iudice coronat. Aliud est enim martyriū defuisse aīo. aliud animum defuisse martyrio de pœ. dist. j. nunqd. Multi: sc̄ti habuerūt istud desiderium nec tm̄ cōsecuti sunt optatū. De beato Dñico legit. sitiebat ferus Christi martyriū: sicut sitit ceruꝰ ad aquę fluuiī. Et de bto Martino legit. ꝙ etsi aīam gladi⁹ psecutoris nō abstulit martyrij tm̄ palmam non amisit. f. quo ad auream. Huic martyrio mentis pōt annecti triplex martyrium quod ponere videtur. Primum est patiētia aduersor:. vnde ait sine ferro & flammis martyres esse possumus si patientiam in aīo veraciter custodiamus. Sc̄m martyrium affectus est compassio afflictorum, Grego. Qui dolorē exhibet in alienа necessitate crucem portat in mēte. De quo apł's. ij. Cor. xj. Quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis scādalizatur & ego non vror? Tertium est dilectio inimicor:. Grego. Ferre cōtumelias & odiētē diligere, est martyriū in occulta cogitatione. Tertium genꝰ martyrij. & hoc est ꝓprīū & pfectum sustinere mortē violēter ab alio illatā, ꝓpter deū vel virtutē ad qđ nō ꝑuenitur nisi per cōceptum mūdi & speciali dono dei. Vñ de martyrib⁹ ecclesia canit. Hi sunt quos retinens mundus inhorruit ipm, nam sterili flore per aridū spreuere pœnitus: tecq̄ secuti sunt rex christe bone cœlitus. Hi ꝓ te furias atq̄ ferocia &c. per varios em̄ modos mortificati sunt. Alij cruci affixi: alij lapidati: alij decoriati: alij aquis submersi: alij ignibus cōbusti: alij bestijs deuorandi traditi: alij pectinibus ferreis dilaniati: alij in aqua feruēti. vel oleo bullīēti: vel plumbo liquato immissi: alij mēbris minutatim trūcati: alij plūbatis virgis diutissime cesi: alij fame cruciati: alij ī plagis accęptis aceto & sale cōfricati vsq̄ ad viscera patētia abrasi. Et qa imitati sūt christū in morte sua: ideo coronas triūphales a christo meruerunt. Et vt dī di. xv, sancta Romana, credendum est ꝙ ista tormenta non ꝓpria virtute: sed diuina patienter tolerauerunt. Tantum erat gaudium partis inferioris & supioris a deo illustratæ ad gustandū, præmiū glorię eis paratū: & ex cōformitate volūtatis eorū ad volūtatē diuinā: & ad imi- ij. ij. qō. tandū xp̄m dñm suum in passione tantū desiderium ꝙ re- cxxiij. dundabat illa lætitia & consolatio ad partē sensitiuā & re- art. viij. frigeriū præstabat: vt min⁹ sentirēt illas pœnas. Vñ & de sctō Laurētio tormēta sustinēti Amb. vel Maxi. ait. Cor- porali laborabat incendio: sed diuinus amor naturalē re- frinxit ardorē. Et q̄uis rex improbus ligna subijceret incēdia maiora supponeret: tm̄ btūs Laurentius has flammas fi dei calore nō sensit: superari charitas Christi ꝓ flāmā ignis non potuit. & senior fuit ignis q foris vsit q̄ qui intus accendit. nec ꝙ em̄ btūs Laurentius ignis tormenta appositа: viscеribus sentire poterat: q sensibus paradisi refrigerium possidebat. Idē sęuissima psecutoris flamma superari non potuit: qa longe ardentius veritatis radijs mens eius accēsa feruebat. & amore veritatis accensus appositam sibi extrinsecus flāmam: aut nō sensit: aut vicit. Et hinc est ꝙ in tormentis gaudebāt: tyrānis insultabant ad alia tormenta eis inferēda inuitabāt: verba eis ostensiua magnę dulcedinis quam sentiebant depromebant. Laurentius ad Decīū. Discе miser ꝙ carbones tui mihi refrigerium præstant. Et iterum, Assatum est vnum latus versa & māduca. Et Vincētius assumptus ex equuleo atq̄ ad patibulū raptus moras carnificum arguendo ad pœnam alacriter properabat Et ad Da-

Et ad Dacianum dicentem sibi, vbi nunc miserum corpus tuum cernis? Rndit. Insolix has æpulas semper optaui. Et Marcus & Marcellianus ad præfectum cum haberēt pedes affixos clauis nunc̄ sic bene epulati sumus, vtinam ꝑmitas nos diu in his p̄manere. Et Tiburtin⁹ cū nudis plantis super carbones viuos incederet dicebat: videtur mihi super roseos flores incedere in nomine domini mei Iesu christi. Et gloriosa Agatha quę gloriāter ibat ad carcerē: quasi ad epulas iuuitata dicebat. Quintiano iudici cum torqueret. Ego ita delector in his pœnis: sicut qui audit bonum nuntium vel videt amicum diu desideratum: vel inuenit thesauros magnos. Et beata Catherina ad Maxentium imperatorem sic ait. Quæcūq̄ tormenta pores excogitare ne differas: quia carnem & sanguinem meum christo offerre desidero: sicut ipse pro me. Et btā Andriana Damascena: quę cum torqueretur a tyranno dicebat. Miser gaudium mihi præstas: tibi supplicium auges.

§. III. TERTIVM QVOD REQVIRI

tur ad sctm martyriū est cōstantia vsq̄ in finē. Aliqui em̄ fideles sustinuerunt aliqua tormenta in quibus grauioribus additis defecerūt a veritate. sed qui perseueraueritvsq̄ Mat. v. pś. xliij. in finem hic saluus erit. ait dominus in euangelio. Et hoc innuitur cum dr in Pś. Estimati sumus sicut oues. A fultis æstimatio est sicut mors bestiarum quę ꝓ nihilo ducūtur ad occisionē. sm illud Sap. v. Vīsi sunt oculis insipiētium mori & æstimata est afflictio exitus illor:. Sed apud sapientes in paucis vexati in multis bene disponentur sm opi. & fidem. & sicut ouis vsq̄ ad finem vitæ cum occidit dicit bene, ita martyres benedicebant deum in sua occisione sequentes dominum, de quo Esa. liij. dicitur. Sicut ouis ad occisionem ducetur Innocens & sine querela. quę occisio fuit reputata ꝓ nihilo: sed inde secuta est multiplex vtilitas secundum quod prædixerat Io. xij. Si granum cadens triplex fructus martyrij. in terra mortuum fuerit: multum fructum affert. Et i hym no. Ceduntur gladijs. f. martyres more bidentium: nō murmur resonat: non quærimonia: sed corde tacito mēs bene cōscia conseruat patientiam. Vbi sciendum ꝙ fructꝰ martyrij est triplex seu vtilitas.

¶ Primus rangit proprium subiectum.
¶ Secundus instruit omnem populum.
¶ Tertius adducit magnum suffragium.

Prima vtilitas martyrij est ipsius. f. remissio omnis culpę & pœnæ debitę: & subita euolatio ad cœlum: vnde in hoc excedit baptismum: quia adultus baptizatus non ficte: aliquādo non recipit remissionem omnis culpæ: puta venia lis si est fix⁹ in illo: nec subito euolat: quia nō nūc morit: sed aliquando postea efficitur malus & reprob⁹. Vnde Cyprian⁹ in sermone martyrum. Martyrium est delictorum finis: periculi terminis: dux salutis: patientię magister: domus vitę. Nec obstat quod de sanctis martyribus legitur Apocal'. vj. ꝙ sub throno dei clamant dicentes. Vsq̄quo domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum qui effusus est super terram. vnde posset alicui videri ꝙ appetant vindictam de inimicis quę prohibetur: vel etiam ꝙ non sint perfecte beati: quia nō impletur desiderium eorum cum vindicta non fiat multoties de illis. sed respōdetur sm Grego. in Moral'. ꝙ talis locutio nō est aliud nisi desiderium quod habent de rehabitione corporum suorum naturale. quod nō implebitur nisi in fine mundi quando fiet vindicta de malis hominibus. qđ qdē desiderium subijcitur voluntati deliberatę eorum q̄ conformis est voluntati diuinę quam vident esse de dilatione iudicij quousq̄ numerus elector:. impleat. & de hac expectatione reficiunt ꝓpter electos q debēt assumi ad eos: & propter volūtatē diuinā. & hoc est qđ ibi dr. Dictum est illis ꝙ expectarēt adhuc modicū donec impleat numer⁹ cōseruor:. ei⁹. Et pri⁹ dr. Datę sunt illis singulę stolę albę. i. glia aię: alias corpis sine anxietate expectant. Secundus fructus est. quia instruit pp̄m. Dicit Augu. ꝙ mūdus iste contēnitur cū suis amoribus: erroribus & terroribus sanctor:. martyria nos docuerunt. Dati em̄ sunt nobis in exemplum vitę nostræ: vt aggrediamur ardua: sufferamus aduersa: non refugiamus cū expedit ipsa etiā mortis tormenta q̄ est vltimum terribiliū. Nā & martyres similes nobis fuerunt passibiles. & aliqui valde delicati & iuuenes & potentes: & rōia cōtempserunt ꝓpter christū & mortē subierūt. Chrys. in sermone martyrum. Martyrium est delictorum

Tu Christiane delicatus es miles si putas te sine pugna vincere, sine certamine triumphare: exerce vires fortiter: dimica atrociter: in prelio isto concerta: considera pactum quod spondisti: conditionem quam accepisti: militū cui nomen dedisti: hoc pacto cuncti pugnant: hac conditione vniuersi vicerunt. Constantia martyrum multum traxit mundum ad fidem cum doctrina & miraculis. Vnde Grego. ad hoc ostendendum inducit figuram in. xxx. Moral'. de militibus Gedeonis q pugnauerunt ꝓtra Madianitas. cxx. milia: cum ipi essent tantum. ccc. electi. p hanc probationē: quia bibentes ad flumen non flexerunt genua: sed manu aquam proiciebant ad os. Hi ergo pugnantes vicerunt cū tubis lagenis fractis & lampadibus accēsis. Sic milites xp̄i martyres intrepidi qui non deflectuntur ad ista tēporalia sed tantum necessaria capiunt cum fide perfecte trinitatis: hoc significat numerus trecentorum & crucis christi signatæ in littera t, quæ est prima huius vocabuli trecentis tubis i. predicationibus insonantibus. exinde confractis lagenis terreis. i. corporibus suis per diuersa martyria: lampadibꝰ accensis remanentibus in coruscatione miraculorum: quæ fecerunt martyres post eorum mortem: sic triumpharūt de mundo & diabolo. De tertio fructu dicit August. O immēsa dei pietas quæ martyrum merita vult esse nostra suffragia: illos examinat vt nos erudiat: illorum cruciatus nros vult esse profectus. Item Hiero. contra Vigilantiū. Si martyres adhuc in corpore positi possunt orare ꝓ nobis cętеris quando adhuc ꝓ se soliciti esse deberent quanto magis post coronas victorias & triumphos? Inducit exemplum Moysi orantis & venīā impetrantis ꝓ populo: & Stephani orantis in suo martyrio &c. ipsi non indigent orationibus nostris: quia vt dicitur extra de cele. missa. cū Marthæ. Iniuriam facit martyri qui orat ꝓ martyre: sed nos eorum suffragijs egemus. ita autem sunt efficaces orationes martyrum, vt dicit August. in sermone protomartyris Stephani. ꝙ nisi Stephanus pro Saulo orasset: ecclesia dei Paulum non habuisset.

¶ De confessoribus ī quadruplici gñe. f. pōtificū doctorū: religiosorum & aliorum bonor:. Capłm. X.

CONFITEBVNTVR CELI MIbilia tua dñe: etem̄ veritatē tuā in ecclesia sanctor:. Pś. lxxxviij. Cœli pñt dici oēs iusti iquātū de⁹ habitat in eis. licut dr habitare vel eē in cœlis. sm illud Pater noster q es in cœlis &c. Mat. vj. Cœlum mihi sedes est. ingt ipse deus Esa. vlt. Et qa aia iusti sedes est sapientię. i. dei rectę sm Greg. iustor:. cōgregatio dicitur regnū cœlor:. Si aūt iustis nō datur aliqua prærogatiua. f. apostolatus euangelistę vel martyris aut virginis retinent sibi cōiter nomen cōfessoris. sicut ergo ꝓ orbe terrarum deū sancta cōfitet ecclesia militās. ita & in triumphā te ipm trinū & vnū voce cōfitent vnanimes omnes electi. Confitebunt g cœli. i. cōfessores mirabilia tua dñe. Confitebuntur qđe mirabilia potētię tuæ: qua ex nihilo cuncta creasti in tanta virtute & multitudine. Confitebunt & mirabilia sapiētię tuę: qua ea quæ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascēdit q̄ ꝓparauit diligentib⁹ se: & alia diuina mysteria reuelauit nobis per spm̄ sanctū. f. Corinth. iij. Confitebuntur & mirabilia tuę dilectionis & beneuolentiæ qua dignatus es nostrā mortalitatē suscipere ac mortē in redēptionē nostram subire. O certe mira circa nos tuę pietatis dignatio. O inęstimabilis dilectio charitatis: vt seruum redimeres filiū tradidisti. Grego. ait. Confitebunt mirabilia potētiæ tuę qua manū tuā aperis & imples oē aial bn̄dictiōe. Pś. Quis ista mirabilia facere pōt Iob. v. Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absq̄ numero. Quis ad ista non obstupescat, quis non retineat qs non confiteat & laudet? Certe si tacēt hoies: lapides clamabunt & cōfitebunt elemēta & sydera. Sed tripliciter cōfitebuntur cœli. i. hoies iusti ista mirabilia.

¶ Primo corde credendo & venerando.
¶ Secundo ore prodendo & collaudando.
¶ Tertio opere recto pro eo operando.

§. I. DEBENT ENIM CELI ID EST

homines iusti confiteri mirabilia dei credendo ipsa facta & honorando & colendo mente vt principium & finem Pś. ix. omnium & ab eo cuncta recognoscere. Pś. Cōfitebor tibi

domine ſn toto corde meo narrabo oĩa mirabilia tua. Debent cœli confiteri ore ipſum de mirabilibus eius laudando & regratiando, ad Ro.x. Corde creditur ad iuſtitiã: ore autem confeſſio fit ad ſalutem: ſcilicet neceſſaria vt cum expedit. Pſ. Confitebor domino nimis: ideſt valde in ore meo. Opere confiteri eſt virtuoſe conuerſari ſecundũ deũ ne ſit de numero eorum, de quibus ait Apoſtolus Tit. j. Confitentur ſe noſſe deum factis autem negant. vt em̃ ait Hieronymus. Quoties a vitijs vincimur: toties deum negamus & quoties aliquid boni facimus toties deum confitemur.

Matt.x. xj. qõ. iij. æſtimant. Et de hac confeſſione dicit Chriſt⁹. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis. Cõfitebuntur ergo cœli mirabilia tua domine corde ore & opere. Et enim veritatem tuam increatam q̃ deus eſt: incarnatam quæ Chriſtus: reuelatam in intimis cordis: vel in ſcripturis in eccleſia ſanctorum militante, de qua tranſitur ad triumphantẽ. Sed ſciendum q̃ horum cœlorum id eſt confeſſorum quadripartitus eſt ordo ſeu ſtatus ſecundum varias cœlorum proprietates.

¶Primi ſunt aliorum paſtores.
¶Secundi ſunt ſcripturarum doctores.
¶Tertij ſunt eremi vel cœnobij cultores.
¶Quarti ſunt ſæculi habitatores.

§.II. PRIMI ERGO QVI COLLO

De epis & curatis.

cantur in numero & ſtatu confeſſorum ſunt epi ſub quib⁹ comprehenduntur alij prelati curati. hi merito dicũtur cœli: quia ſicut inferiora corpora gubernantur per ſuperiora cœlos & planetas eor⁹ & ex influxu cœlo⁹ in ſeriorib⁹ elementis & elemẽtatis fiũt gñatio & corruptio & mutatio & omnis motus. ſic ex diſpoſitione prælatorum ex ordinatione populi mouentur ad bene operandum, ad Heb. v. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominib⁹ cõſtituitur, in his quę ſunt ad deum vt ſcilicet dirigat eos. Et iſti quandoq; figuranť per arietes qui ſunt duces gregũ. Vnde Prouerb. penul. dicitur. Tria ſunt quæ bene gradiũtur: & quartum quod incedit fœliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum, Gallus ſuccinctus lumbos & aries nec eſt rex qui reſiſtat ei, & qui ſtulť appa ruit poſtq̃ eleuatus eſt in ſublime. Grego. in. xxx. Moral'. hoc exponẽs dicit q̃ leo eſt Chriſtus qui leo de tribu Iuda vicit principem mundi diabolũ & ſic nullum expaueſcit. Gallus ſuccinct⁹ lumbos ſunt prędicatores & doctores inter huius mũdi tenebras mane nuntiantes: qui ſuccinctos habent lumbos fluida: ſcilicet luxuriæ in membris ſuis refringentes, de quibus dicetur. §. ſequenti. Aries eſt primus intra eccleſiam ordo ſacerdotum: ſcilicet epiſcopi qui per exempla ſua gradientes populum quaſi ſubſequẽtes ouiũ greges trahunt: quibus ſpiritualibus recte viuentibus nullus rex ſufficit omnino reſiſtere: quia etſi quilibet perſecutor obuiet non valet verba & intẽtionẽ eorum prędedire: ſcient enim ad eum ad quem deſiderant & anxie currere & & moriendo peruenire. Sunt ergo aries ſpirituales patres eccleſiarum & duces gregum. Quartum quod incedit fœliciter ſed non bene dicit eſſe antichriſtum fœlicem in mũdi gloria: ſed malum & ſtultum. Hi ergo paſtores & cœli confitebuntur mirabilia dei. Ipſi vt Abel primus paſtor innocentes obtulerunt domino ſacrificium precum & agnum immaculatum: quod dominus accæptabat inflammans ſuper ea: in cuius ſignum dum ſacramenta offerret Martinus pontifex globus ignis apparuit ſuper caput eius. Ipſi tanq̃ Abraam ne paſtores ſub eo alij curati rixam facerent cum alijs: & iurgia immiſcerent propter greges: diuiſerunt dioceſes & parochias: vt terminis ſuis quiſq; contentus in latitudine ſe extenderet charitatis. quod fecit Diony. pa. xiij. q. j. eccleſias. Confeſſores & pontifices iſti cum Iſaac ſatis laborauerunt ad fodiendos puteos vt amota obſcuritate ſenſus literalis peruenirent ad aquam viuam intelligentiæ ſpiritualis: vnde greges ſuos adaquarent: ſed Alophili hæretici vel inuidi aliqui obſtruebant illos peruertentes doctrinas eorum: & aliquãdo falſa immiſcentes. vt in Auguſt. Amb. Imitati ſunt quoq; Iacob paſtorali exercitio diu occupatum, quia nocte & die æſtu vrebantur & gelu propter diligentem cuſtodiam gregis ſibi commiſſi: fugiebatq; ſomnus ab oculis eorum: timentes ſemper ne quid deuoratum a beſtijs infernalibus: ratio a deo exigere tur ab eis, duas vxores cum eo ſed in ſpiritu habere voluerunt multo tempore ſeruientes pro eis, Lyam. ſ. & Rachelem, prius intendẽtentes amplexibus Rachelis quę erat venuſto aſpectu, ſ. contemplatiue: ſed prius vtentes Lya ipis oculis ſed fœcũda. ſ. vita actiua: quę etſi minus de diuinis intuet fructificat tamen in ſeptem operibus miſericordiæ corporalis vel ſpiritualis. Mos enim eſt iſte huius vitę vt prius in actiua ſe exercens paſſiones moderetur q̃ ad contemplatiuam veram accedat. Minati ſunt inſuper gregem ſuum cum Moyſe paſtore ad interiora deſerti paſcua ſupernæ patrię a malis angelis derelictæ ad contemplanda cœleſtia: & cum eo vlterius vſq; ad rubum ardentem peuenerunt dei loquentis ad eos interius: demum cum adoleſcente paſtore pulchro & ruſo Dauid, cithara orationũ & ſacramentorum dæmonia ab obſeſſis eiecerunt ſpiritualiter & corporaliter: vt patet i Fortunato epiſcopo Tudertino & Zenobio epõ Florentino. Captum alias ab ore beſtiæ vrſi vel leonis tyrannorum eruerunt vt patet in Nicolao quo ad tres barones Romanos iniuſte accuſatos & morti cõdemnatos Liberatos de manibus Conſtãtini iperatoris ad cõminationẽ ei factã in ſomnis: & prius de alijs trib⁹ innocẽtib⁹ coram alijs baronibus in Mirrea in pñtia ipſius Nicolai & iuſſu mortem euadentibus. Hi paſtores euangelici cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuũ. Prima vigilia, ſ. iuuentutis: ſecũda virilitatis: tertia ſenectutis: ſemp parati quando dñs eor⁹ veniret meruerũt p angelicas viſiones & reuelationes conſolari: & demũ ad verbũ ipm videndum adduci. vt in figura patet Luc. xxiiij. caꝑ.

§.III. SECVNDI SCILICET DOCTO

Duę ſũt ꝓceſſiones diuinis.

res cœli dicũť: ſiue ꝓpter lumẽ ſapiẽtiæ. vt dicit Sap. viij. Ego feci vt in cœlis oriret lumẽ: qa ꝓpter pluuiã doctrinę de cœlo deſcendentẽ, Iaco. v. Cœlũ dedit pluuiã. ſ. aereum. Et hi pmaxime cõfitẽť mirabilia dei & veritatem xp̃m vť veritatẽ ſcripturarum. Vñ Greg. xxx. Moral'. tractans illud Iob, xxxviij. Quis dedit gallo intelligẽtiã. exponit de doctoribus & prædicatoribus eccleſię: quibus deus dedit intelligentiam ſicut gallo & non alȷs. Gallus autem dicitur habere intelligentiam per metaphoram. Eſtimatio em̃ ſenſitiua quam habet gallus ſm quam operať prorumpens ad cantũ dicitur hic intelligentia. Cantat enim certis horis determinatis ſm inſtinctũ nature: ac ſi haberet intelligentiam & menſuram: ꝓportiões motuũ cœleſtiũ. Vnde ſubdit. Quis enarrabit rõnem cœlo⁹: & ꝓcentum cœli qs dor mire faciet? Doctores ergo ecclię veros aſſimilat gallo ꝓpter tria: ga certis & determinatis horis cantat: & quia vocem in cantu variat: & quia cantando ſe prius alis verberat. Intelligentiam ergo primum gallus accipit: vt pri⁹ nocturni tẽporis horas diſcutiat: & tunc demũ vocẽ exhortationis mittat. Gallo igiť intelligẽtia attribuiť deſup: quia doctori veritatis diſcretionis virtus vt nouerit, quibus, qd quando, vel quõ diuinitus miniſtrať. Non em̃ vna eadẽq; cunctis exhortatio conuenit: quia nec cunctorum par morum qualitas aſtringiť: ſæpe em̃ alijs officiunt quę alijs ꝓſunt: & plęrę herbæ quę aliqua animalia reficiũt: alia occidunt. Pro qualitate ergo audiẽtium ſancti doctores & p̃dicatores formabant ſuos ſermones: vt pulchre oſtendit glorioſus doctor Hiero. in epiſtolis ſuis. Circa intelligentiam galli quę eſt. ga profundioribus horis noctis valentiores ac ꝓductiores reddere cantus ſolet. Cum vero matutinum tempus appropinquat leniores & minutiores omnimodo voces format. ſic prędicatores diſcreti fuerũt. Nã cum iniquis adhuc mentibus prædicabant quaſi tenebris ꝓfundę noctis altis & magnis vocibus æterni iudicij terrores inſinuabant: cum vero auditorum cordibus veritatis lucem adeſſe cognoſcebãt virtutis clamoris ſui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertebant: nõ quę de pœnis terribilia: ſed quæ de præmijs blãda ſunt proferebant. Item gallus cum edere cantus parat: prius alas excutit: ſeipſum feriens vigilantiorem reddit. Sic ſancti prædicatores cum verba prędicationis mouebãt prius ſe in ſanctis actionibus exercebant: ne in ſeipſis torpentes opere alios excitarent voce: & vt auctorem ſe dñs oſtẽdat doctrinę ſubdit. Quis enarrabit cœlorum rationem? q. d. nullus. niſi ego: quorum tamen verba cum per ſpeciem ſeſe nobis oſtendere viť ſubtrahit. Protinus ſubdit. Et concẽtum cœli qs videre feciť? In hac em̃ vita infirmitati noſtrę dñs nõ apta maieſtatis

Doctores aſſimilatur gallo.

viij. q. ſ. c. oportet.

ſtatis ſuę ſpecie: ſed prędicatorum voce locutus eſt: vt corda adhuc carnalia: carnalis ligua paſſaret: ac poſtq̃ p mortem caro in puluerem reſoluitur: & per reſurrectionem puluis animatur: tunc audire de deo verba non quęrimus: ga vnum ipſum quod implet omnia iam per ſpeciem dei verbum videmus: quod nobis tanto altius ſonat: quanto & mẽtes noſtras intima illuſtratiõe penetrat. Quid cœlo⁹ ratio accipitur: niſi vis ſuperna ſecretorum: & quid p concentum cœli: niſi concors prædicantium ſermo ſignatur. Conditor ergo noſter cum coelorum rationem narrare cœperit: dormire faciet concentum cœli: quia cum nobis per ſpeciem oſtenditur nimirum prędicantium verba ſubtrahuntur. Vel certe cœlorum ratio eſt ipſa viuificatrix virtus: quæ ſpiritus format angelorum: dominus enim ſicut eſt cauſa cauſarum: & ſicut vita viuentium: ita & ratio rationalium creaturarum. Tunc enim cœlorũ rationem narrat cum deterſa mentis noſtrę caligine clara ſe viſione manifeſtat, vnde ipſe ait. Venit hora cum iam non in parabolis loquar vobis: ſed palam de patre annuntiabo vobis. Palam de patre annuntiare ſe aſſerit: quia per patefactam tunc maieſtatis ſuę ſpeciem: & quomodo ipſe non impar oriatur: & quomodo vtriuſq; ſpiritus vtriq; coęternus, ꝓcedat oſtẽdit. Aperte tũc videbimus quomodo ꝑ qd̃ ortũ eſt ei de quo oritur ſubſequens non eſt: quomodo is qui ꝓceſſione producitur a proferentibus non præcluť. In diuinis enim ſunt duo procedentes vt ortodoxa fides affirmat filius enim a ſolo patre ꝓcedit. Spiritusſanctus vero a patre & filio in diuinis procedit. Pro horum pleniori notitia ꝓceſſio caute aduertendum q̃ in diuinis ſunt duæ proceſſiões: ſcilicet proceſſio verbi: & quędam alia. Ad cuius euidentiã conſideranduꝫ eſt: vt dicit ſanctus Tho. j. ſpiritale. q̃. xxvij. q̃ in diuinis non eſt proceſſio niſi ſecundum actionem q̃ non tendit in aliquid extrinſecum: ſed manet in ipſo agente. Huius autem actio intelligibilis natura eſt actio intellectus & actio voluntatis. Proceſſio autem verbi attenditur ſecundum actionem intelligibilem. Secundum autẽ operationem voluntatis inuenitur in nobis quædam alia, ꝓceſſio. ſ., ꝓceſſio amoris ſecũdum q̃ amatum eſt in amante: ſicut per concẽptionem verbi res dicta vel intellecta eſt in intelligente vnde & pręter ꝓceſſionem ꝑbi ponit alia ꝓceſſio in diuinis q̃ eſt ꝓceſſio amoris. Proceſſiones quidem in diuinis non pñt accipi niſi ſm actiones quę in agente manẽt, huiuſmodi autem actiones in natura intellectuali & diuina non ſunt niſi duę. ſ. intelligere & velle q̃ ſunt actiones immanẽtes, igitur relinquitur q̃ nulla alia ꝓceſſio poſſet eſſe in diuinis niſi verbi & amoris. hæc tamẽ myſteria in via perfecte cognoſcere non valemus: ſed in futura patria deo dante aperte videbimus quomodo & vnum diuiſibiliter tria ſunt: & indiuiſibiliter tria vnum. Lingua igitur tunc narrantis dei eſt, viſa claritas ſubleuantis. Et concentus cœli tunc dormiet: quia apparente in iudicio retributore operum exhortationum verba ceſſabunt: ſed ab breuitatim cœli ergo. i. doctores & prędicatores confitẽtur & cõfitebunť mirabilia dei. Et rõnem horum cœlo⁹ q̃ ad diuina myſteria fidei deus enarrat in futuro. & tunc ceſſabit concentus cœli. i. concors vox prædicatorum. De decẽ & octo proprietatibus cœlorum quę congruunt prædicatoribus vt ſint cœli narrantes gloriã dei & confitentes mirabilia ſua habes. ĩ. in titu. de prędica. in prin. ibi multa de materia & forma & qualitate p̃dicatorũ. de aureola quę reſeruatur talibus: habes. ĩ. eo. ti. de aureolis.

§.IIII. TERTIVM GENVS CONFES

De anachoritis

